

2 400 40 **Heilbronn**

ga



ga

11498-02

R. 1620
D. FRANCISCI
TOLETI
SOCIETATIS IESV
COMMENTARIA,
vnà cum Quæstionibus.

IN TRES LIBROS ARISTOTELIS
DE ANIMA.

Nunc emendatiùs quàm antea vnquam in lucem edita.



CVM PRIVILEGIO.

COMPLVTI, Apud Ioannem Gratianum.

ANNO. 1582.

De Collegio de la Compañia de Iesu de Granada

POR quanto por parte de vos el padre Doctor Francisco de Toledo, de la compañía de Iesus nos fue fecha relacion diziendo, q̄ vos auia des cópuesto ciertos libros: el vno intitulado introductio in Dialecticá Aristotelis, y el otro in vniuersam Aristotelis Logicá Commentaria vna cum quaestionibus, y el otro Cómmentaria vna cum quaestionibus, in octo libros Aristotelis de Physica auscultatione, y otro intitulado Cómmentaria, vna cum quaestionibus in tres libros Aristotelis de Generatione & corruptione, y otro intitulado Cómmentaria, vna cú quaestionibus in tres libros Aristotelis de Anima. Los quales dichos libros erá el curso de las artes, mádaßemos dar licencia para los hazer imprimir, y priuilegio por el tiempo que fuessemos seruidos, al Reçtor de la Cómpania de Iesus de la villa de Alcalá de Henares, para que ninguno lo pudieße imprimir sin su poder, o como la nuestra merced fuessse, lo qual visto por los del nuestro consejo, y por quanto en los dichos libros se hizo la diligencia que la pragmática por nos agora nueuamente sobre lo susodicho fecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cédula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, por la qual damos licencia y facultad al reçtor de la dicha Compañia de Iesus de la dicha villa de Alcalá de Henares, para que el, o la persona que para ello su poder ouiere, y no otra persona alguna, pueda hazer imprimir y vender los dichos libros, que de suso se haze mención, en estos nuestros reynos por tiempo y espa-

cio de seys años cumplidos primeros siguientes q̄ corrē
 y se cuentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedu-
 la, so pena q̄ el q̄ sin tener para ello su poder, le impri-
 miere y védiere, o hiziere imprimir, o véder, pierda to-
 da la impresion q̄ hiziere y vendiere có los moldes y
 aparejos della, y mas incurra en pena de cinquēta mil
 maravedis, por cada vez q̄ lo cótrario hiziere, la mitad
 de la qual dicha pena sea para nuestra camara y fisco, y
 la otra mitad para el dicho rector, y todas las vezes q̄ se
 ouieren de imprimir los dichos libros durante el tiēpo
 de los dichos seys años, se trayga al nuestro cósejo, jūta
 mente con el original que en el fue visto, q̄ va rubrica-
 da cada plana, y firmado al fin de cada vno de Alonso
 de Vallejo, nuestro escriuano de camara, y vno de los
 q̄ en el nuestro consejo residen, para q̄ se vea si la dicha
 impressiō estā conforme al original, y se os dē licencia
 para q̄ los podays vender, y se tasse el precio en que se
 ha de véder cada volumē, so pena de incurrir en las pe-
 nas cótenidas en la dicha pregmatica, y leyes de n̄ros
 reynos. Y mandamos a los del nuestro consejo, y otras
 qualesquier justicias destos nuestros reynos, q̄ guarden
 y cumplā, y executen, y hagan guardar y cumplir, y exe-
 cutar esta nuestra cedula, y todo lo en ella contenido.
 Fecha en San Lorenço, a tres del mes de Agosto, de mil
 y quinientos y setenta y siete años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso

INDEX COMMENTA-

RIORVM ET QVAESTIONVM

In libros Aristotelis de Anima.

IN PRIMVM LIBRVM ARISTO.

Quaestiones Prooemiales.

- A**N de Anima possit esse
 scientia? *Quaest. 1. fo. 1.*
An Physici sit tractare de ani-
ma? 2. fo. 2.
An liber de anima antecedit li-
brū de animalibus? 3. fo. 5.
An anima sit subiectum huius
libri? 4. fol. 6.
Propositiones aliquot fide tenē
de, quibus vera debet esse
Philosophia cōsentanea. f. 7
 IN LIB. I. CAP. I. fo. 9
An scientia de anima alias vin-
cat nobilitate & certitudi-
ne. Quaestio. 5. fol. 9
An accidentia faciant ad cogni-
tionē substantiae. q. 6. fo. 14
An Dialecticus definiat per
formam? Quaest. 7. fol. 20.
An Physicus definiat per mate-
riam. Quaest. 8. fo. 21
 CAP. II. fo. 23
 CAP. III. fo. 27
An anima rationalis per se mo-
ueri possit. Quaest. 9. fo. 32
 CAP. IIII. fo. 34
 CAP. V. fo. 37
 Finis libri primi.
 IN LIB. SECVN-
 dum de Anima.
 CAP. I. fo. 41
AN anima sit substantia?
Quaest. 1. fo. 44
An definitio animae sit vniu-
ca? Quaest. 2. fo. 46
 CAP. II. fo. 56
An demonstratio definitionis a-
nimae sit à priori? quaes. 3. f. 58
An anima sit in toto corpore? an
verò in aliqua tantum eius
parte. Quaest. 4. fo. 60.
An omnis anima sit indiuisibi-
lis? Quaest. V. fol. 26. cum se-
quentibus.
 CAP. III. 56.
An sint tantum tria animarum
genera? Quaest. 6. fol. 67.
 An in

Index Capitulorum & Questionum.

<i>An in vno viuente sint plures animæ? Quæst. 7.</i>	69	<i>An color sit motus? per speciem in actu: vbi de natura Coloris, quid sit, &c. Quæst. 17.</i>	97
CAP. III.	73	<i>An lux sit corpus? q. 18.</i>	99
<i>An potentia, & actus per obiecta distinguantur, & definiantur? Quæst. 8.</i>	76	CAP. VIII.	102
<i>An potentia animæ realiter inter se, & ab anima distinguantur? Quæst. 9.</i>	78	<i>An sonus sit qualitas præter motum? Quæst. 19.</i>	105
<i>An potentia vegetatiua inter se realiter distinguatur. q. 10.</i>	82	<i>An sonus sit in corpore sonante? an in corpore intercepto, s. in aere vel aqua. q. 20.</i>	106
<i>An generare simile sibi, sit naturalis & perfectius opus viuents inter omnia opera vegetatiua? quæst. 11.</i>	83	<i>An sonus sit realiter in medio vsq; ad auditum? q. 21.</i>	107
CAP. V.	84	<i>An echo sit idē numero cū soni priori? q. 22.</i>	108
<i>An sensus sit potentia passiuæ? Quæst. 12.</i>	86	<i>De vocis natura, causis, & significatione? q. 23.</i>	109
CAP. VI.	89	CAP. IX.	109
<i>An sensus erret circa sensibile proprium? Quæst. 13.</i>	89	<i>An homo tactu vincat animalia omnia, non tamen olfactu? q. 24.</i>	110
<i>An sensibile commune propriæ sensui imprimat speciem. quæstio. 14.</i>	90	<i>An odorum scientia benè per sapores tradatur? Vbi & de natura odorū. q. 25.</i>	112
<i>An sensibilia communia sensibus exterioribus percipiuntur? Quæst. 15.</i>	92	<i>An sensorium Olfactus sit processus mammillaris? q. 26.</i>	112
CAP. VII.	93	<i>An odor sit realiter in medio? Quæst. 27.</i>	113
<i>An oculus sit sensorium visus? Quæst. 16.</i>	95	CAP. X.	114

An

Index Capitulorum & Questionum.

<i>An gustus differat à tactu? Quæst. 28.</i>	115	<i>An sensus exterior percipiat suam sensationem. q. 3.</i>	136
<i>An dulce & amarum sint extremi sapores: Vbi de natura saporis, ac de eius speciebus agitur. q. 29.</i>	116	<i>An vehemens sensibile destruat sensum? q. 4.</i>	138
CAP. XI.	117	<i>An sensus communis sit in corde? quæst. 5.</i>	138
<i>An caro sit tactus sensorium? quæstio. 30.</i>	119	CAP. III.	141
<i>An in tactu sit medium externum necessarium? q. 31.</i>	121	<i>An phantasia seu imaginatio distinguatur à sensu communi? Vbi & de numero sensuum internorum, ipsorum organis, et operationibus. q. 6.</i>	144
<i>An tactus sint plures. q. 32.</i>	122	<i>An in parte sensitua sit aliquid rationis? q. 7.</i>	146
CAP. XII.	124	<i>An formice, & apes habeant imaginationem? Vbi de imaginationis gradibus, ac perfectionibus. Quæst. 8.</i>	147
<i>An sint species sensibiles? quæstio. 33.</i>	125		
<i>An species sint diuisibiles? Vbi de earum tota natura agitur? quæst. 34.</i>	126		
<i>Finis libri secundī.</i>			
IN LIBRVM TERTIUM Arist. de Anima.			
CAP. I.	129	<i>An intellectus secundū se sit pura potentia. Quæst. 9.</i>	150
<i>An tantū sint quinque sensus exteriores? q. 1.</i>	131	<i>An intellectus possibilis sit potentia animæ? vel; quod in idē recidit? an intellectus possibilis sit informans, an substā.</i>	
<i>An sensus exteriores indigeāt medio? quæst. 2.</i>	133		

tia

Index Capitulorū & Quæstionum.

<i>tia separata? Quæst. 10.</i>	153	<i>intellectus? quæst. 20</i>	187.
<i>An intellectus se ipsum intelli-</i>		<i>An sint species intelligibiles ne-</i>	
<i>gat? Quæst. 11.</i>	156	<i>cessaria. quæst. 21. f.</i>	190
<i>An singulare sensibile intelle-</i>		<i>An intelligere sit pati formali-</i>	
<i>ctū percipi possit? Quæ-</i>		<i>ter? quæst. 22.</i>	192.
<i>stio. 12.</i>	159	<i>An intellectus in corpore distin-</i>	
<i>CAP. V.</i>	161	<i>ctū percipiat intelligentias?</i>	
<i>An sit intellectus agens? Quæ-</i>		<i>quæst. 23.</i>	193
<i>stio. 13.</i>	162	<i>CAP. VIII.</i>	195
<i>An intellectus agens sit substan-</i>		<i>CAP. IX. ibidem.</i>	
<i>tia separata. Q. 14.</i>	165	<i>An sit bona diuisio potentiariū</i>	
<i>An rationalis anima sit immor-</i>		<i>inrationalem & irrationa-</i>	
<i>talisis secundum Aristotel.?</i>		<i>lem. quæst. 24. fol.</i>	197
<i>Quæstio. 15.</i>	166	<i>CAP. X.</i>	198.
<i>An secundum Philosophiam ani-</i>		<i>Quod sit instrumentum motus</i>	
<i>ma rationalis sit immorta-</i>		<i>animaliū, vbi etiā tria alia</i>	
<i>lis; Quæst. 16.</i>	171	<i>dubia de potentijs motuiis</i>	
<i>An anima rationalis producat</i>		<i>tractatur. q. 25. fol. 200.</i>	
<i>ur virtute seminali: seu (quod</i>		<i>CAP. XI.</i>	201.
<i>idē recidit) An educatur de</i>		<i>An appetitus sit potētia animæ,</i>	
<i>potētia materiæ? Q. 17.</i>	180	<i>vbi quid & quotuplex appe-</i>	
<i>An animæ intellectiue sint in-</i>		<i>titus ac de eius passionibus.</i>	
<i>ter se æquales? Q. 18.</i>	182	<i>quæst. 26. fol. 202.</i>	
<i>CAP. VI.</i>	184	<i>An sit alius appetitus præter na-</i>	
<i>CAP. VII:</i>	185	<i>turalem & sensitiuū? quæst.</i>	
<i>An cōpositio Intellectus sit vni-</i>		<i>27. fol. 203.</i>	
<i>cus ipsius actus? Q. 19</i>	186	<i>CAP. XII.</i>	205.
<i>An quid est, sit obiectū primū</i>		<i>CAP. XIII.</i>	206

Finis tabulæ.

IESVS MARIA.

D. FRANCISCI TOLETI

SOCIETATIS IESV,
COMMENTARIA

Vnā cum quæstionibus.

IN ARISTOTELIS LIBROS
DE ANIMA.

QUÆSTIONES PROOEMIALES.



CVM IN omnibus alijs Philosophiæ partibus exponendis aliqua, quæ ipsā rem tractandam magis illustrāt, merito præmitti soleāt: multo potiori profecto iure hæc eadem in tractatione de Anima, quæ nõ solū dignitate, & certitudine, sed etiā vtilitate, necessitate, iucūditate, ac ipsa difficultate (id quod tot magnoꝝ Philosophoꝝ Cōmētaria indicāt) omnes Philosophiæ partes superat, præstare diligentissimè debemus. Quatuor igitur nobis in præsentia discutienda sunt. Primum, an de anima possit esse scientia: quam postquā esse ostenderimus, discutiemus, cuius arificis sit talem tradere scientiam, an Physiçi, an Metaphysiçi, an cuiusuis alterius, quod si Physiçi munus, id est, tertio tractabitur in qua Physiçe parte, & loco hæc tractatio sit collocanda & tandem quarto, quod sit huius tractationis obiectum & materia: postea ad Aristotelem veniamus.

An de Anima possit esse scientia?
Quæstio. I.

NON hoc disputamus, vt inter Peripateticos aliqua elucidetur cōtrouersia (omnes enim conueniunt scientiam esse de anima:) at vt id explicetur magis, in disputationem adducimus. Videtur igitur nõ posse de anima esse scientiā.

Primo: anima non est sensibilis per se, nec per accidens, ergo non est sensibilis. Consequentia est nota: quia nõster Intellectus nihil intelligit, nisi quod aliqua via sub sensum cadit, vt dicitur primo Poster. cap. 14. antecedens probatur. Primo, cum sit substantia, non est per se sensibilis: sensus enim primo accidentium est. Quod autem non sit per accidens, ostendo: quia, id est, per accidens sensibile, quod subijcitur accidentibus: at anima cum non sit compositum, sed compositi pars, non subijcitur ipsis; non ergo vllō modo sensibilis est.

Secundo: si de anima esset scientia sequeretur, quod idem esset sciens, & scitum: nam ipsa cognosceret, & de ipsa esset cognitio: at hoc non hominibus, sed Intelligentijs videtur conuenire.

Prima ratio ad partem negatiuam.

Secunda.

A uenire

uenire, vt sint cognita & cognoscantia ergo non est scientia de anima.

Tertia.

Tertio: anima est quaedam forma substantialis: sed de illis formis non est scientia per se non enim de formis elementorum est alia scientia, quam de elementis, nec de mixtorum formis, quam de mixtis, ergo nec de anima.

Quarta.

Tandem quarto: Scientia est de aliquo toto, & subiecto: at anima non est subiectum, sed subiecti pars: non ergo est de ipsa scientia.

Primum fundamentum.

Quae sit via indagandi formam substantialem.

Hec sunt argumenta, pro quorum solutione, & rei huius maiori explicatioe, sunt aliqua prius notanda, sitq; primum fundamentum. I. hysico viam maximè communem indagandi formas substantiales esse per operationes, proprietates, affectiones proprias compositorum, quae sensibus percipiuntur, cum enim ista à forma dimanent, optime & certo in ipsius cognitionem dirigunt intellectum: vnde Philosophi per operationes & proprietates formae naturam comperit, vt dicitur in hoc li. tex. 13. & per diuersitatem operationum, diuersitates etiam formarum cognouit.

Triplex via per quam anima cognoscatur, videlicet motus, cognitio, figura.

Prima via, quò cognoscatur ex motu.

Sunt igitur tria quae nobis animam esse indicant. Per ea enim, quae sensu in compositis percipiuntur, anima latens cognoscitur: ista autem sunt, motus, cognitio, figura. Circa motionem nota, tripliciter composita sensibilia se habere ad motionem: quaedam enim mouent quidem, non se, sed alia vt ignis calefacit non se, sed aqua, alia mouentur, sed non à se, sed ab alio: vt graue descendit, at ab alio motum: quaedam verò simul coniungunt vtrumque, & mouent, & mouentur, à se, ita vt operentur in se, & à se: vt animal dum progreditur, non enim ab alio externo mouetur, aliudue mouet, sed ipsum: sicut iter planta dum augetur. Cum igitur haec composita tales sortiantur operationes diuersas ab alijs, ac tales non nisi à formis fluant, profectò talium for-

mae alterius sunt rationis ab alijs, & huiusmodi vocantur animae: vnde non aliud sibi vult anima, quam forma, & principium primum, quò composita substantia & in se, & à se, operatur primo, hac igitur via esse animam, comperitum est.

Alteram via, est cognitio: quibusdam enim cognitionem in esse per motum, qui cognitionem sequitur, comperimus: cum autem haec cognitio non procedat, nisi à forma: aliter enim omnia materialia cognoscerent, quod falsum esse experimur, profectò tale formatum genus diuersum ab alijs esse, certum est: hoc quae animam vocant. De his autem duabus vijs animam cognoscendi meminit Aristoteles 1. Anima tex. 19. vbi dicit, omnes Philosophos maxime per motum, & cognitionem animam inquisisse.

Tertia via, est figura ista exterior sensibilibus: haec enim, vt a libi diximus, est quae maximè formam substantialem comitatur, ac indicat, ad eam vt aliqui Philosophi decepti fuerint, arbitantes non aliam esse rei formam substantialem quam figuram exteriorem, id quod vulgus recipit: at reuera non est ipsa substantialis forma, sed ipsius comites & signum certum. Pro diuersitate enim naturarum distinxit naturae Autor, varias figuras, vnde primo Metaphy. ca. 1. ob hoc laudatur visus, quod huiusmodi sit perceptiuus. Dicit n. Arist. quod visus plures rerum differentias manifestet, quas sanè praecipue percipit per figurarum diuersitatem.

Cum igitur per figuram liceat colligere formam, profectò in quibusdam maximas figurarum distinctiones inuenimus. Nam plantae, animalia, ac herbae, diuersis partium figuris ornantur, cum omnia sint heterogenea, reuera vero uniformem sortiuntur figuram: vnde colligi potest alterius esse generis illas formas, atque ad alias ordinari operationes, talesque animae

Secunda via quò cognoscatur anima ex cognitione.

Tertia via quomodo cognoscatur ex figura substantialis.

Quò anima ex figura cognoscatur.

1. fundamenta. Tria necessaria vt de aliquo sit scientia.

3. fundamenta duplex anima status, in corpore, & extra corpus separata.

Prima conclusio, anima esse. Nota qua duplex quae stionis genus, Quò demonstranda quaestio, An sit.

vocantur. His igitur praecipue vijs animae à Philosophis esse ita dicitur.

Sit secundum fundamentum. Vt de aliquo scientia sit, tria esse necessaria Logicus affirmat, (loquor autè de demonstratiua scientia) Primum est, quod sit aliquid vniuersale. Non est n. scientia singularium, quae corruptibilia sunt, vt dicitur 9. Metaph. cap. 15. Alterum est, quod passionibus ei insint, ac proprietates. Has enim scientia inquit, vt dicitur 4. Metaph. capit. 1. Tertium, vt sint causae & principia, per quae de subiecto passionibus ostenditur. Haec tria in scientia esse, docet Arist. 11. Metaph. cap. 6. & 1. Post. cap. 23.

Sit tertium fundamentum quod anima intellectiua duplicè habet statum. Alter est, cum est in corpore, & cum conuictas habet operationes. Alter est, quod à corpore separata existit. Constat enim ratione naturali ipsam immortale esse, ac sine corpore posse existere separatam, & de hoc statu dubium esse posset: an possit animae esse scientia.

His sic suppositis sit prima conclusio. Animam esse, à posteriori, & quodammodo à priori ostendi potest. Nota, quod cum de re quatuor sint cognitiones & scientiae. An sit, & Quid sit quae simplices dicuntur: duae compositae. Qualis, & propter quid sit, conclusio dicit, de anima haberi primam scientiam simplicem, & à Priori & à Poster.

Vt autem hoc intelligas, scito quaestionem, an sit, esse reducendam ad quaestionem compositam, vt demonstrari possit, reducitur autem sumpta significatione nominis ipsius, quod esse dubitatur. V. g. volo pbare vacuum non esse, sumam, quid per vacuum intelligatur, & erit quaestio composita, scilicet, locum carentem corpore. Erit igitur quaestio, an sit locus carens corpore: quod si nullum locum corpore careat probatur, probatur non esse vacuum. Similiter volo determinare

an tonitruum sit? reducam ad compositum per nominis significationem. Tonitruum n. est extinctio ignis in nube: si ergo ostenditur ignem extingui in nube, probatur tonitruum esse. Ita dico similiter de anima, oportet enim eam ad significationem nominis reducere, per animam enim intelligimus formam, internum principium actiuum operationis in suo composito. hoc igitur demonstrari potest.

Primo per ipsum compositum, à posteriori. Cum enim sint composita, quae à se, & in se operantur, erit tale principium. Potest etiam quodammodo à priori probari. dico (quodammodo) quia non est simpliciter demonstratio per materiam in qua per organicum autem corpus quod est materia talis formae, probatur esse forma operatiua per talia instrumenta: haec est anima.

Secunda conclusio. Scientia de anima definitiua habetur. Haec conclusio nota est non solum enim animam esse scimus, sed quid ipsa sit, definitione cognoscimus. vtrumque enim per ipsius affectiones & passionibus consequimur. vt postea late ostendetur.

Tertia conclusio, de anima habetur scientia per demonstrationem. Nam passionibus ipsius definitione de ipsa ostendimus.

Dubium esse posset, quomodo, si per passionibus animae indagamus quid est ipsius, postea per quid est, eandem demonstrare poterimus? dico duo: (& haec doctrina est etiam Philopon. 1. animae text. 11.) Alterum est, quod per aliquas notas ipsum quid est inuestigamus: postea per ipsum alias passionibus occultiores ostendimus. Alterum, quod etiam eandem iterum demonstramus per ipsum quid est, quia antea non cognoscebatur, nisi singulariter: postea vero per ipsum quid est, cognoscitur vniuersale de hoc tamè vide. 1. Post. cap. 10. vbi late id ostendimus.

Quarta conclusio. De anima ratio

Probatetur conclusio.

Secunda conclusio quod sit anima sciari potest per definitionem. Tertia conclusio quid sit anima habetur scientia per demonstrationem. Dubium quò per passionibus quid est & contra demonstramus.

Solutio.

4 cōclu. Anim e
eriam se
parare
habetur
scientia

nali separata etiam scientiā habemus quia per ea que habuit in corpore, alia que licet Philosophari ex his que habet separata, ipsa enim per se esse, & per se intelligere probamus: & ita etiā velle que intellexit, atque adeo habere intellectus, ac voluntatis operationes & sic etiam liberum arbitrium habere & ita prudenter posse agere, & bene & male, fortiter, constanter, &c. & premium pro recte factis, vel pœnam pro male factis, dum viueret, recipere, & similia alia non pauca, quauis aliqua que in separatione habet, non euidenter cōstāt, quia longè à sensibus distāt. Vnde Aristoteles, secundo Cœli, tex. 17. non ita perfecte cœlum cognosci, dicit quia eminus est, non loco quidē, sed per accidētia, que parū ex illo sentimus. Sic accidentia animę separatę ad nos non perueniunt, cum nullam operationem exerceat tunc separat a circa corpus, quam oculis videamus, quod intelligentia facit, non ergo aliter quā per præcedens corpus licet de ipsa intelligere & scientiā accipere. Negare autē prorsus de anima rationali separata esse cognitionem hominis aut scientiā, est non cōsideratis, ex sensibilibus insensibilia posse cognosci & animam non sic esse abstractā quin in corpore præfuerit.

Solutio. rationū
in cōtra
rium.
Ad primū.
Prima
solutio.
2. solut.

Oportet ad argumenta respondere. Ad primū, quauis negari debeat consequentia: non enim oportet esse sensibile per se, licet per accidens, vt sit de aliquo scientia, sed quod aliquid illius præfuerit sub sensu. Vnde Dei est scientia, & Inteligentiarum, que non sunt sensibiles vilo modo: at per effectus sensibiles cognoscuntur: id est, per hoc eleuatur intellectus ad ipsas substantias cognoscendas, vt dicit Albertus in præfenti, cap. 1. & sic posset de anima dici.

Tamen dico, quod antecedens etiā falsum est, anima. n. est per accidens sensibilis, quia etiam accidētibus & pas-

sionibus substat, licet non per se, sed cum composito: vnde anima habet rationes principij talium affectionū aliquo modo subiecti.

Ad secundum, neganda est sequela simpliciter. Anima enim dupliciter potest se intelligere: vno modo in particulari, vt si supra se ipsam reflectitur ac se intelligit, & sic angelus se cognoscit, & anima rationalis, licet imperfecte, dum est in corpore. Altero modo in vniuersali: dum cognoscit animam in communi cognoscit, & iam se sub illo cōmuni: & hoc probat tātūm argumentū. Et nō est vllū inconueniēs, quo modo Dialectici dicūt, quod idem terminus significat se. nā ista vox, Terminus significat etiam se, quia est terminus, & definitio hoc pacto se ipsum definit.

Ad tertium, neganda est minor, est enim scientia de formis, sed qui non habent multam difficultatem, per se coniungitur ipsarum cōsideratio cum consideratione compositorum, at anima innumeras habet per se difficultates discutiendas præter compositorum. Idcirco ipse est cōsideratio peculiaris.

Ad quartum, solutio est nota, quauis enim anima respectu compositi animati sit pars, at si per se consideretur, genus quoddam est, specēs sub se habens. Sunt enim plura animarū genera, & species, vt in ipso processu hoc magis compertum erit. Et sit hoc satis de prima questione.

Ad Physici sit, tractare de Anima?
Questio. 11.

Prima ratio in
contra-
rium.

Recipua est difficultas hæc ac multum necessaria ad ea, que dicenda sunt postea. Videtur primum, quod non sit Physici, tractare de anima. Primum: Aristotel. 2. Physic. text. 4. 5. docet tria, circa que veretur Physicus: naturam; ens naturale, ens secundum naturam: quod idem docuit, quauis alijs verbis. 1. Cœl. tex. 1. At anima non est natura, nec ens naturale, nec ens secundum naturam: ergo non per-

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

non pertinet ad Physicum. Quod non sit ens secundum naturam, notum est: non enim est operatio, aut affectio aliqua, que dicuntur entia secundum naturam. Similiter non est ens naturale, quia non est cōposita substantia. Quod verò non sit natura, patet, saltē de intellectuā, & sensitiua, quia non sunt principia motus, nō enim intelligere vel sentire, sunt motus, qualis in definitione naturę ponitur, non ergo natura sunt. Accedat & iam Simplicius, qui illo loco existimat, nullo modo animā naturam.

Secundo: Physicus agit de formis generabilibus, & corruptibilibus, vt dicitur primo Physic. text. 83. at anima saltem rationalis incorruptibilis est, vt dicitur 1. de anima, tex. 65. & ingenerabilis, vt dicitur 2. Gen. animal. cap. 3. non enim educitur de potentia materię: ergo non est negocij Physici.

Tertio: talis anima est separata à materia: at de formis à materia inseparabilibus solum agit Physicus, vt dicitur 6. Metaph. text. 2. ergo non pertinet ad Physicum. Maior est Arist. 1. de Part. cap. 1. vbi hoc argumento vtitur ad hoc idem probandum, putā, quod Physicus non de omni anima tractet.

Et facit aliud argumentum, quod potest esse quartū. Si de omni anima ageret Physicus, vtique ageret de omni eius potentia, ageret ergo de intellectu: sed de hoc non potest, quia ageret de obiecto ipsius, scilicet de omni intelligibili. sicut qui de sensu tractat, etiam de sensibili considerat: at illud ad Metaphysicum spectat, quid de omniente tractat: nam intelligibile est ens: ergo non est Physici tractare de anima.

Quinto: omnis forma sensibilis, & Physica aliquam operationem cōmunicat materię, & composito: at intelligere solius est animę non cōmune corpori: ergo talis anima non est Physici

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

negotij. Hęc sunt argumenta difficiliora in hac parte.

Tres autem existunt Philosophorū sententię. Prima est Simplicij prologo Physicorum, & Themistij ibidem, qui dicunt, Animę considerationem esse mathematicam. Non intelligas, quod velint dicere, esse geometrę, aut musci, tractare de anima: sed quod anima habeat abstractionem ad modū mathematicarum, scilicet mediam inter Physicam & metaphysicam, abstractio enim mathematica est accidentium: at anima est substantia: ob id nō est Geometrę, vel alterius harum tractare de anima, sed est quędam media scientia. Nam Metaphysica agit de formis omnino separatis, Physica de formis omnino in materia: at anima partim est separata, partim in materia, separata quidem, quo ad intellectuā, in materia quidem, quo ad sensitiuā, & vegetatiuam. Vnde aduerte, quod isti Philosophi tractationem de anima, in communi ponunt mediam, velut Mathematicam.

Alter sententia est D. Tho. & Auerrois 2. Physic. com. 26. & Primò de partibus cap. 1. vbi dicit, quod Physicus tractat de omni anima, & intellectuā, & de natura cuiusque in particulari. Dicit etiam, quod anima intellectuā est vltimum & supremum, quod considerat Philosophus inclusiuē: est enim anima rationalis media inter Intelligentias, & formas corporales. Huius sententię est Alex. 1. Meteor. com. 1. & Philop. in prolog. de anima, & Auicennę, & Alberti, & ferè cōmunis, est sententia, & eam sequitur Iand. q. 2.

Tertia sententia eę quorūdam aliorum, qui dicunt animam intellectuā dupliciter considerari posse. Vno modo quod ad esse, secundum quod est in corpore, & sic ad Physicū spectat. Altero modo quo ad quid est, & sic ad Metaphysicum. Sicut Intelligentiarum cōsideratio quo ad esse, pertinet ad Physicum.

Prima opinio. Simplicij. & Themistij.

Nota.

Secunda opinio. D. Tho. & Auerrois.

Tertia opinio.

ficum: quo ad quid est, ad Metaphysicum. Hæ sunt sententiæ circa hæc difficultatem.

Primū fundamētum. Triplex est generis animæ quæ n. se augēt, vegetatiuā animas dicuntur habere: sensitua à cognitione: tñ quia talis operatio non percipitur ita facile, ideo sumitur ab his externis operationib. ipsam indicantibus, vt ab ordine operationum, à politia, à gubernatione, quæ indicant alius quoddā principiū inesse homini præter sensum.

Ordo istarum animarum.

2. fundament. in quo conueniant, & in quo differant illæ tres animæ.

Nota de

tionem communicat, sed aliquas sibi referuat, & has sola exercet, & in se habet: vt intelligere, & velle, quæ in sola anima subiectantur; & ab ipsa sunt: quod expressè docet Arist. 2. Gener. animal. cap. 3. vbi intellectum dicit habere operationem, in qua non communicat corpus. Ex quo fit quod anima rationalis dici solet separata & immaterialis ab operatione, quam sola facit sine materia quæ sit concia usq. & hoc fundamentum est firmissimum, nõ solū in Aristotele, sed in veritate, quæ præ omnibus ante oculos habere debemus.

Sit tertium fundamentum valde obseruandum pro multis etiam quæ dicenda sunt postea (ex cutus consideratione, vt ipsorum pace dicam, aliqui in Aristotele decepti sunt) Dux sunt apud Aristotelem intellectiones animæ in corpore existentis: altera Physica, altera cõtemplatiua. Physica est qua intelligit res, à sensibus abstractas nam Physicas, quàm mathematicas: ob id intellectio concreta dicitur, in qua anima depēdet à sensu: ab ipso. n. abstrahit quæ intelligenda sunt: cõtemplatiua verò est, qua intelligit res à materia semotas, putà substantias separatas, & immateriales: & in hac nullo modo à sensu dependet, sed postea per se intelligit, licet imperfectè: id quod etiā aliqui Philosophi & Theologi admittunt.

Quod autem ista sit sententia Aristotelis, profectò manifestò probatur, primò cum dixisset. 3. de anima, tex. 35 intellectum intelligere in phantasmate, & à sensu abstrahere: subdit in tex 36. dubium esse, an intellectus in corpore existens, intelligat intelligentias, quod postea speculandum reliquit, vbi aliud esse modum intelligendi docet, id enim dubium postea soluit. 9. Metaph. tex. 22. vbi animam dicit esse in potentia ad intelligendas substantias immateriales, & non quidem in potentia

animæ intellectu quæ operatio nibus se paratis.

3. funda. Duplex animæ intellectio in corpore existēs, Physica à corpore pendens, & templatiua nõ depēdēs

Probatur ex Aristot. primo.

quæ citata

quæ citatis, quæsi dicat, non dicitur sic posse intelligere, vt cæcus, qui nunquā ad actum veniet, sed sicut dormiens, qui ad actum veniet.

Secundo.

Tertio.

1. cõclu.

Probatur ex Arist.

Ratione

2. cõclu.

Nota Primò. Prima opinio.

lectiuam pertinet ad Metaphysicū. At verò hi non satisfaciunt dubitationi; nam qualis substantia & essentia rei est, talis est eius potentia, & talis operatio, & ad quam scientiam spectat essentia rei, spectat & operatio, quod sane in omnibus apparet scientijs.

Ideo aliqui distinguunt gradus diuersos in anima rationali, non quidem realiter: sed sola ratione, quia continet in se gradum vegetatiuum, & sensituum, & rationalem. Dicunt ergo, secundum gradum vegetatiuum & sensituum pertinere ad Physicum: secundum verò gradum rationalem, pertinere ad Metaphysicum. Sed his obijciunt, quod etiam secundum gradum rationalem informat corpus: nam facit non solum animal, sed hominem, hoc est, animal rationale, atq; ideo etiam secundum illum gradum rationalem informat, & est forma, & pertinet ad Physicum? Sed aduertendum, alios diligentius ad huc distinguere rationale, & alium gradum propriè intellectiuum, vt angeli. Nā rationale propriè est cum dicuntur, & vnum post aliud & ex sensu accipiēdo, seu ex phantasmatis, at intellectiuū propriè, vt angeli, est, sine discursu, & omnia simul, & non ex sensu abstrahendo. Dicit ergo animam attingere infimum illum gradum angeli supra rationalem gradum, quod scilicet in supremo & perfectissimo suo actu intelligit, & cõtemplatur simul eam in illo actu non vtens phantasmate, & talem gradum animæ supremum dicunt esse intellectiuum ab inferiori rationali distinctum non re, sed ratione, & animam sub illa ratione nõ informare: nam facit quidem hominē esse animal rationale, sed nõ esse animal intellectiuū, si propriè loquamur, nam hic esset angelus. Et ita dicunt secundum hunc vltimum gradum pertinere ad Metaphysicum, secundum alios tres gradus pertinere ad Physicum.

Sed tamen melius & securius dicendum

2. Opia.

Nota dum

differen-
tia, & cō-
uenien-
tiam ani-
mę ra-
tionalis
cū intel-
ligētis
& alijs
formis.

Nota. 3.
Animā
definiri
debere
per cor-
pus.
Ratio
conclu-
sionis q̄
& Auer.
reproba-
tur.

dum erit, esse vnum simplicem gradū
medium animę rationalis, in virtute
continentem omnia: est enim anima
rationalis in sua substantia, & natura
media inter intelligentias, & formas
materiales. cum intelligentijs quidem
conuenit, quod per se potest existere
absq; corpore: at ab ipsis differt, quod
intelligentia est completa substantia
per se in specie, non apta facere vnum
cum materia: & anima est substantia
incompleta ex se apta vnum cum ma-
teria per se facere: & in hoc cū formis
corruptibilibus, conuenit: differt tamen
ab eis, quod per se potest existere. Vn-
de media est substantia animę, & in cō-
finio corporaliū, & spiritalium po-
sita, sicut illa, quę vocantur Zoophytā
quę sunt media inter animalia sensi-
tiua & plantas, veluti spongia.

Ex hoc fit vnum, quod anima in sui
natura, siue sit sine corpore, siue cum
illo, respicit corpus, ac per ipsum defi-
niri debet: est enim talis natura.

Hinc sumitur argumentum mani-
festum: esse physicę considerationis,
quia per materiam definiri habet ip-
sius substantia, aliter esse angelus. Vn-
de melius ita dicitur, quam vt alij,
qui asserunt, secundum quid ad Me-
taphysicum pertinere. non enim aduer-
tunt animę substantiam esse incom-
pletam terminandam per corpus, &
quamuis hoc Auerroes dixerit esse,
nempe incompletam substantiam, ta-
men contradictio est notanda in suis
dictis, à qua non pōt liberari. Ipse enim
ponit animam intellectiuam substan-
tiam separatam nō informantē, quod
si ita est, iā est completę naturę, sicut
intelligentia: ergo non pertinebit ad
Physicum considerare quid est, ipsius,
vt ipse docet: sicut nec pertinet consi-
derare, quid est, angeli, sed solū ipsius
esse, vt ipse sepe clamat. Est Auicene
1. Physi. cō. 83. & 2. Physi. cō. 26. & 8.
Physi. cō. 3. & 12. Metaphysi. cō. 7. 5.
Tenenda igitur est conclusio certissi-

ma, esse Physicā formam: sed omniū
vltimam & supremam.

Imò verò quamuis in anima ratio-
nali gradus illi distingueretur, & vlti-
mus esset Metaphysicus, ille propriē
intellectiuus esset simpliciter, anima
dicenda Physicę considerationis, & nō
Metaphysicę, quadruplici de causa.
Primò, quia totus homo compositus,
quem vnā cum corpore componit, est
simpliciter & propriē Physicę conside-
rationis, & ad eandem scientiam perti-
net, agere de toto, & de partibus eius.
Secundò, quia verē informat, & est ve-
rè forma, vt diximus, nō Angelus: &
habet effectum verē formalem, scilicet
dare esse. Tertio, quia vnitur cor-
pori etiam vt dispositionum & causa-
rum naturalium: & licet non attingat
causę naturales eius essentiam, tamē
attingunt eius vnionem ad corpus.
Quartò, quia verē vult esse in corpo-
re, & quamuis esse possit per se tamen
tūc est imperfecta, & desiderat corpus,
vt ei vnatur: & melius est in corpore,
quā extra, imò & melius intelligit in
corpore, quam extra, nō quidem in
hoc corruptibili, sed in corpore glorio-
so, tamen re ipsa in corpore.

Tertia conclusio. Idem dicendū est
de operationibus animę, omnes vide-
licet, etiā separatas pertinere ad Phy-
sicum. Quamuis enim habeat aliquas
operationes separatas, & alias coniun-
ctas cum corpore, tamen omnes proce-
dunt ab vno illo gradu animę medio,
qui est physicę considerationis. Nam
sicut à Sole multę procedūt operatio-
nes, & à causa vniuersali multi & varij
sunt effectus, & ab vna eius virtute,
v.g. à lumine, quia est vna res, sed mul-
tiplex virtute: Sic ab illo gradu ani-
mę medio virtute multiplici multę
sunt operationes: quędam communes
cum brutis, quędam communes cum
Angelis: cum ergo principium, à quo
procedunt, sit physicum, etiam omnes
illę, physicę erunt considerationis, &

à Phy-

à Physico meritò considerabuntur.

Et melius ita dicitur, quam si dica-
mus aliquas animę operationes per-
tinere ad Physicum, alias ad Metaphy-
sicū: vel quod ipsa anima intellectiua
quantum ad operationem, & intelle-
ctionem physicam, pertineat ad phy-
sicum: quantum tamen ad aliam, ad
Metaphysicum. Fateor tamen, quod
sic etiā probabiliter diceretur de ope-
rationibus, nam operatio prior depen-
det à sensu, & ad sensum dicit ordinē,
atque ideo propriē est Physica.

Posterior operatio nō pendet à sen-
su: & sic pōsses intelligere, quoties A-
ristoteles dicit, non pertinere ad phy-
sicum tractare de omni anima: intelli-
ge illud de intellectiua, quantum ad
hanc contemplatiuam operationem,
respectu cuius solet dici ab Aristotele,
mens & intellectus. His sic expli-
catis, ad argumenta respondetur.

Ad pri-
mum.
Nota a-
nimā ef-
fenatū
rā etiā
in Aris.

2. Solu-
tio.

Ad primum respondeo, primò cōtra
Simpli. animam esse naturam, quod
expressè dicit Aristoteles. 1. de par. ca.
1. vbi bis eam naturam vocat, & 8. Phy-
sic. text. 24. dicit animalia seipsa mo-
uere secundū naturam, constat autem
quod ab anima mouentur: quod ibi
etiam Simplicius fatetur.

Respondet secundò ad argumentū,
quod vt aliqua forma dicatur natura,
non est opus, vt respectu omnium sua-
rum operationum dicatur natura. V.
g. forma ignis, natura dicitur, sed nō
respectu calcificationis, sed respectu mo-
tus localis, quia natura est principij
motus interni. Ita anima natura dicitur,
non quidem respectu sensationis,
vel intellectiōis, sed respectu argu-
mentationis, & nutritionis, & motus
localis, quę exercentur à sensitiua, &
rationali.

Ad secū-
dum.

Ad secundū dico, quod de sensitiua,
& vegetatiua non procedit argumen-
tum. sunt enim incorruptibiles: ac de
intellectiua non etiam procedit, quia
licet non sit generabilis, nec corrupti-

bilis, habet se ad modum generabiliū
quia dicit ordinē ad materiam, quam
informat, & vnā cum corpore substat
accidentibus sensibilibus, & altera-
tionibus, sicut reliquę: & hoc sufficit
ad physicam cōsiderationem: & ita 2.
Physi. text. 26. dicitur, quod Physicus
se extendit ad animam rationale, quę
licet separabilis sit, in materia tamē
est. Respondeo igitur ad tex. Aristot.
quod vocat formas generabiles, & al-
terabiles. Aduerte autem, quod forme
dicūtur generabiles, & alterabiles
per accidens tamen, vt dictum est.

Ad tertium respondeo, quod ani-
ma rationalis separata adhuc in sub-
stantia sua habet ordinem ad materiā
& sic physica forma est: Ad quia est, vt
diximus, gradus medius eminenter in
se multa continens: est quidem forma
sed separabilis: & ideo etiam inter se-
paratas potuit ab Aristotele cōputari.

Secundò dicimus habere operatio-
nem separatam, non omnem, sed cō-
templatiuam, & sic etiā dici potest ad
Physicum non pertinere. Vel etiam
tertiò, vt alij dicunt, illum vltimum
gradum intellectiuum esse separatū,
& non pertinere ad Physicum.

Ad quartum aliqui dicunt, argu-
mentum Arist. esse probabile, sed nō
concludere. Nam aliter per illud pro-
baretur quod Metaphysicus saltē, qui
tracta. de intellectu, tractaret de omni
ente, quod friuolum est dicere. Dico
tamen, argumentum Arist. esse opti-
mum, & concludere: loquitur enim de
obiecto adequato potentig: & ita est,
quod cum obiectum Intellectus sit ens
qui tractat de intellectu, tractabit de
ente.

Tamē nota, quod intellectus habet
duo obiecta, secundum duas intelle-
ctiones. Secundum enim physicam, ha-
bet ens sensibile, non enim omne ens
intelligit, sed quod sensibus potest ve-
nari. At secundum contemplatiuam
habet Intelligentias, secundum vtraq;
omnia

Nota.

Ad ter-
tium.

Ad quar-
tum.
Primaso-
lutio.

2. solut.
terior.

Nota du-
plex ob-
iectū in
tellectu.

omnia: sicut Physicus considerans p[ro]p[ri]etatem, tractat de obiecto, id est, de ente sensibili, ita Metaphysicus considerans posteriorem, tractat de Intelligentiis: quod si vnus consideraret vt tranquie, consideraret omnia: quod friuolus est: & sic patet solutio argumenti.

Ad quintum.

Ad quintum respondeo, quod anima intellectiua communicat corpori motum, sensum, vegetationem, & hoc fat est. Non enim opus est, vt forma omnes suas operationes communicet. Dico etiam, quod communicat intelligere, quo modo communicare potest quia pendet Intellectio a sensu non co intelligentem, sed ministrante ea, que intelligenda sunt: quod alij vocant de pendere a corpore; non vt a subiecto, sed vt ab obiecto: de hoc tamen post ea exacta dicitur.

An liber de Anima antecedit librum de Animalibus. Questio. 111.

POST quam scientiam de anima Physicam esse diximus, consequens est disputare, in qua Physice parte sit collocanda. Quod, vt facilius intelligas, scito Physicum versari circa corpora naturalia, ipsorumque passiones, & principia, vt dicitur, j. Caeli, tex. j. Sunt autem huiusmodi corporum genera sex, puta Caeli, elementa mixta imperfecta, (vt glacies, venti, comete) & mixta perfecta inanimata, (vt metalla & lapides) sunt etiam plantae, & tandem animalia, haec omnia ad Physicum spectant.

Nota. 2. Diuisio Physice in octo partes.

Tota ergo Physica diuiditur communi diuisione in octo partes: in prima traduntur principia & passiones communia omnibus corporibus, vt materia, forma, motus, locus, tempus: & hoc faciunt libri Physicorum, qui locum primum obtinent in vniuersa Physica. Postea tractatur de Caelo, quia passio omnium prima, scilicet motus localis, ei inest: & quod corpus simplex est: traditur etiam de elementis, qua parte cum Caelo conueniunt, id est, ra-

tione motus localis. Et quia corpora simplicia sunt non ex alijs corporibus constata, & sic secundum locum tenent libri de caelo, qui de simplicibus corporibus mobili secundum locum sunt, vt tibi dicit Simplicius. Postea sequitur aliud corpus, scilicet elementum secundum se, id est, vt generabile, & mutabile est, & aliorum mutationum causa: & hoc fit in libris de Generatione, vbi de ipsa generatione, & de elementis, que ipsius sunt causa, traditur: & sic tenent locum tertium. Postea in quarto loco est liber Meteororum, in quo de mixtis imperfectis agitur: In quinto de Mineralibus liber est, quem ab Aristotele non habemus: postea sequitur de animatis. Fit autem quaedam per se consideratio de anima, ob magnas ac multas ipsius difficultates, separata ab animalibus & plantis, & est in sexto loco. Septimum obtinent animalia. Octauum plantae, haec sunt omnes Physice partes.

De ordine tamen discrepant Doctores, omnes quidem conueniunt in ordine quinque partium priorum. Difficultas tantum est in duobus. Alterum est, an liber de Anima sit in loco sexto ante tractationem animalium & plantarum, an post. Alterum est, an liber de plantis antecedit librum de animalibus, an sequatur. Circa primum est opinio Auerroris j. Meteororum com. j. vbi vltimum locum post animata dat ipsi anime. Idem Philop. in hoc prologo, & Alex. not. in j. Meteor. vbi communitur citatur: hic enim nihil dicit, sed in libro suo, j. de anima cap. 2.

Rationes pro hac sententia haec possunt esse. Prima: Notiora nobis sunt tradenda prius: at composita sunt nobis notiora suis principijs: ea ergo sunt prius tradenda, & sic antecedit liber de animalibus.

Secundo: Si anima antecedit considerationem animalium, sequitur quod deberet etiam antecedere libros de caelo:

Nota. 3. Ordo partium Physice.

1. Opin. circa primam q[uest]i.

1. Ratio pro hac opinio.

2. Ratio.

lorem caelum est animatum, vt dixisse videtur Arist. lib. 2. Caeli, text. j. illud tamen nullus admittit.

3. Ratio.

Tertio, & hoc est argumentum Auerroris: Materia debet precedere consideratione formae, cum illa sit prior: ad partes, & organa sunt materia ipsius animae: ergo debet precedere animae considerationem.

4. Ratio.

Quarto: Consideratio orbium in 2. Metaph. praecedit considerationem Intelligentiarum: ergo etiam consideratio ipsorum corporum animalium erit ante animae considerationem.

5. Ratio.

Quantum est argumentum: Anima desinitur per corpus organicum: ergo p[er] cognitionem ipsius corporis: ergo huius consideratio prior est, quae traditur in lib. animalium & plantarum.

6. Ratio.

Adde Arist. de longit. & breuit. vitae, vbi dicit, quod traditis illis passionibus, erit absoluta doctrina animalium, quae animalia iam sunt tractata ante parua naturalia: ergo ante animam: nam liber de anima conuinctus est cum paruis naturalibus. Haec sunt argumenta pro ista sententia.

2. Opin.

Oppositam sententiam tenet magni Philosophi, q[ui] liber de anima sextum obtineat locum ante lib. de animalibus inter quos est Auicena, qui ob hanc causam lib. de Anima inscripsit sextum naturalium. Item Albertus Magnus in praesenti, & j. lib. Phys. tract. j. cap. 4 & q. j. de homine, & j. animalium. cap. j. Item S. Tho. in praesenti, & prolog. Phys. & Aegid. prolog. Phys. & Apollinariis, & denique omnes Latini.

1. Quest. an liber

Circa alteram difficultatem adhuc est difficultas. Nam Auerroris Meteor. librum plantarum eximitat antecedere lib. de animalibus. Item Alber. i. Phys. tract. i. cap. 4. At Philoponus & Alex. i. Meteororum, lib. de animalibus putant antecedere, vltimum locum habere plantas.

1. Opin. 2. Opin. Ratio

Ratio pro Auerroro haec esse potest: quia simpliciores sunt plantae, quae ta-

tum vegetatiuae sunt, simpliciora autem tradenda prius sunt. Haec sunt opinioniones Philosophorum.

Pro huius autem determinatione sit prima conclusio. Lib. de anima anteponendus est lib. de animalibus, & plantis: & sic sextum obtinet locum. Haec conclusio probatur primo ordine doctrinae. Principia & causa sunt prius tradenda: sed anima est principium animatorum: ergo ipsius consideratio prius est tradenda. Consequentia est certa. Maior est Arist. i. Phys. text. r. Minor est etiam ipse in praesenti prolog. text. 2. vbi animam principium animalium, id est, animalium dicit. Hoc argumentum est Alberti.

Secundum est S. Tho. in praesenti. Communia sunt prius tradenda, vt dicit, & probat Arist. i. de part. cap. i. at anima est omnibus animatis communis: ergo prius est tradenda.

Tertium sit argumentum. Liber de anima continetur cum libro paruorum naturalium, vt patet de sensu, text. j. at liber paruorum naturalium antecedit libros de animalibus: ergo etiam liber de anima. Consequentia est certa. Minor probatur. Passiones communes sunt tradenda prius, quam particulares, vt notum est: At liber ille paruorum naturalium est de passionibus communibus, tum omnibus animalibus, tum omnibus viuentibus: ergo antecedit. Illud autem ex capit. r. De sensu patet, vbi tales passiones Aristot. proponit, ac communes vocat.

Secunda conclusio Liber de anima, & paruorum naturalium vna pars est Philosophiae. Hoc patet ex ipsi explanatione & contextu: nam passiones animae dupliciter considerantur. Vno modo, vt ab ipsa sunt, vt a principio, & sic considerantur in lib. de anima. Altero modo, vt per corpus exercentur: & sic in paruis naturalibus, vbi de organo ipsi differunt, & de corpore, vt tales recipit passiones.

prima opinio.

1. Conclusio. contra Auerror. Probatur primo.

2

3

2 Conclusio. Probatur primo.

Et ita in presenti textu tertio proponit vtrumq; se tractaturu, & de passionibus animae secundu se, id est, respectu ipsius: & de passionibus communibus cum animalibus, id est, de ipsis, vt animali per animam insunt: cui textui respondet cap. j. de sens. vbi dicit. Postquam de anima secundum se dictu est oportere tradere de communibus cum animali, quod si non placet, vnicum librum & partem facere, scias tamen esse consideradam talem tractationem cum lib. de anima.

3. Cōclusio. Tertia conclusio. Probabilius puto ordine doctrinae, antecedere libros de animalibus, vltimumque tenere locu librum plantarum. hoc non secundum naturam, nam si plantae debent prece dere, sed quia doctrina de plantis traditur per analogiam quandam, & proportionem ad animalia: nam officia partium plantarum cognoscuntur per officia partium animalium, & per ista traduntur.

2. Adde etiam, quod inuenimus ex eplum in Aristo. Libro enim de anima prius egit de odoratu, quam de gustu: at libro de sensu, cap. 5. ordinē vertit, prius de corporibus, quam de odoribus agit, & hoc, quia de odoribus loquebatur per similitudinem ad saporē: illi enim sunt difficiliore. Hęc vero mihi videntur circa horum libroru ordinem.

Ad primum. Superest, vt ad argumenta respondeamus. Ad primum, admitto, composita esse notiora nobis: sed negada est maior. Ordo enim doctrinae non semper conformatur ordini nostrae cognitionis, sed aliquando ordini naturae. Vnde in effectibus, & causis tradēdis, potius sequitur ordinē naturae, a causis enim incipit scientia, & sic Aristoteles prius nos materiam & formam docuit: quam de vilo naturali composito diceret.

Ad secundum. Ad secundum, negatur celum habere animam, nam Intelligentia nō est

caeli forma, cum sit in se cōpleta substantia: sed dicitur ad similitudinem animati: quia motum habet a principio existente, seu potius assistente. illud hoc improprie dicitur.

Ad tertium dico, q. partes nō sunt materia animae: non enim pars animalis sumitur absque anima: q. si ipsa sola materia, & organizatio consideretur, dico potius esse instrumenta animae: at cognitio instrumenti pēdet ex cognitione principalis efficientis, & finis huiusmodi autem est anima. j. de part. animal. c. 5.

Ad quartum dico, quod orbis nō comparatur animali. Animal enim totum est ex anima ipsa & corpore: at orbis mobilis rationem habet.

Propterea illic nō traditur scientia orbium, sicut de animalibus in libro ipsorum, sed solum quaedam confusanea cognitio, quam de animalibus tradere nō est opus: quia quilibet scit illam, vel facile supponi potest, vt illic fit de orbibus.

Ad quintum dico, quod animata dupliciter cognosci possunt. Vno modo distincte, qd. ad omnes partes, & causas, & passiones: & hoc pertinet ad ipsorum considerationem, quā dicimus tradi in suo libro & sequi libru de anima. Altero modo confusē secundum aliquam cognitionem, quae facile haberi per se potest: & sic antecedit, & ponitur in definitione. Et nota hanc solutionem.

Ad locum Aristotelis dico, quod sic intelligitur, quod sit absoluta contemplatio animalium, id est, earum passionum, quas animalibus cōmunes proposuerat in principio. De sens.

An anima sit subiectum huius libri? Questio. IIII.

S ubiectum, seu obiectu, quod alij materiam scientiae vocant, id est, circa quod talis scientia versatur eius naturam & passiones inquirendo, est autem cōtrouersia, an tale sit ani-

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Rationes ad partē negat. Prima. sit anima, huius tractationis, an potius animatum corpus? & videtur potius esse hoc, quam anima. primò. Id est subiectum, cui illius passiones, quae in scientia considerantur, insunt: sed corpori animato, non animae: tales insunt: nam videre, audire, irasci, & reliquae, toti composito competunt: ergo id est subiectum.

2. Secundò. Subiectum partis alicuius scientiae totalis, debet esse species subiecti ipsius scientiae totalis ergo subiectu scientiae de anima, erit species entis mobilis: q. est subiectum totius Physicæ: sed corpus animatum, & non anima, vt notum est, specie est entis mobilis: ergo id est subiectum.

3. Tertio. Corpus animatum, cum sit commune animalibus & plantis, debet tradi ante animalia, & plantas: nō est autem alia pars, nisi in hoc libro: ergo est subiectum.

4. Quarto. Subiectum presupponitur in scientia quid sit, at de anima id nō fit, imò definitur: ergo nō est anima subiectum.

1. Opin. In hac quaestione sunt tres sententiae. Prima est Pauli Veneti, com. 3. quam Iandunus q. 3. tribuit Albert. Magno: sed non ita est. Hic dicitur duplex esse subiectum in re: Vnum, quod, puta, illud cui passiones insunt, & de quo praedicatur, & hoc est compositum, vt homo, respectu resbilitatis. Alteru est, quo, id est principium, ratione cuius insunt, id quod est forma. Ita dicit in scientia esse hoc duplex subiectum & quo, & quod: vt enim est quo insunt, ita est quo considerantur in esse: & cui insunt, ita tui considerantur in esse. Dicit ergo, quod in tractatione de anima est hoc duplex subiectum: anima est subiectum, quod corpus animatum quod.

2. Opin. Altera sententia est Apollinaris, quae 3. qui dicit vnicum esse librum, seu tractationem, scientiam de anima, & paruorum naturalium, & totius es-

se corpus animatum subiectum: quatuor huius partis de anima, sola sit anima subiectum, totum tamen conuigi debet, & vnicum dari subiectum corpus animatum.

Tertia sententia est Alber. Magni in presenti, & S. Thom. & Aegidij, & Ianduni, q. 3. & communis aliorum, q. anima sit subiectum, & non corpus animatum.

Pro huius dilucidatione, sit prima conclusio. Anima est subiectum huius tractationis, & nō corpus animatum.

Probatur primò, auctoritate, cap. enim de sens. in principio dicit, de anima secundu se dictum esse. Vides igitur hoc pacto solius animae, & nō corporis animati esse considerationem hanc.

Præterea ex tituli inscriptione: dicitur enim de anima, a tunc etiam ex his, quae proponit se dicitur de anima, & ex toto contextu: vbi patet, nō esse dubium secundum Aristotelem, animam esse subiectum.

Probatur secundò. Illud est subiectum in scientia, cuius definitio ponitur in illa, & species ac passiones considerantur: at anima definitur hic, ipsiusque species tractantur, scilicet vegetatiua, sensitua, & intellectiua: passiones etiam, id est, potentia, quae ab ipsa procedunt, ergo anima est subiectum.

Præterea tertio. Si corpus animatum esset subiectum, tunc ista scientia esset generica, solum, quod ageret de quodam viuentium genere: sic autem non esset dignissima, vt dicit Aristoteles: quia perfectior est cognitio specierum, non est igitur animatum corpus, sed anima subiectum.

Secunda conclusio. Paruorum naturaliu subiectum est etiam anima. Primò, quia est idem liber: & continuus. Præterea, quia passiones illic considerate non sunt, vt composito inhaerent absolute, sed vt ab anima procedunt, & in

3. Opin.

1. Cōclusio.

Probatur primò ex Aristot.

Secundò probatur ratione.

Tertio.

Secunda conclusio probatur primò.

& in compositū deriuatur: & sic omnia illa in ordine ad animā tractantur.

Ad primum.

Ad primum igitur dico, quod illa passiones ab solutē predicantur de cōposito, tamen de Anima etiam predicantur, hoc modo, quia ipsa est illarum principium; nam passiones per corpus exercentur, ab anima tamen proueniunt & hoc modo tales passiones hic tractantur, atque ideo anima est subiectum.

Ad secundum.

Ad secundum, neganda est illa maior. Non enim id est necessarium, nā in sciētia nō semper de speciebus agitur; sed aliquādo de principijs & causis: & sic in presenti traditur de anima, quae animatorum est principium.

Ad tertium.

Ad tertium respondeo, quod verū est, oportuisse prius tradere de anima toto tamen; quia nihil habet aliud ferē, quam quod in libro de Anima traditum est, & in paruis naturalibus, idcirco non est alia pars considerationis distincta, sed solum oportet applicare animato, quae dicta sunt de anima, quae est subiectum huius considerationis.

Ad quartum.

Ad quartum dico, quod sciētia supponit de subiecto, quid nominis, non quid rei, imō sciētia est, de huius subiectum, quauis non demonstrare ipsum quid, vt diximus in Poster. lib.

& expeditius procedamus, nec hoc est à nobis hoc loco prater rationem factum. Nam concilio Lateranen. tertio congregato sub Leone X. anno 1513. sessio. 8. impositum est praecipio, philosophis, vt, erroneas philosophorum rationes, in his, quae contra fidem sunt, soluant pro viribus, ac veram & Christianam philosophiam proponant. Redigemus ergo ea, quae in presenti occurrent ad aliquot canones seu propositiones, quae sequuntur, idque addita breuissima probatione, qua constat esse fidei. De eisdē postea suis locis susus disputari.

Prima propositio. Anima rationalis & intellectiua non est vna numero in omnibus hominibus, sed est & fuit & erit purificata secundum indiuiduorum hominum pluralitatem, ita vt singulae sint in singulis.

Hec est de fide determinata in illo Concilio, Lateranensi tertio, sessio. octaua. Oppositum habuit Auerroes, qui vnicum Intellectum numero assistentem omnibus hominibus posuit: contra quam amentiam scripsit multi viri docti, & inter hos praesertim Albert. in libello de vnitae intellectus, vbi soluit triginta argumenta huius erroris, & totidem pro veritate ponit: scripsit etiā S. Thom. 2. contra gentes, cap. 73. & similiter Aegidius, & alij, & nos etiam infra disputabimus.

Secunda propositio. In vnoquoque homine vna est anima, non plures. August. 10. super Genesim. ad litteram cap. 14. refert ex sententia Manicheorum duas animas in homine, alteram sensitiuam, alteram intellectuam, & cap. 12. refert idem, ex quodam nomine Didimo, quod idem habuit Philo. Iudaeus in opusculo, scripto. Quod de tertius potiori insidietur.

Oppositum docet Augustinus de Ecclesiasticis dogma. cap. enim. 15. inquit: Nec duas animas esse in homine vnam

Prima propositio animae rationalis & intellectiuae non est vna numero in omnibus hominibus. error.

Secunda propositio. In vnoquoque homine vna est anima, & non plures. error.

vnam animalem, qua animetur corpus, & immista sit sanguini: alteram spiritualem, quae rationi ministrat: sed dicimus vnam & eandem esse animam in homine, quae corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua ratione disponat. Hae Augustinus. Idem dicit omnino libro de spiritu & anima. ca. 9. & lib. de fide & simbolo, atq; alijs locis, & Damascē. 2. de fide orthodoxa, cap. 12: & est expressa huius determinationis. synodus generali act. 10. can. 11. cuius verba sunt: Apparet quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, vt duas in homine animas impudenter dogmatizet: quos omnes & similia sentientes, cum Vetus & nouum Testamentū, & omnes Ecclesie Patres vnam animam rationalem in homine assueret sancta & vniuersalis synodus anathematizat haec sunt verba. Et quauis aliquis effugere posset, alserens, nō intelligi canones hūc de anima sensitiua, & rationali, sed intelligi de pluralitate animarū vtentū ratione, qd aliqui Catholici, (inter quos est Scotus, & Paulus Venetus) tenēt animam esse vegetatiuā & sensitiuā in homine distinctas à rationali, nec tū videatur illos damnatos in illō canone: tamē hoc fautorum esse non ita tutam & certā canonis interpretationē, & restrictionem, cum in genere loquatur, & sanctorum aliorum testimonia glossam nō pati, cum sint manifesta. Et praeterea de Christi, redemptoris nostri, anima sensitiua, quid de ea in morte actum esset, an mortua fuerit, an in sepulchro manserit, an cum anima rationali ad limbum descenderit, nō facile responderi sine aliqua impietate poterit. Quare arbitror hanc sententiā esse periculosam & temerariā, de qua tamē postea plurā suo loco dicemus.

Tertia propositio.

Tertia propositio. Anima rationalis secundum se, & suam substantiam, est corporis forma, materiamque informat & cum ipsa vnum per se facit.

Oppositum huius sensitū Plato, vt referunt Arist. 2. anima, textor. & Theophrast. 2. animae. c. 2. qui putauit animam assiliterē sicut nauā in nauiside Phisloponus. 2. animae. c. 1. in fine, & Gregorius Nisēnsis: de anima. ca. 5. vbi reprehendit Aristotelem, tanquam sentientem esse formam.

Sed idem, post Gregorium, id est dānarum in concilio Viennensi, fecit vnde de sumpta fuit Clementina, de sumpta Trinitate & Fide Catholica, cap. vniū; & postea approbavit Leo X. adem concilio Laterā. sess. 8. vbi illam esse veram formam informantem secundum fidem statuitur.

Quarta propositio. Anima rationalis à solo Deo est creata. Scias ergo aliquas formas à Deo produci, medijs causis particularibus, at animam intellectuam à solo Deo produci, atq; hūc de creati.

Fuerunt in oppositū duo errores, prior Tertullianus vt refert Augustinus lib. de haeresibus, Ad quot vult Deum, capit. 86. qui putauit animas esse ex traduce, id est, animam vnius prodari ab anima alterius, vt anima filij ab anima patris.

Posterior fuit aliorū dicentū fuisse factas ab angelis. Hūc errorem tenuerunt Hieremias, & Seleucus, Galata, vnde orta fuit haeresis Mesalianorū, vt dicitur. 7. Histor. Tripar. cap. 11.

At circa errorē Tertullianus & habuit Apollinariani Alexadrini, vt dicitur. 5. Histo. Tripar. ca. 44. fuit quibus Augustinus an secundum fidem esset tenendum, animam à solo Deo creatam in illo lib. de haeresibus. cap. 8. inquit, nō propter illud fuisse proclamatum haeticum. Tertullianum. Et in epistola, de origine animae ad Hieron. credit animas rationales non esse ex semine, sed à solo Deo creatas: dubitat tamen, an id sit fide tenendum, & respondet quibusdam locis scripturae, quibus videbat in fide probari.

Anima rationalis secundum se & suā substantiam est corpus. error.

Quarta propositio. Anima rationalis à solo Deo est creata. Primus error.

Secundus error.

Dubium aliquando an esset de se, &c.

PROPOSITIONES

aliquot fide tenendae, quibus vera debet esse Philosophia consentanea.



VI A multa de Anima disputanda sunt, in quibus non licet Catholico dubitare: disputantur autem, vt philosophorum errores, & sophismata vitentur, & reiciantur, ac vera philosophia constet: placuit, antequam quicquam disputaretur, ea omnia, vt fundamenta certa proponere, vt postea securius

ta certa proponere, vt postea securius

Præterea Eucherius Episcopus Lugdu. posterior Aug. circiter centum annos, super illa verba Genesis, Aedificauit dominus Deus costam &c. dicit illud esse difficile determinatum: quia nihil est à sanctis viris aut scripturarum auctoritate certò pronūciatum.

Iam cõstat esse errorẽ & probatur p̃põ sitio. At S. Tho. 2. contra gentes, cap. 86. dicit, illam opinionem Tertull. esse errorem & in qq. de potentia. q. 3. ar. 9. dicit. Diligenter considerari appareret id esse damnatum. Leo. n. l. epistola. 19. dicit animas à nullo incorporari, nisi à solo Deo; ipsarum creatore. Vbi coniunctum. etiam error posterior asserentium, Ab angelis. esse factas: cõiunctum etiam hoc ex illis verbis Symboli, Factorẽ omnium: visibillium & inuisibillium. Nam, si anima rationalis est spiritualis, vt est, & iam dicemus, necesse est, vt sit creata; & nulla naturali virtute producta, sed de hacre postea suo loco diligentius, nunc satis est fidei veritatem digito commonstrare.

5. propõ Anima rationalis est spiritus, nec est corpus, nec ex corporibus constata. Hoc fuisse Platonis videtur, qui, vt refert Aristot. anima; text. 45. dixit, ex elemētis esse compositam, idem dixerunt Cleates, & Chrysippus, quos referunt Greg. 20. anima; cap. 1. & Tertull. libro de anima. huius etiam erroris fuit Apollinaris, de quo supra.

error. Hoc tamen est aduersus scripturas. Probat. Luc. 23. In manus tuas commendo spiritum meum. Ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Probatur p̃põ sitio. Nec obsistat. 7. Synod. generalis, actio 5. vbi citatur cuiusdam Parrisi testimonium dicentis; animas, & angelos ex aere, vel lignea materia esse cõfatos: quod tamen Conciliũ nõ reprobauit. Nam id non definitur à Concilio, sed solum inter alia multa patrum testimonia citatur ad cõprobationem vsus imaginum: nõ enim ibi quidquam de

hac materia tractabatur, sed solum de cultu imaginum. Ille autem sanctus pater erat opinionis Platonice, & disputans cum Iudæo, ex ea opinione, licet falsa, volebat defendere angelorum imaginẽs. Conciliũ autem citauit, non vt in eo approbaret illum sed vt ostenderet illum patrem in vsu imaginum rectè secum sensisse.

At verò tam de angelis, quam de anima; definita hæc iam veritas profecto videtur in Lateranensi Concilio 1. sub Innocetio. 3. vbi dicitur: Deus ab initio vtramq; de nihilo condidit creaturam, corporalem, & spirituale: angelicam scilicet, & mundanam. Deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutã, hæc ibi, & habetur Extra, de summa Trinitate & Fide catholica, can. firmiter credimus, id quod asseritur in ipsa definitione fidei, vt non facile quis ea verba possit effugere, vt non nulli parũ cautè putarunt.

Sexta. Anima non est Dei substantia, nec ex Dei substantia.

Irenæus libr. 1. aduersus hæreses ca. 24. refert. Carpocratem fuisse huius hæresis authorem, quod anima sit ex Dei substantia, quam receperunt hæretici, dicti Gnostici, & postea Manichæi, & idem videtur sentire Philon Iudæus, libro allegato, cuius verba sunt: Quomodo credibile videtur tã exiguam mentem humanam membranula cerebri, aut corde, haud amplis spatijs inclusam, tantã cœli, mundi; magnitudinẽ capere, nisi illius diuinẽ, foelicisq; anima; partiuncula esset indiuisibilis.

Aduersus hanc hæresim est Conciliũ Bracar. 1. cap. 5. Si quis, inquit, animas, aut Angelos credit ex Dei substantia extitisse, sicut Manichæus, & Priscilianus dixerunt, anathema sit. Idẽ determinauit Leo Primus, epistola. 91. cap. 5.

Septima. Anima nõ fuit creata ante corpus

6. propõ Anima non est Dei substantia, nec ex Dei substantia.

Probat. Probatur p̃põ sitio.

7. prop. corpus, sed simul à Deo creatur, & corpori infunditur. Aia nõ fuit creata ante corpus sed simul creatur, & corpori infunditur: error. Opositi erroris fuit Origin. lib. 1. Petiarchon, cap. 7: credens animas fuisse ante corpora creatas. Cœlius Rodogin. lib. 10. & cap. 16. id refert ex sententia Platonis, & Macrobi. Istius erroris meminit Hieron. epistola ad Paumachium. Damnatus est autem error hic à Leone Primo, epistola 71. contra errores Priscilianistarum.

8. Propo. Anima rationalis non corrumpitur, corrupto corpore, sed manet in æternum duratura.

error. Hinc opposita fuit hæresis Saducæorum, quos impugnat Dominus, Matth. 22. & sunt plurima loca scripturæ contra hunc errorem, ex quibus sufficiant duo. Matth. 22. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt, & sapient. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, & est definitum id in citato illo Lateranensi Concilio. 3. sess. 8.

Nona. Anima manentes post corpora non subintrant alia corpora, nec transmigrant de vno in aliud.

error. Herodotus dicit transmigratio-nem animarum fuisse placitum Philosophorum Aegyptiorum, ac inde

sumpsisse Græcos. Lactant. libr. 7. refert Pythagoram inter hos. Idem receperunt quidã hæretici dicti Albigenenses, & Albigenses, contra quos est Athanas. libro sexto de Beatiudine filij Dei, vbi docet, illud esse contra fidem.

Decima. Omnes rationes naturales, quæ contra animæ immortalitatem, & alias veritates Fidei à Philosophis factę fuerunt, sunt sophistice, & vanę, & solubiles. Nec enim Philosophia vera repugnat veritati diuinę.

Hęc est contra aliquos, qui absque vlla consideratione dicunt, secundũ philosophiam esse animam mortalem, & in alijs huiusmodi hoc inepto, & impio vtuntur loquedi modo, quos damnat Conciliũ Lateran. 3. allegatum sub Leone X. sessio. 8. & determinat, quæ fidei repugnant non esse secundum philosophiam vera. Verum enim non contradicit vero. Est autem fides supra naturam, non autem cõtra ipsam: & iubet Conciliũ eam solui, & veritatem pro viribus, quantum fieri possit, persuadere, & docere. Hęc sunt, quæ maximè p̃oculis sunt habenda, & tanquam certissima tenenda, postea accedemus paulatim proprijs in locis ad disputationes.

B IN

manent post corpora, nec trãsmigrant in aliud. error. probatur p̃põ sitio. 10. Propõ. Ocs rationes naturales contra animæ immortalitatem & alias veritates fidei sũt sophistice, vanę & solubiles. error.

IN LIB. I. DE ANIMA, CAP. I.
IN PRIMVM ARIST. LI-
BRVM DE ANIMA.

CAPVT PRIMVM.

Bonorum & honorabilium notitiam. Tex. I.

ROLOGVS hic maxi-
mè sciētia de anima cō-
mēdat, est enim ex his,
quos Aristotel. edidit,
scitu dignissimus. Tria
in ipso facit. Primum dignitatem, &
vtilitatē sciētiae huius ponit, in quo
bēnēvolos facit lectōres: Secundum,
prōcedendi modum, in quo facit docē-
les: Tertium difficultatē sciētiae mul-
tis quēstionibus propositis ostēdit, in
quo attentos reddit.

In hoc igitur primō textu nobilitatem
ponit sciētiae huius tali conclu-
sione. Historia de anima alijs est me-
lior, & honorabilior ob subiecti ex-
cellentiam, & ob sciētiae certitudi-
nem. Hanc sic probat: Omnis sciētia
alias nobilitatē materiē, aut certitudi-
nē cognitionis superans, est illis me-
lior, ac honorabilior, ac sciētia de
anima est alias superans in vtroq; er-
go illis est melior & honorabilior.

Aduerte, quōd dicit, historia ani-
mē, non quia summam, & non ex-
tē de anima tractet, vt volunt aliqui:
sed historiam sumit pro sciētia, vt no-
tant Simplicius & Philoponus: dicit
enim historiographos solere dici sciē-
tes, & sapientes.

Ante argument. maiorem, supponit
fundamentum, scilicet, notitiā esse
bonam & honorabilem: per notiti-
am cognitionem veram intellectus
intelligit, vt Simplicius notat.

Aduerte autem, quōd sciētia dicitur
bona, non quōd sit solum bonorū:
nam malorum cognitio etiam est bo-

na: est enim Intellectus perfectio que
cūque vera cognitio, & in eo bona di-
citur, quauis obiectum sit non bonū,
vel malum. Non enim Intellectus est
sicut voluntas. Velle enim malum, &
peccatum, malum est: at ipsum cogno-
scere bonū est, ad multa que prodest,
vt Philoponus notat.

Aduerte etiam literam, sensus enim
est. Cū opinemur sciētiam esse po-
nendam inter bona & honorabilia, ac
eo magis quōd excedit plūs materiē
dignitate, & certitudine: ab ista vtra-
que sciētia animę in primis est po-
nenda. Cetera que dubia sunt in tex-
tu in quēstione sequenti examinatur.

An sciētia animę alias vincat nobilitate,
et certitudine. Quęst. V.

QUOD in hac parte difficul-
tatem facit illud est. Videtur
enim, quōd non sit ista sciētia
alijs nobilior & certior.

Primō, quia in 8. Physic. agitur de pri-
mo motore, qui tamen nobilior est,
quā anima.

Pręterea, in libro de Cęlo agitur
de cęlo, quōd cū sit ingenerabile
videtur nobilior anima, que pars est
compositi generabilis.

Pręterea in libris de animalibus, &
plantis, videtur subiectum esse nobi-
lius: nam totum nobilior est parte, &
sic animatum nobilior est anima.

Pręterea Mathematica videtur om-
nes excedere in certitudine, vt dicitur
2. Metaph. text. 16. non ergo ista
est alijs certior.

tria que
in hoc p
logo fa-
cit Aris.

Primō
& nobili-
tate sciē-
tię de a-
nima.

Nota. 1.

Nota. 2.

Nota. 3.

Nota. 4.

Ratio. r.
ad par-
tē nega-
tiuam.

Pręter-

Pręterea Metaphysica omnes exce-
dit nobilitate: Quomodo ergo sciētia
hęc alijs est certior, & dignior?

Duplex
hęc
quęstio
difficul-
tas.

In hac re multum differunt Inter-
pretes: sed vt distinctē percipias quid
quisque velit, scito esse duplicem diffi-
cultatem. Altera est de comparatione
hęc, an sciētia de anima comparetur
alijs partibus Philosophię naturalis
solum, an omnibus sciētis. Altera est,
quomodo sit certior sciētia ista vel
alijs sciētis, quod difficilius est, vel
alijs Philosophię partibus.

Opinio-
nes cir-
ca pri-
mā diffi-
cultatem.
1. Opin.
2. Opin.

Circa priorem, aliqui existimāt, fo-
lū fieri comparationē ad alias philo-
sophię partes & hoc tenēt magni vi-
ri, inter quos sunt S. Tho. Simplicius,
Philoponus, Aegidius, Tinasius. Alij,
fieri comparationem inter omnes sciē-
tias: hi sunt Auerroes, Alber. Paulus,
Caietanus vterque, & alij multi.

Opinio-
nes cir-
ca secu-
dā diffi-
cultatē.
1. Opin.

Circa posteriorem verō; quomodo
sit certior, est multiplex opinio. Pri-
ma est, quōd sciētia de anima nō sit
certior Mathematica, nec nobilior
Metaphysica si vnum quodque per se
sumatur: tamen simul in vtroque ex-
cedat vtrumque, id est honorabilior
est Metaphysica: quia quauis Meta-
physica habeat obiectum nobilior, ta-
men non habet modum & certitudi-
nem. Similiter Mathematica habet
certitudinem, non tamen obiectū no-
bile: at sciētia animę vtrumque ha-
bet, & certitudinem, in qua vincit Me-
taphysicam & obiectum, in quo vincit
Mathematicam. Hęc est opinio Bur-
lei, & Caietani Cardinalis.

2. Opin.

Secunda opinio est Thomistarum,
qui hanc sciētiam alijs omnibus cer-
tiorē vocant: quia tractat de re, a qua
omnes alia habent certitudinem, sci-
licet, de anima. Nam certitudo in ani-
mę assensu consistit.

3. Opin.

Tertia sententia est Philoponi, qui
animę sciētiam dicit certiorē: quia
est de obiecto immaterialiori, quā
sunt reliquę philosophię partes, quā

certitudinis speciem ponit Aristot. 1.
Poster. cap. 23.

Quarta opinio est Simplicij, & S.
Thom. & Aegidij, quōd sciētia 1. 2. sit
certior, quia agit de re nobis certiori
& notiori, quā tum ad esse. Quid enim
cuique certius, quā quōd viuat, quōd
operetur, quōd animam habeat? cū
in se quisque hoc experiatur.

4. Opin.

Hę tres vltimę sententię loquun-
tur de certitudine ex parte obiecti, at
reliquę, quę sequuntur, de certitudi-
ne in demonstratione, & modo cogni-
tionis, quę propriē est certitudo.

Nota.

Quinta sententia est Alberti Magi
& Pauli Venerij, & Linconiensis. 1. Po-
ster. cap. 23. Dicit enim, animę demō-
strationes esse ex se notiores, quā Ma-
thematicas. Est autem intelligenda sic
opinio: Demonstrationes Mathematicę
cę non habent robur, nisi ex lumine
intellectus, quō cognoscuntur princi-
cipia per se nota, quibus ipsę innun-
tur: lumen hoc reddit testimonium ve-
ritatis principiorum, at multo magis
reddet testimonium suorummet prin-
cipiorum, nisi esset defectus ex parte
nostra: & sic demonstrationes de ani-
mā ex se sunt certiores, vt pote magis
confirmatę lumine ipso intellectus,
quantum est ex se: ob id dicunt sciē-
tiam de anima, esse certiorē in demō-
strando omnibus alijs, quantum est ex
natura rei.

5. Opin.

6. Opin.

Sexta sententia est Caietani Vigen.
qui dicit, demonstrationes animę apo-
steriori esse omnibus alijs, etiam Ma-
thematicis certiores: quia procedunt
ex nobis notissimis, & expertis, at esse
etiam, & passiones Mathematicę sunt
non sensatę, quauis quo ad demōstra-
tiones a priori Mathematicę sit cer-
tior. Hęc sunt, quę habentur ab inter-
pretibus in hac quęstione.

In quorū dilucidationem sit primū
fundamentū. Senum dupliciter diuidi-
tur. Primō, in delectabile, vtile, & ho-
nellū, vt patet. 1. Eth. c. 8. Delectabile
est,

1. funda-
duplex
boni di-
uisio.

B 2 est,

Prima est, quod appetitui delectatione ingerit, ac propter eam est expetibile. Utile est, quod ob aliud appetitur. Honestum quod propter se, quales sunt virtutes, & scientiae, quibus ista non simpliciter appetantur, sed propter Deum: tamen propter se dicuntur, quia non in aliud bonum inferius sine ultimo: est autem distinctio haec formalis. Nihil enim vni bono illa tria inesse prohibet, tamen ipsorum ratio semper diuersa est.

Secunda diuisio boni laudabile, & honorabile.

Nota.

2. fundamen. Ex quibus scientia dicitur certa, nobilis, & mirabilis.

Nota.

scendi generis excellentiam, amplius oblectamur, quam si haec omnia nobis iuncta teneremus.

Scientia autem mirabilis dicitur, eod, quod cas secretiore, & abstrusiores habet, vt notat Alber. Miramur. n. cuius causam inuestigare difficilimum videtur. Haec omnia tria, vni scientiae inesse nihil prohibet, semper tamen ratione diuersa.

Sit tertium fundamentum. Scientia practica primo inclinatur ad cognitionem. Artifex. n. domus per artem cognoscit domum, sicut etiam habitus speculatiuus inclinatur ad cognitionem: sed differunt. Nam cognitio practica ordinatur ad opus, cognitio speculatiua in sola cognitione, per practicum enim habitum cognoscimus, vt operemur, per speculatiuum cognoscimus, vt cognoscamus. Ipsa enim cognitio est actus, & simul finis, habitus speculatiui: practici vero opus, vt dicitur. 2. Metaph. cap. 1.

His constitutis sit prima conclusio. Scientia speculatiua est bonum honorabile, & laudabile.

Aduertendum, quod cognitio & habitus potest dupliciter comparari. Vno modo ad obiectum & rem, quae cognoscitur, & sic dicitur vera cognitio, & verus habitus, quia ita est in re, sicut in cognitione. Altero modo ad ipsum subiectum, id est, potentiam, & animam, in qua est, & sic dicitur bona, quia est ipsius perfectio. Dicitur etiam honorabilis: quia est bonum ex his, quae propter se sunt expetenda, vt diximus in fundamento primo: ac consequenter laudabile est, quauis bonum honestum magis sit honorabile, quam laudabile.

Secunda conclusio. Scientia practica simpliciter est laudabilis, aliquo tamen modo honorabilis dici potest.

Primum patet, quia est bonum utile, ob id laudabile est. Posterius patet: quia per ipsam cognoscimus, & in hoc modo speculatiua conuenit: aliquo igitur modo honorabilis est, vt differat ab alijs vtilibus, quae cognitionem non habent

2. fundamen. Scientia practicae & speculatiuae finis, in uno conueniunt & differunt.

1. conclusio.

Explicatur & probatur.

2. conclusio.

1. Pars probatur. 2. Pars probatur.

haec

3. Conclusio.

Explicatur & probatur.

4. Conclusio.

Probatum concluditur.

Ad primum.

Eiusdem elara expositio.

haec enim tantum laudabilia sunt. Ad de, etiam quod dicitur Sapientia. Honoraria. Scientia non nobilior est, quam Medicina. Tertia conclusio. Mihi probabilior est sententia S. Thomae & Gregorij, quod scientia de anima, si comparatur ad reliquas solum Philosophiae partes & eis sit certior & dignior.

Quiduis igitur maior sit vniuersalis, vt scientia sit honorabilior altera, vel propter certitudinem, vel propter obiectum: tamen conclusio, quae inferitur scientiam hanc esse primam, & intelligenda est inter oes Philosophiae partes: non enim commodè intelligitur, quod Mathematicas certitudine antecedit. Nam propria certitudo ex modo demonstrationis sumitur, constat autem hanc esse maiorem in Mathematica.

Nec ego nego secundum aliquam certitudinem excellere, puta, obiecti certitudine, vel ista, vt Idemistius dicit, tamen non videtur propria talis certitudo.

Quarta conclusio. Scientia de anima certior dicitur alijs partibus Philosophiae in demonstrando.

Quia cum Physicae demonstrationes sint ab effectibus, nullius naturae rei effectus plures, ac notiores sunt, quam animae: sunt enim interna, & propria experientia notij, de quorum existentia dubitare non contingit: ob id in tali genere demonstrationes certiores sunt.

Ad primum igitur argumentum de primo motore, respondet Caietanus Thome: quod in scientia debet considerari formale obiectum, in Physicorum autem 8. agitur de Deo sub hoc forma, vt motor est, de anima hinc, vt viuificat, & principium est ipsius esse: nobilior autem est viuificare, quam mouere.

Sed haec responsio sub ijs verbis parum suspecta videri posset. Dico igitur, quod Deus non consideratur, illi secundum substantiam suam, sed secundum motum: anima autem secundum substantiam consideratur; ob id dicitur scientia nobilior alijs omnibus partibus Phi-

losophiae considerantibus rei naturam.

Ad secundum respondeo, quod anima nobilior est caelo, saltem intellectiua. Est enim coelum inanimatum.

Ad tertium respondeo, quod animal est quidem nobilior anima, quia includit perfectionem animae & aliud, id est corpus: tamen si sumatur anima per se & animal, quantum ad id, quod propter animam habet, vt in sententia de anima libris sit, tunc anima nobilior est animali. Ad alia patet solutio ex conclusionibus propositis.

Videatur autem, et ad veritatem omnem.

Text. II.

Proposita scientiae dignitate, proponit utilitatem. Dicit autem esse utile ad omnem veritatem, id est, ad omnem scientiam, non tamen equaliter, sed maxime ad cognitionem naturae. Probat hoc, quia anima est principium animalium, quae naturam habent, nec absque eius cognitione possunt cognosci.

Communis expositio omnium est, vt per naturam intelligat scientiam naturalem: & tunc est sensus, quod cognitio animae maxime sit utilis ad Physicam, quia tractat Physica de animalibus principne quorum anima est principium.

Aduertendum autem, quod dicitur: Quasi principium, non quod dubitet, vel diminuat, sed affirmet animam esse principium.

Dices: Quomodo scientia haec de anima utilis est ad omnes scientias? Respondeo, quod est utilis ad omnes in particulari & in vniuersali. Primum in particulari est utilis ad Moralem tripliciter. Vno modo, quia Moralitas agit de virtutibus & vitijs: haec autem sunt in animae potentijs: quaedam enim in voluntate, quaedam in intellectu, quaedam in irascibili, quaedam in concupiscibili nec absque his potentijs cognoscitur, & discerni valent: indiget ergo moralis cognitione hac, in qua tales potentiae inquiruntur, quae expresse fatetur Arist. j. Eth. c. 13, & j. magnorum Moralium, c. 35.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad alia.

De utilitate scientiae de anima.

Nota 1.

Nota 2. Dubium, quomodo sit utilis ad omnes scientias. Solutio. Utilitas eius ad morale Philosophiam.

Præterea secundò, vtilis est ad materiam proximam, nam virtutes, & habitus perficiunt animæ operationes: cognitione igitur opus est ipsarum operationum, quæ hic traduntur.

Tertiò, vtilis est ex parte finis vltimi, nam Moralis constituit finem in contemplatione: at contemplatio quid, & quomodo sit, hæc docet scientia.

Vtilitas ad Metaphisicam.

Ad Metaphisicam etiam est vtilis: quia anima intellectiua est media natura inter formas omnino intellectuales, & inter materiales, docemur ergo in hac scientia eleuare iam intellectum aliquo modo supra naturam corpoream, & intellectualem incipimus attingere, quam Metaphisicus considerat: & ob hoc vtilis est ad Metaphisicam hæc scientia, atq; hanc vtilitatem docet Simpl. & hoc significat etiam Auer. dñ dicit, qd Metaph. accipit substantiam sui subiecti, ab hac scientia.

Docet etiam hæc scientia, Intellectus quid sit: & intelligere, & alia quæ substantijs separatis insunt, alio tamen modo.

Vtilitas ad mathematicas disciplinas. Vtilitas eius ad Dialecticam. Vtilitas ad oēs scientias in cōmuni.

Est etiam vtilis ad Mathematicas: quia docemur abstrahere, & quid sit, & quò sit: qua abstractione vtitur Mathematicus.

Vtilis etiã est ad dialecticam, quia hæc circa operationem intellectus modos versatur.

Est etiã vtilis ad omnes, in cōmuni, quia tractat de principio effectiuo aliarum scientiarum, qd bene docet Albert. de homine. q. j. Vnde notandum est quòd in scientia sunt duo & obiectum, & cognitio, vtriusq; anima est principium. Primò obiectorum est principium: nam anima per suas operationes facit habitus, virtutes, vitia & scientias, de quibus agit Moralis, sicut etiã facit opera artis: aliarum autem scientiarum facit obiecta, quo admodum, non enim est scientia, nisi de obiecto, sub abstractione, & anima est, quæ abstrahit, & sic facit aliarum scientiarum obiecta.

Facit etiã cognitionem: nam per sensus facit Physicam. Physica nam à sensu incipit. Per imaginationem facit Mathematicam, ut em̄ Physica à sensu, ita Mathematica ab imaginatione p̄det. Per speculationem, & contemplationem, Metaphisicam per practicam cognitionem Moralem, vtilis ergo est ad omnem veritatem.

Circa expositionem textus alius notandum, qd quantus sit communis expositio, cum dicitur scientia hæc vtilis ad naturam, vt intelligatur ad Physicam, tamen videtur profectò aliam esse Arist. Est autem expositio notata digna. Dico igitur, quòd natura hic sumitur, pro ea, quæ Physic. definita est, erat enim duplex natura: Altera materia, altera forma. Vtraq; autem in inanimatis est principium passiuum motus primū. Non est autem vlla natura, quæ sit actiuum principium motus interni, nisi animatorum forma, quæ est anima. Ideò cognitio naturæ manca est, nisi cognoscatur anima: non enim in alijs est, nisi natura passiuā. Restabat igitur natura actiuā: ob id dicit, qd maxime ista scientia est vtilis ad scientiam de naturā, quæ clarè dixit primo. De partibus iudicans, animam pertinere ad Physicam. Et probauit: quia Physic. considerat naturam, & præcipua natura est forma, & inter has anima.

Hinc fit, qd sub illo verbo, Veritatem includitur Physica, vt ista scientia dicatur vtilis ad Physicam, quia præcipua pars Physicæ, quæ de animatis est, sine hac haberi non potest.

Et post additur, qd est vtilis ad cognitionem naturæ, & pbat. Quia anima est principium animantium: quasi dicat, animantia, quæ præcipua natura mouetur: non alia forma, quam aia mouetur: & sic ipsa præcipua est naturæ pars.

Nota ex Philoppono, qd anima in triplici genere causæ dicitur principium animatorum. Est enim formalis causa esse, & substantiæ ipsorum, cum sit forma: est effectiua motum, & est finalis

Textus expositio.

Nota. Anima est principium animato-

in triplici genere organorum & instrumentorum, in animam enim, vt in finem, organizatio corporis tota ordinata est: vt docet Arist. i. de Partibus. cap. 5.

Quæ primus autem contemplaria Text. III.

De quibus rebus sit actus Arist. de act. natura, & eius passionibus.

Textus expò. Nota literam dicit, qd querimus contemplari & cognoscere naturam, & substantiam animam, per contemplari, Philopponus intelligit in cōmuni, & inconfuse cognoscere, quod S. Thom. vocat, per effectus, & signa, cognoscere: at per cognoscere intelligit distinctè cognoscere, & scire: vtraq; enim animæ cognitio traditur per substantiam animam, intelligo animæ entitatem ipsam per naturam, quid est, vt sit sensus: Intendimus scire ipsam, & quid est ipsus: cognitio substantiæ respondet cognitioni confuse, cognitio naturæ cognitioni distinctæ & scientiæ.

Dubiū qd per proprias & communes passiones animæ intelligendum sit.

Prima Auer. solut.

Reijciatur prima Auerro. solut.

Quæuis ista expositio, quantum ad doctrinam ex parte sit vera, in ad mentem Aristot. nihil minus facere vide-

tur: qd Aristoteles non vocat passiones proprias, nisi quæ animæ soli insunt, nec communes, nisi quæ animæ, & corpori, simul ab anima tamè proueniunt, vt ipsa litera manifestat.

Est autem altera expositio, quæ sequitur Albertus, & S. Thom. & alij: & idem quoq; Auerro. In cuius gratiam, nota, quòd potentia animæ sunt in duplici differentiâ. Quædam subieciuntur non in sola anima, vt intellectus, vt à principio, procedant, sed in toto cōposito, quales sunt potentia sensitiva, & vegetatiua omnes. hæc enim in cōiuncta parte ex materia, & forma insunt. Quædam in sola subieciuntur anima, vt intellectus, voluntas, ac memoria. Cum autem operationes sequantur potentias, sit etiam, vt ipse se habeant similiter dupliciter. Quædam sunt in cōiuncta, vt videre, audire, & reliquæ quorum potentia sunt in cōiuncta, quædam in sola ipsa anima, vt intelligere, & velle.

Nota tamen vterius, qd quantus intelligere sit in sola anima, tamen pendet à corpore, non sicut sentire, sed quia ab his, quæ sunt in corpore, & sensu, sumit species, quibus debet intelligere. Sensus autem pendet à corpore, vt dixi, tanquã à cōcausa: nam sensus in cōiuncto est. Philosophi itaque explicantes has dependentias, dicit, quòd sensus p̄det à corpore, vt à subiecto, intellectus verò, vt ab obiecto.

Hoc supposito, dicit hi doctores, qd propria passio vocatur, quæ soli animæ inheret, communis verò, quæ cōiuncta ex anima, & corpore intelligere: ergo, est proprius, reliqua, scilicet, sentire, & vegetari, communia sunt.

Hæc expositio est conueniens textui: sed in vno non placet mihi, quia intelligere pendens à corpore vocat proprium: quod tamè est expressè cōtra Aristot. inferius text. 2. vbi dicit, qd si intelligere est imaginatio, id est, pendet à corpore, vt à subiecto, sicut

Secunda Albert. solutio. Nota. 1.

Nota. 2.

Solutio dubij.

Reijciatur ratio huius solutionis.

sensus, vel nō est sine imaginatione, id est, pendet, vt ab objecto, quōd illud non est sine corpore, id est, nō est proprium, quāris sit simile proprio. Ideo dico, quōd in isto textu nō dixit quādam passionē esse proprias, sed videri proprias.

fit necessaria, & que pro anima ipsa. Hanc difficultatem dicit nō solum esse pro scientia de anima, sed etiam est communis in cognitione cuiusque rei, scire inquam, methodum indagādi definitionem illius.

Nota. 1.

Alterā Quapropter dico cum Simplicio, q̄ secundū Aristotelem, intelligere, est proprium, non illud, quōd a phantasia pendet, sed illud, quōd nullo modo p̄det a sensu, quale est intelligere contēplatiuum, de quo supra diximus. Et nota hic Simplicium fatentur tale intelligere secundū Aristotelem.

Hic aduertendum est, q̄ cum Aristoteles dicit, esse demonstrationem pro omnibus passionibus significatis, quōd methodus, demonstratio est ad passiones indagandas in quacūq; re. Est enim demonstratio commune instrumentum, q̄ applicatur cuiq; rei ad ostendendas passiones. Nec intelligas cum Paulo Veneto, vnica demonstratione numero, & vnico medio omnes rei passiones demonstrari, scilicet per definitionem subiecti, seu per passionem primam; talis enim sensus est longe alienus ab Aristotele.

Nota. 2.

De difficultate scientiæ tertio loco proponit, in quo attentos facit. Difficultas autem in his duobus consistit, in quibus scientia hæc versatur, puta, circa animæ substantiam, circa ipsius passiones: ob id dicitur, q̄ omniūq; est difficilis scientia de anima.

Aduerte vterius, quōd nulla est methodus ad ostendendam definitionem definiti, scilicet, qua verē ostendatur esse definitionem a priori, vt dicitur, 2. Poster. est tamen methodus ipsam cōponendi, construendi, scilicet compositionis, & diuisionis, vt illic dictum est.

Questioes diffi- ciles de actiōe passionibus Hanc difficultatem manifestat proponendo quæstiones difficiles, ex quarum resolutione pendet scientia de anima. Hæc autem quæstiones sunt in duplioi differentiā. Quædam ex parte substantiæ: quædam ex parte passionū animæ: Quædam autem sunt ex parte substantiæ: quædam sunt ex parte modi indagādi naturam, ac substantiam animæ: quædā ex parte ipsius nature, scilicet, generis, & differentiarum ipsius.

si autem non est vna quædam. Text. 1.

Continuus est textus hic cum præcedenti, & ibi simul est expositus. Dicit enim, quōd si non est vna certa methodus pro indagandis omnium definitionibus, sed variē pro varijs rebus: tunc maior erit difficultas: quia non solum oportebit cognoscere methodum pro se, sed distinguere ipsam ab alijs methodis.

Progre- ditur in ipsa explicatio- ne diffi- cultatis in inueniēdi- bus, ac p̄uanti- pijs.

Statin conuertit se ad difficultates ex parte nature. Dicit, quōd etiam inuenta methodo, adhuc errare contingit in materia: nam diuersæ res, vt nutrirī, & continua, diuersa principia habent, similiter & alia, ob id difficile est, cuiusque rei inuenire propria genera, & differentias.

Primum autem fortassis necessarium

Text. VI.

Hic

Secūda difficultas ex genere ipsius anime, q̄ sit duplex expositio text. Hæc expositio non mihi placet, non enim in his libris vnquam per actum, spiritualement substantiam, per potentiam, corpus intellegit Aristot. nec talem quæstionem soluit.

icam intelligit: & tunc sensus est, an anima sit substantia spiritualis, an corpus?

Reijci- tur pri- exposit.

Aduerte autem illud verbum, Fortassis, quod variē exponitur. Albertus Magnus, dicit, ob id dici, quia anima non habet genus; cum sit indirecte in predicamento. Aegid. verō dicit, ob id dici, quia anima non habet propriam definitionem, sed definitur per additamentum, scilicet per corpus: sicut etiā accidens definitur per additamentum, scilicet per subiectum. Dicitur autem definitio per additamentum, cum definitur res per aliquid sibi extrinsecū, quod non est pars essentię ipsius, licet ab eo essentialiter pendat.

Alij dicunt, quod quæque res dicitur dupliciter. Vno modo in actu, altero modo in potentia. In actū dicitur, cum habet esse in se extra suas causas, vt, homo, rosa, ignis, postquam producta sunt. In potentia verō, cum nondū in se habent esse, sed in suis causis: vt rosa, quæ nondū producta est, sed causam habet, quæ possit producere, dicitur esse in potentia. Dicunt igitur hæc esse Aristotelis sensum, An anima sit actu vel potentia.

2. Exp. 6.

Reijci- tur vtra- que ex- positio. Vtraque expositio non videtur ad sententiam Aristot. quantum doctrina vera sit. Illud tamen Alberti non est omnino verum: nā anima genus habet, quāuis non in recta linea substantię: forma enim substantialis genus est ipsius, & anima genus est ad sensitiuam, & vegetatiuam.

Hæc expositio est longius distans a sensu Aristotelis, nam dubitare illud, est dubitare, an anima existat, nec ne, at hoc non dubitat, quia notum est animam esse, & talis quæstio non est difficilis, sed supposita, quōd sit, dubiū esset: an sit actus, vel potentia?

Reijci- tur. 2. Exp. 6.

Tertia expositio nouerior. Dico igitur, quōd sensus Aristotelis, iste videtur esse, cum dixisset, difficultates esse ex parte methodi, adhuc post methodum etiā ex parte rei, dicit q̄ fortasse ista methodus nō est sine diuisione, id est, ad definitionem indagādam fortasse opus est diuidere genera: & sic ex diuisione facta sumit difficultatem. Dicit autem, Fortasse, non q̄ dubitet opus esse diuisionis: sed q̄ id nō probat, sed ex Logica supponit.

Dico igitur cum Simplicio, qui videtur optime intellexisse hunc locū, qui quidem per actum intelligit formam, per potentiam materiam: & sensus est, an anima sit talis substantia, qualis est forma, vel ea, quæ est materia? Et ego confirmo expositionem hanc ex locis, vbi soluitur ab Aristot. puta 2. de Anima, text. 2. & text. 25, vbi dicit, ipsam animam esse formam, non materiam, ac prætereā esse actum, & non potētiam. Et expositio hæc est notanda, ac ideō dicit Aristot. non parū differre actum, & potentiam, differunt enim, vt materia, & forma.

3. Exp. 6. verior Simpli.

Adhuc autem, vtrum eorum quæ in potentia. Tertia difficultas sc̄ntiæ de anima.

Considerandum autem, et si partibus.

Prima expositio. Hæc quæstio variē exponitur. Philo- sopho, per actum, substantiam spiritua- lem, per potentiam, substantiam corpo-

Quarta proponitur difficultas, quæ variē exponitur, nā veritas rei variū parit sensum verborum. Aduerte igitur, quōd anima quadrupliciter

difficul- tas sciē- tiæ de a-

B 5 diu;

Nota anima quadrupliciter diuiditur. Primo, in partes definitionis, ex quibus ipsius constat natura. Secundo, in potentias suas: diuiditur enim subiectum, in potentias suas.

Tertio, diuidi potest in partes materiales, scilicet quantitativas, quas habet, quia est forma materiae quantae. Quarto, potest diuidi in species suas, quae dicuntur partes potentiales.

Textus multiplex expositio. 1. Exp. 6. Reijciatur. 1. Exp. 6. 2. Exp. 6. Philop. 3. Exp. 6. eiusdem. 4. Exp. 6. Auerro. 5. Exp. 6. omnium optimus Simplificatus.

Ex his patet, quod questio omnibus his modis vere potest intelligi, quis tamen sit ad mentem Aristotelis, in praesenti variae est expositio. S. Thom. intelligit de potentia, ut sit sensus: an anima sit substantia simplex, an composita?

Sed ista expositio non videtur conueniens, quia si loquitur de compositione physici ex materia & forma: superior questio fuit de hoc, dum dixit, an actus, vel potentia: si vero de compositione generis, & differentiae, tunc questio est metaphysica.

Alteram expositio est, & haec est Philoponi, quod loquatur de diuisione in potentias, ut sit sensus: an anima habeat plures potentias, vel non?

Tertia est eiusdem Philoponi, quod loquatur de diuisione in species, vel in partes inferiores: & tunc est sensus: an anima sit vna numero in omnibus animatis? an plures? ita ut singulae in singulis? & haec expositionem ipse magis approbat.

Quarta est expositio Auerro. quod loquatur de pluralitate in vnicō animato: ut sit sensus: an vna sit tantum anima in animato? V. g. in hominē vno, an plures, ita ut sint diuise secundum partes diuinas corporis, ut posuit Plato, qui dixit animam rationalem esse in cerebro, sensitiuam in corde, vegetatiuam in fecore.

Quinta expositio, quae mihi magis placet, est simplicis. & Caietan. Thie. quod sit sermo de partibus quantitatis in materia, ut sit sensus: an anima sit extensa, & diuisibilis ad diuisionem materiae? an indiuisibilis, ita, ut li-

cet in materia sit, non tamen ad materiam extēsiōnem diuisibilis est, quia est tota in qualibet parte, sicut de anima rationali, & secundum multos, de anima perfectorum animalium? Haec expositio videtur multum commoda sensui & verbis Aristotelis.

Et verum sit similis speciei omnis animae.

Quinta difficultas est, in qua, supposito tanquam noto, plures esse animas, petitur, an sint eiusdem speciei, an non? quod si non sunt eiusdem speciei, oēs est sexta difficultas, an differant specie tantū, an potius genere?

In quo apparet antiquorum negligentiam, qui non de alia anima locuti sunt, quā de humana, cum tamen aliae sint genere diuersae, at ipsi nec hoc inquisuerunt, nec dubitarunt, idcirco in praesenti hoc dubitatur: nam secundum horum sententiam, non alia anima videtur esse, quam hominis.

Cauendum autem est, ut non lateat.

Text. VIII.

Sextima difficultas est, quam scire maxime curare debemus: an definitio animae sit vna genere sicut est de finitio animalis: an non sic, sed quod per se animam definire oporteat, & sic definitio specifica, ut si definiretur homo per se, leo per se, capra per se?

Sensus est, an omnes animae sic conueniant sub hoc nomine, Anima, ut vnica possint definirī definitione, an non, id est, an sint vniuocae anima vel æquiuocae?

At quia dixerat animal definirī, ne quis intelligeret ipsum ponere animal separatum vniuersale, ut Plato posuit ideam, subdit, non sic esse vniuersale nā huiusmodi vniuersalia, non sunt separata: aut si sunt, posterius sunt, id est per abstractionem intellectus ab ipsis particularibus, & hic est sensus horum verborum: Vniuersale aut nihil est, aut posterius est, idem dicitur de quocunq; comuni praedicato, non enim

5. & 6. difficultas scientiae de anima.

7. Difficultas scientiae de anima.

Text. expositio,

Præocupatio obiectio nis.

Nota.

Alteram expositio textus.

No. duobus modis generis considerari potest.

enim est separatum nisi per opus intellectus: atque haec est huius loci expositio communis, & bona. Aliqui solent hic de vniuersalibus agere: nos tamen in Porphyrium de eis diximus aliqua, & lib. 7. Metaphy. dicemus latius.

Posset horum verborum alia expositio dari, ut sit sensus: An definitio animae sit danda in genere, vel ut cuiusdam vniuersalis, an in particulari, & singulari? Reddit autem ratione, quae videtur probare, quod potius sit danda ipsarum specierum particularium, quia vniuersalium, & generum definitio aut nihil est, id est, non est alia, quā specierum, aut si aliquid diuersitatis habet, est post definitiones particularium.

In cuius declarationem aduerte, quod animal, & quodcumq; aliud genus dupliciter potest considerari. Vno modo secundum illum gradum naturae, quae dicit: ut animal secundum naturam sensitiuam praescindendo differentias specificas: & sic prius definitur, quam homo, & est pars quidditatis ipsius hominis & equi, & aliorum. Definitur autem prius, quia ponitur in definitione hominis, & est prior natura talis gradus, & simplicior est, nam species addit differentiam. Nec hoc modo dicitur vniuersale actu in praedicando, seu actu praedicabile.

Altero modo potest considerari, ut quoddam commune praedicatum continens in vniuersali, & confuso, oēs species, & ipsarum differentias, & sic dicitur vniuersale in praedicando, & hoc modo est genus logicum, & sic non definitur, nisi post species, aut simul cum eis: quia non est aliud, quā oēs simul species in confuso sumptae, aut certe per earum coparationem vel ab eis abstractum.

Hoc modo Arist. dixit. 1. Poster. difficilius est definire genus, & hic dicit de finitionem ipsius esse post definitionem specierum, aut non esse aliud, quā illarum definitiones simul sumptas, id

est, omnium differentiarum aggregatio nem sub genere superiori. hanc generis distinctionem tangit. Aegidius, & bene hic locus potest sic commode etiam exponi, & vtraque expositio est bona. Amplius autem si non minus.

Text. IX.

Octaua difficultas proponitur, si in vnoquoq; non sit nisi vna anima secundum substantiam, tamen ipsius multae sint potentiae: queri potest, an prius sit tractata de substantia animae, postea potentiae, vel contra?

Vel nona difficultas est ipsarum potentiarum, quae iuxta Aueroem & Philoponum hunc facit sensum, quae a quibus potentijs distinguantur, nunquid sensus ab imaginatione, vel imaginatio ab intellectu, & nutritiua ab augmentatiua: & sic de alijs?

At mihi videtur alius posse esse sensus, ut non de distinctione, sed de separatione fiat sermo secundum diuersa subiecta. V. g. quae potentiae possunt in aliquo esse subiecto ab alijs, an vegetatiuae absq; sensituijs, & haec absq; intellectu, vel contra: & hoc consonat literae.

Et verum partes potest querere.

Text. X.

Decima difficultas est, an in inquisitione ipsarum potentiarum sit incipiendum ab ipsis potentijs, an ab ipsarum operationibus.

Vndecima est, an in ipsis adhuc operationibus sit incipiendum ab eis, vel ab earum obiectis, quae vocat opposita?

Quatuor enim sunt consideranda: Substantia animae ipsius, potentiae, earum operationes: operationum subiecta: & de ordine inter ista doctrinae, sunt huiusmodi quaestiones.

Videtur autem non solum ipsum quid est.

Text. XI.

Difficile est textum hunc cum antecedentibus continuare S. Th. ita continuat, ut postquam proposita sunt difficultates ex parte modorum rigandi

8. Difficultas scientiae de anima.

9. Difficultas. 1. Exp. 6.

2. Exp. 6.

11. Difficultas.

11. Difficultas.

No. quae sunt consideranda in scientia de anima.

Text. 66. Continuatio Prima.

figandi definitionem animæ, & ex parte substantiæ ipsius, nunc velit proponere difficultatem ex parte passionum, ac dicit eas esse difficiles, quia indigemus cognoscere, quid rei ad ipsas demonstrandas.

Hæc expositio est probabilis, sed non videtur literè convenire multum: non enim passionibus animæ, sunt ex his, quæ pendent ex quid rei, ita per ipsas indagamus, quid sit anima, tanquam per nota nobis.

Aliter exponit Aver. & Caiet. Thie. utrum superius dubitaret, an ab anima, an ab ipsius operationibus incipere dum esset, quæ sunt ipsius accidentia, & effectus, reddat nunc rationem dubij, scilicet quod aliquando substantia est notior accidentibus, aliquando contra. Idem dubium est, quomodo in presenti ista se habeant? Hæc est etiam probabilis expositio, & conveniens: sed mihi placet alia, quæ est Philoponi, & Simplicij, ut velit aliquam viam indagandi definitionem dare, quod superius dubitaret, & via hæc est ab accidentibus ipsius animæ. Idcirco proponit, quod non solum per quid est, cognoscitur passionibus, & harum esse, ut in mathematicis fieri solet: per definitionem enim lineæ, & recti & aliorum, cognoscimus triangulum habere angulos æquales rectis duobus: sed etiam per accidentia, ipsum quid est, cognoscimus, ac ad ipsum investigandum multum conducunt: & hoc in Physicis solet euenire.

3. Verior. Quia via sit indaganda animæ definitio.

Cum enim habemus, reddere secundum imaginationem.

Quomodo accidentia conducant ad quid est, & cetera.

Vo, quæ dixerat, ostendit. Primum, quod accidentia conducant ad quid est. Hoc declarat, & velut quadam experientia probat, dicit, quod cum claram cognitionem sensitivam, quam vocat imaginationem, habemus accidentium rei, aut omnium, aut plurimorum, tunc facile possumus percipere quod est illius rei. Probat iterum hoc, in quo

simul probat alterum, quod dixerat, id est, per quid rei cognosci accidentia: quia quid rei, & definitio, est principium in omni demonstratione à priori ob id optime per ipsam cognoscuntur accidentia ut per causam: & similiter per accidentia inuestigatur ipsa, ut per effectus.

Ex quo infertur vnum, quod definitio, per quam accidentia non cognoscuntur statim aut facili labore, illa talis sit vana, & dialectica.

Dices: Quare definitio, dialectica, & vana dicitur? Omnis aliorum expositionibus, dico duo. Primum, quod per dialecticam definitionem, potest intelligi illa quæ inter disputantes, gratia disputationi supponitur, non quod illa verè sit, sed tantum ex suppositione: ob id vana vocatur.

Dico etiam secundò, & melius, quod est duplex Dialecticus. Alter qui formam dat sciendi, ut qui de syllogismo de demonstratione, de propositione, de alijsque huiusmodi tractat: & talis nullam rem considerat, sed omnia considerandi dat methodum.

Alter est, qui versatur in materia probabili, qui Topicus dicitur, & per probabilia circa omnia versatur: & latè declarauimus. Post in prologo. Hic definit res per communia accidentia, & quæ omnibus ad sensum parent. Vocat enim hominem, animal manuetum, erecta facie, &c. & talis definitio hic dicitur Dialectica & vana: quia rei naturam non explicat, nec per ipsam passionem rei occurrat queunt percipi.

An accidentia faciant ad cognitionem substantiæ? Quest. VI.

Multa facilem, ac difficilè habent cognitionem, lumen enim, colorem, tempus, ac motum esse, cognoscere facile est: quid autem horum sit vnum quod quæ, difficile. Hoc in presenti dubio quænit. Per accidentia enim, & effectus

Not. quæ sit bona definitio, quæ non

Cur definitio dicatur vana, & dialectica.

1. 2.

cognosci substantiam, omnes fatentur & experiuntur: at quomodo accidentium cognitio, substantiæ cognitione inducat, id est valde difficile determinare.

1. Argu. ad partem negatiuam

Vt autem hoc examinetur, sit primum argumentum contra id, quod hoc textu dicit Aristot. Si accidentia faciunt substantiæ cognitione, & contra, substantia ipsorum accidentium, iam profectò erit circulus in cognitionibus, qui nullo modo esse potest.

2. Argu.

Præterea secundò: nullum posterius cognitione notificat prius: sed accedens est posterius cognitione substantiæ: ergo non potest notificare substantiam. Minor patet ex Aristotele. 7. Metaph. tex. 4. vbi dicit, substantiæ esse priorem accidenti, cognitione.

3. Argu.

Præterea tertio: si accidentia faciunt ad cognitionem substantiæ, tunc vel loquimur de cognitione, quid est accidentiū, vel de cognitione, si est. Non de cognitione, quid: nam sic accidentia pendent à substantiæ cognitione, quæ in ipsorum ponuntur definitione. Nec de alia cognitione, quia experimur multorum accidentia cognosci in esse, & talium substantias, & materias ignoramus.

4. Argu.

Præterea quartò magis distat intellectus à sensu, quàm sensus, à sensu: sed cognitio vnius sensus putà, visus nihil, facit ad auditione: ergo nec ad intellectum, non igitur cognitio accidentium, quæ sit sensu, facit ad cognitionem substantiæ, quæ sit intellectu.

5. Argu.

Præterea quinto: quia magis distat accedens à substantia, quàm substantia à substantia: sed cognitio vnius substantiæ, putà, lapidis, nihil facit ad cognitionem alterius, putà, equi: ergo nec cognitio accidentis ad cognitionem substantiæ.

6. Argu.

Præterea sexto: quia imperfectius non producit perfectius: ergo nec cognitio, & species accidentis, facient cognitionem, & speciem substantiæ. Hæc

sunt argumenta at partem negatiuam. Circa questionem duplex est difficultas. Altera, quæ accidentia faciunt ad cognitionem substantiæ, altera, quomodo accidentia faciunt ad cognitionem substantiæ.

Circa primam est duplex opinio, Prior Tignosij super tex. 11. & Apollina. q. 7. & aliorum quorundam, tam propria, quam communia facere ad cognitionem substantiæ rei.

1. Opinio. Posterior est Philoponi, & aliorum communis, quod sola propria, & de his Aristotelem locutum esse dicunt.

Præcipua difficultas est illa secunda circa modum, in qua multæ existunt Philosophorum sententiæ. Prima est Tignosij loco allegato, qui dicit, accidentia, cum sint effectus substantiæ, esse quandam tenuem similitudinem substantiæ: Intellectus autem recipiens huiusmodi accidentium species, & ipsa cognoscens prius, statim format, & dicit conceptum substantiæ, eo modo quo Aestimatiua bruti, ex specie lupi sensati, statim elicit cognitionem immiticij non sensati. Ita se habet Intellectus in formanda cognitione substantiæ. Et aduerte, quod loquimur de cognitione simplici, per quam simplici conceptu res cognoscitur, & in prima intellectu operatione. Hæc est sententia prima.

2. Opinio. Altera est Ianduni, q. 10. qui ferè idè dicit, tamen alia via. Notat enim vnum, quod intellectus noster, quantum ad ea, quæ intelligit ex se, est sicut in materia prima, respectu formarum naturalium. Materia enim prima ex se non habet vllam formam, sed est in pura potetia, & disponitur prorsus per accidentia ad recipiendam formam substantialem, ita Intellectus ex se nullam habet rei alicuius cognitionem, disponitur tamen per cognitionem accidentium ad substantiæ cognitionem. Dicit autem, quod accidentium species in intellectu, virtute luminis intel-

Duplex in hac questione difficultas.

Opiniones circa primam difficultatem.

2. Opinio.

Opiniones circa secundam difficultatem.

1. Opinio.

Nota.

2. Opinio.

Questio nis difficultas.

Intellectus agentis, ducit in substantię cognitionē: & in hoc videtur differre hęc opinio à priori, vtraq; tamen conuenit, quod intellectus percipiat prius accidentia, quàm substantiam.

3. Opin. Tertia sententia est Apollinaris, q. 7. quę dicit, quod intellectus prius percipit simul accidens cum substantia, id est, totum concretum, vt album, calidum, dulce, & reliqua, sicut sensu percepta sunt, in vniuersali tamē: postea verò discursu, & ratione separat substantiam ab accidenti, & format vtrūque conceptū: nō autem statim fit substantię conceptus, vt illi putant, sed antecedenti discursu. & hęc opinio magis postea à nobis declarabitur, in conclusionibus.

4. Opin. Quarta sententia est quorundam Thomistarum, inter quos est Sonzi. 7. Metaph. q. 14. qui putant intellectum primò cognoscere substantiam, hoc modo, quod sensibilem speciem recipiuntur in phantasia, ac ipsa singularia sensibilia representant, ac in his sensibilibus accidentiū speciebus virtute intellectus agentis abstrahitur species substantię, per quam intellectus intelligit substantiam.

5. Opin. Vltima sententia est aliorum, quorū meminit Caiet. The. quod Cogitatio hominis, quę est quędam virtus sensitua cognoscitiua singularium positionum, distinguit singulare substantię à singulari accidentis, & vtraq; cognoscit. Singulare autem substantię distinctum in cogitatiua imprimis speciem sui in intellectu vniuersalem, ac cognitionem facit substantię in intellectu. Hęc sunt opiniones Philosophorum in hac quęstione. 1.

Primum fundamentum, quod duplex est sensus horum verborum: Accidentium cognitio facit ad substantię cognitionem. Alter est, vt per substantiam intelligamus ipsam prædicamentum substantię: & id, quod distinguitur, est accidens

Et erit sensus, quod per cognitionem accidentis venimus in conceptum substantię substantię.

Alter est, vt per substantiam intelligamus naturam cuiusq; quę per definitionem explicatur, vt sit, sensus: Per passionem, & effectus rei innescitur quid est, & definitio ipsius.

Aduertendum maximè, quod iste posterior sensus est, quem Aristoteles intendit, vt est communis omnium interpretatio, & præsertim Simplicij, qui illud verbum, Substantia, dicit communiter sumi, pro quacunq; natura: at alij, mouentes de his quęstiones, sumptērunt in priori sensu, sed (pace illorum dixerimus) longè ab Arist. deuiarunt; at nos & Arist. & ipsorum gratia vtrunq; determinabimus.

Sit secundum fundamentum: quod conceptus substantię ipsius, iuxta priorem sententiam, est duplex. Alter absolutus: alter connotatiuus. Absolutus est, quo intelligitur substantia pura, & secundum se, absq; respectu ad accidens aliquod. At connotatiuus est, quo intelligitur substantia cum ordine ad accidens vel effectum. V.g. intelligere hominem secundum solam substantiam tantum, est absolutus conceptus: at intelligere substantiam sub hoc, quod est principium discurrendi, est conceptus connotatiuus. Loquor autem de conceptu simplici, qui est in apprehensione.

Iterum: conceptus talis simplex, aut est proprius, aut communis, proprius, quo conceptu illi soli conuenienti rem intelligimus, vt, cognoscere hominē sub conceptu hominis. Communis est conceptus superior, respectu inferioris, vt cognoscere hominem in conceptu animalis, vel substantię in superiori enim virtualiter includitur inferior.

Sit tertium fundamentum: quod intellectus, seu potentia nostra intellectiua; potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se solam: & sic habet prædicto, obiecto, ens quodcumque, etiam

accidētiū cognitione iudicatur ad cognitionem substantię. Primus. Secundus.

2. fundā. Duplex substantię conceptus.

3. fundā. Intellectus potest dupliciter considerari.

immateriale. Altero modo secundum modum suum intellectiōis, putā quod à phantasia re sensibili pendet; à quo intelligēdi speciem abstrahit: & sic pro obiecto, habet ens sensibile: quia nihil intelligit ratione huiusmodi, nisi quod aliqua via ordinem habeat ad sensum etiam immaterialiā sub ordine ad sensibilia percipit.

2. Cōcl. His suppositis, sit prima conclusio: Primus conceptus, via originis simplex Intellectus nostri substantialis est, sed nec propriè est substantię, nec accidentis.

Hęc conclusio declaratur. Aduerte enim, quod in re substantia non est separata ab accidenti, nec econtrā: sed simul sunt per modum vnius. nō enim separantur nisi in cognitione vnius absque altero: totū hoc ex substantia, & accidēti sensibus obijcitur. Non enim visus videt albedinem, sed album: nec tangimus calorem, sed calidum, & sic etiam totum hoc in singulari phantasia representat. Sicut igitur in sensu recipitur & cognoscitur totum simul, absq; abstractione accidentis à substantia: ita etiam percipitur in intellectu, sed in vniuersali, in sensu autem, in singulari. V.g. sensus videt hoc album illud, & istud album, totum simul, intellectus primò conceptū format albi in communi, etiam coniuncti, & hoc est quod dicit conclusio, quod talis conceptus non est distinctus substantię, nec accidentis, tamen quia tale ens se habet per modum substantię, quia est per se subsistens, & talis modus substantię est notus, ob id conceptus dicitur substantialis, quia per modum substantię percipitur.

Quemadmodum igitur, quod obijcitur sensui fuit notū: ita species receptam in sensu, totū illud representat, & species Intellectus à phantasia abstracta totū representat in vniuersali. Et ista est conclusionis declaratio: & (puto) hoc voluit Apollinaris dicere.

Conclusio autem probatur ex ipsa declaratione, quia cum intellectus incipiat à sensu, & hic totum simul percipiat, Intellectus & totum percipit. Et probo argumento forti: quia intellectus circa phantasmata versatur, primò abstrahendo vniuersali abstractione: ergo totum debet prius cognoscere in vniuersali, quod sensus in singulari, & naturā substantię perse intelligere & apprehendere. Est alia abstractio distincta ab vniuersali, quæ nō fit per Intellectū, agente circa phantasmata.

Et hoc argumentū concedit, meo iudicio, contra omnes dicentes, accidēs per se, aut substantiā per se, prius intelligi, cum sensus totū simul cognoscat, & prima operatio Intellectus sit tantum, in vniuersali intelligere, quod sensus in singulari, vel ipsi met singulari, vt multi dicunt, vt post dicitur.

Secunda conclusio. Conceptus distinctus substantię ab accidenti vel econtrā, nō nisi discursu & ratiocinatione præcedente haberi potest. Explicatur hoc, vt substantiā tanquā distinctū ens ab accidēti vel econtrā apprehendatur: opus est discursu intellectus, supposito conceptu illo priori totius cōiuncti: sit. n. hoc modo totius cōiuncto ex substantia, & accidēti prius indistinctè percepto intellectus aliorū cognitione informatiua, ac in vna re vnū recedere, alterū manere percipit, vni immanētī aliud succedere, aliqua semper alijs aduenire, nunquam per se esse, ex his discurret, ac distinguit, ac vnum alterius rationis ab altero percipit, & tūc substantiam apprehendit conceptu distincto, similiter & accidens.

Nec est ordo necessarius inter hos conceptus: potest enim vnū quod alterū prius apprehendere, & sic est ordo naturalis intellectiōis primę, quę quilibet potest in se experiri: ex quo fit, quod prius est coniunctū per modum substantię percipere, postea proprios conceptus diuidere.

2. Cōcl. Explicatur conclusio, & probatur.

3. Cōcl. Tertia conclusio. Facta iam diuisione conceptus vtriusq; semel, facillimè ex accidenti concipitur substantia; tamen eo modo, qui dictus est quannuis non sit opus iam discursu formali, cum præcesserit.

Nota. Quod autem dico de substantia in communi, dico etiam de substantijs diuersis particularibus, secundum accidentia particularia. nam per discursum ex accidentibus diuersis, non solum separamus substantiam ab accidenti, sed substantiam à substantia: vt per primū discursum, motum ab animali separamus, & alio discursu, animal esse distinctam substantiam ab alijs apprehendimus, quia alijs motum talem non inesse comperimus.

4. Cōcl. Quarta conclusio. Intellectus noster in corpore nullum habet conceptum absolutum substantiæ, sed omnes sunt connotatiui. Hæc conclusio est probabilis, licet multi contrariā sentiant. Sensusq; ipse est, quod nunquam conceptum habemus substantiæ distinctum, ita, vt non concipiatur sub ordine ad aliquod accidens sensatum, vel ad aliquem effectum, & passionem.

Probat. Hoc probatur. Primò, intellectus dependet in cognoscendo semper à phantasmate, dum est in corpore, ergo qui quid intelligit, quannuis sit à phantasmate, abstractum ad ipsum ordinem habebit, sicut effectus ad causam: ergo nulla est species ita pura substantiæ, quin ipsa ordo sit ad sensum aliquo modo, & sic erit conceptus connotatiuus.

Nota. Non dico, quod sit conceptus ille totalis, vt diximus in prima conclusione, sed est conceptus distinctus substantiæ, cum ordine tamen ad accidens.

Probat. Probatur secundò ab argumento forti: quia si substantiam posset per se concipere, posset vtiq; etiam distinctè cognoscere Angelos: quod secundum veritatem concedi non debet. Consequentia est certa; tantum distat substantia ista materialis secundum se à

phantasmate sensibili, sicut Intelligentia. Nam parum refert, quod habeat accidentia sensibilia. Nam angeli etiam effectus sensibiles habent. Præterea, quia cum accidens multum sit à natura substantiæ diuersum, non potest ex ipso species elici, quæ puram representent substantiam.

Præterea, probatur experientia, dicant enim qui intelligunt substantiā, quomodo ipsa concipiant? profectò non aliter animal concipimus, quam conceptu substantiæ se mouentis secundum locum, & hominem, quæ substantiæ habētis discurrendi principium, & alia omnia huiusmodi: vnde non est par ratio significationis nominis. Nam aliquando voces componuntur ad significandas res absolute, quas non sic concipimus. Verum est quod si nomina rectè sunt imposita, eorū significatio sumpta est ab accidentibus & proprietatibus, vt lapis à lædendo pedem, homo ab humo, ex qua factus est, & huiusmodi multa.

Contraria etiam sententia non caret probabilitate. Nam dici posset, quod intellectus potest rursus abstracte id, quod ordinatur ad accidens ab ipso ordine, & tunc relinqueretur conceptus absolutus illius rei ab ordine sic seiuncto.

Quinta conclusio. Per accidentia cognoscimus quid est rei, cum aliquo discursu, & accidentium ac passionū aliqua collatione, & natura ipsarum cognitione aliqua imperfecta.

V.g. voluit Aristoteles indagare, quid esset locus, sumpsit passionem ipsius, videlicet, esse æquale locato, continere, non esse locati partem, & alia: & aliqua collatione inter has facta, & aliquo modo natura ipsarum perfecta, conijcitur quid locus sit: nam est quædam proportio passionum, & rei nature, vt per ipsas lumine intellectus facile ad quid rei perueniatur, vt dicebat prima opinio.

Sexta

si. Cōcl.

Exemplo explicatur conclusio.

6. concl. Sexta conclusio. Accidētia propria solum condunt ad cognitionē quid rei particularium. Explico. Si, quid homo, vt homo, sit, inquirimus, tunc quæ ei, vt tali insunt, consideremus: si, vt animal, tunc, quæ insunt, vt animal est, si vtrumq; est, vtraque considerentur, & de proprijs loquitur Arist. in textu.

Nota. Aliquando quidem possunt communis, sed tunc habent rationem prioris, putà, cum singula communia sunt, tamen omnia simul iuncta proprium faciunt. Per hæc patet solutio argumentorum.

Ad primum. Ad primum respondet Philopo. in presenti, quod alię sunt passionem, per quas indagamus quid rei, alię, putà, occultæ, quas per quid ostendimus: vt per motum indagamus animę rationalis naturam, & per hanc probamus ipsius immortalitatem.

2. Dicit secundò, quod licet fiat eadem, non est circulus: quia primò cognoscimus passionem esse; post, cognoscimus quid, & propter quid sit.

3. Adde tu, quod etiā cognoscimus ipsam esse, sed certius, & vniuersalius, & necessario magis, quā antè, vt diximus sæpè.

Nota. Nota tamen, quod, quantum ad textum, argumētum sic solui debet, quod loquitur, in scientijs diuersis, & sic de diuersis passionibus diuersorum. Est enim sensus, quod in aliquibus rebus per quid cognoscimus passionem, in alijs, vt in Physicis, contrā.

Ad secundū Tandem. & Appollinaris, dicit, quod substantia est cognitione prior secundū perfectionē, quia perfectior est eius cognitio: sed non secundū tempus. Ista glossa nihil valet ad Arist. Dico igitur, quod loquitur de substantia quantum ad cognitionem illā, de qua diximus in prima conclusione, & ille conceptus prior est, vt illic explicuimus, & nota hanc expositionem.

Ad tertium. Ad tertium respondet, quod non est opus cognoscere perfectè quid est pas-

sionis, sed habere aliquam cognitionē imperfectā simul cum collatione aliarum passionum, vt diximus in quinta conclusione.

Ad quartum respondeo, quod, quāuis Intellectus magis sit diuersus à sensu, quā sensus à sensu, tamen sensus intellectus sunt potentie subordinatæ, pendet enim operatio intellectus à sensu, & ob talem subordinationem cognitio sensus conducit ad intellectum.

Ad quintum respondeo, quod accidens, & passio habet quandam proportionē cum sua causa, quæ est, quid rei, quam non habet vna substantia cum alia: ob id per accidentia talia cognoscere possumus quid rei & non per aliā substantiam. Similiter accidens habet aliqua, per quæ possumus distinguere substantiam, vt esse in alio, ac separari, & alia huiusmodi, quæ faciunt nos in conceptum substantiæ venire.

Ad sextum, quod imperfectum potest facere cognitionem perfectioris, a diuante aliquo perfecto, & sic per accidens cognoscimus naturam & substantiam, accedente lumine intellectus.

Adde etiam, quod phantasma accidentis, etiam substantiæ est, aliquo modo, vt enim diximus eorū simul representatur, & hinc eleuari potest intellectus ad cognoscendam substantiam, & quid, semper tamen cum ordine ad effectum, vel sensum, vt expositū est.

Dubitationem autem habent et passiones.

Text. XII.

Variè continuatur ab expositorijs hic textus. Themistius, & Philoponus dicunt, quod cum superius dixisset, per accidentia propriasque affectiones indagandam esse animę definitionē, nunc vult ostēdere difficultatē inquirēdi animę definitionē ostendendo difficile esse definire passiones ipsius. Quod autem hoc sit difficile, ostendit: quia difficile est cognoscere, an omnes animę passiones sint communes, an ali-

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum. Primò.

Text. eō continuatio prima Themist.

C

que propria: & in hoc^o enditur difficultas in definiendis passionibus. & communes per corpus defini debent, non autem propriae, vt dicimus inferius, quod si id cognoscere est difficile, scilicet quae propriae, quae communes, pariter difficile erit definire illas, & consequenter animam.

Reijci- tur prima. Hae expositio non mihi multum placet, quia fundatur in falso. Non enim opus est, passiones omnes definire ad animae definitionem: sat enim, vt diximus, aliqua imperfecta cognitio passionum.

3. Continuatio Auerr. Auerroes continuat sic, vt velit quaestiones duas viles, & desideratas nunc proponere, circa quas versatur animae immortalitas.

Reijci- tur Auerr. cōtinuat. At ista non est exacta continuatio, quia Aristoteles modò totus est positus in ostendenda huius scientiae difficultate. id eò dico cum S. Thom. quod cum difficile quaestiones proposuisset, & quae sumuntur ex parte modi definiendi animam, & ex parte ipsius animae: in hoc textu proponatur difficultas ex parte passionum animae, vt dictum est in textu 3. ita igitur est continuatio.

3 Verior D. Tho. de difficultate huius scientiae ex parte passionum animae. Tex. prima ex pō Auc. Quid autem in textu exequatur, varia est expositio etiam. Auerroes enim putat has duas proponi quaestiones circa virtutes & animae potentias. Prior est, an omnis operatio sit communis corpori? an aliqua animae operatio sit propria ipsi?

Per propriam operationem intelligit eam, quae non communicatur corpori, vt organo, & subiecto, siue pēdeat à corpore, vt obiecto, vel non: per communem intelligit eam, quae pendet à corpore, vt organo, vel subiecto, quod declarauimus text. 3.

Altera quaestio est: Si aliqua propria, an ita sit propria, vt non pēdeat ab existente in corpore, id est, à phantasmate, vel corpore, vt obiecto? an potius sit ita propria, vt pēdeat à corpore, vt obiecto? hanc duplicem quaestionem elicet ex ite-

ra. Cum enim dicitur, An sint communes: intelligit quae quaestionem, cum dicitur, E. habentis: intelligit posteriorem: vt sit sensus, an sit propria, ita tamen, vt sit alicuius existentis in corpore, id est, pēdeat à phantasmate in corpore existente? Ipse respondet ad quaestionem, quod potest esse propria vtroque modo: est enim intelligere quod pendet à phantasmate: & est aliud, quod non vt declarabit paulò post. Hec est mens Auerrois, quamuis obscurissime ab eo dicantur ista.

At haec expositio prorsus est extraneam Aristot. & deceptus est ex ignorantia verbi illius. Habentis significat enim totum compositum, & declaratiua distinctio antecedentis, vt sit sensus An passiones animae sint communes ipsi habenti, id est, composito & materiae simul cum forma, seu corpori cum anima, an aliqua sit propria ipsi animae? & ita vnica est quaestio, quam expositionem sequuntur reliqui expositores Graeci & Latini ferè.

Statim addit Aristoteles, quod haec quaestionem determinare, est necessarium, sed difficile: tamen: necessarium quidem, non, vt dicit Philoponus, ad definiendam animam: hoc enim supra reiecit, sed secundum Auerroem, necessarium est ad cognoscendam animae separationem, vt in sequenti textu declarabitur. Est etiam difficile, vt dicit Philoponus, quia hoc per sensum determinari nequit.

Sed haec etiam ex contextu patent. Probat enim esse difficile id determinare, postea ostendit id esse necessarium cognoscere. Est difficile ex apparenti experientia: nam affectus animae, & actiones quae operationes, & passiones videtur esse communes corpori, vt irasci, amare, sentire, & reliqua: haec enim omnia sunt cum corporis mutatione, ac passione. Vnicum restat intelligere an hoc si est imaginatio, id est, actus potentiae sensitivae, quae dicitur imaginatiua.

Reijci- tur Auerr. ca pō. Altera verior ex pō. communis.

natua, id est, non est sine imaginatione, id est, non exercetur, nisi existente imaginatione, adhuc non esset proprium, sed commune, vel ita, si pendet à corpore, vt organo, vel ita tem vt obiecto, non est proprium. Vbi nota, quod supra dixi in textu 3. propria dici passionem, quae neutro modo pēdet à corpore, quod magis dilucidatur in textu sequenti.

Nota. 1.

Nota. 2.

de necessitate, & vtilitate cognoscendarum passionum animae.

Nota. si aia habet operationem propriam, est separabilis à corpore si non habet, non ita.

Ex pō declaratur.

Dubi 1. qd intelligat Arist. per separabile & inseparabile.

Nota etiam cum Philopono, & alijs quod loquitur conditionaliter: non enim dicit, omne intelligere esse aut imaginationem, sed quod, si esset, non esset proprium.

Si igitur est aliqua animae operatio. Text. XIII.

Cum difficultatem determinandi quaestionem illam ostēdisset, nunc vtilitatem & necessitatem proponit: est enim necessaria ad cognitionem immortalitatis animae, quod explicat, docens duo. Alterum, si est aliqua propria operatio animae, ipsa est separabilis. Alterum, si nulla est propria operatio animae, ipsa non est separabilis à corpore, sed erit sic: res mathematicae, quae sic se habent, vt eis multa conueniant secundum se, quae tamen non exercent secundum se, nisi existentia in sensibilibus:

V. g. lineae rectae secundum se inest tangere sphaericū corpus in puncto, non tamen vtrumque tangit secundum se separata, nisi existens in corpore sensibili: similiter triangulo secundum se inest habere angulos & quales rectis, non tamen illos habet, nisi sit in aliquo sensibili subiecto. Ita multa inest animae secundum se, quae non exercentur in corpore, si nulla ei sit operatio propria.

Circa hoc occurrunt aliqua dubia, quorum primum est, quid intelligat Arist. per separabile & inseparabile a corpore? Acgidius, & Tignos. dicunt in presenti affectus vocari separabiles, & inseparabiles. Dicitur autē affectus separabilis, qui exercetur ab ani-

ma absq; corpore, inseparabilis verò, qui non exercetur, nisi per corpus, semper tñ anima existente in corpore.

Et tunc sensus est: Si est operatio, vel affectus animae proprius, ille erit separabilis, id est, exercetur sine corpore, quannis ab anima existente in corpore, si nullus est proprius, nullus exercetur absque corpore.

Haec expositio est contra communem Graecorum, Arabum, & Latinorum interpretationem, qui oēs intelligunt textum de separabilitate animae à corpore, vt sit sensus: Si affectio, vel operatio, est aliqua propria aie, potest per se, absq; corpore esse, sint minus, non potest.

Aliter enim secundum illorum expositionem esset petitio principij. Nam dicere: si est operatio animae propria, potest exerceri absque corpore: est dicere: Si est propria, est propria: imò clarius est consequens, & oportebat dicere: Si operatio est absq; corpore, illa est propria. Relinquatur igitur ista sententia, & sequamur communem.

Dicitur ergo haec Aristot. inuituntur huic veritati, quod nihil est, nisi aliquam exercent operationem, esse enim, est ad operandum: Vnde sumitur haec duo. Primum, quod si aliquid potest operari absq; aliquo, potest esse sine illo, & si non potest operari absque aliquo, nec potest esse. Qui enim se in operatione omni mutuo indigent, etiā in esse aliter enim aliquid esset absq; operatione, & frustra: quod esse non potest. Si igitur anima operatio potest inesse absque corpore, poterit & esse absque ipso: sin minus, non potest, seu dissoluetur separata à corpore.

Alterum dubium est: quae dicantur in presenti affectio seu operatio propria, quae verò communis? In cuius declarationem, prout ad praesens attinet aduertit, quod tripliciter potest vocari operatio communis, intellige de eo

minuitate animae & corporis. Primò dicitur operatio animae communis,

Reijci- tur. 1. sententia.

2. sententia. communis, & verior.

Dubi. 2. Quae dicatur affectio, seu operatio propria, & communis.

modus operati-
onis cum cor-
pore,

munis, quæ communicatur corpori, vt
instrumento, id est, illa operatio, quæ
sic est ab anima, vt recipiatur in orga-
no aliquo corporeo, & composito, vt
visio in oculo, auditio in aure, gulta-
tio in lingua, ira in corde. Iste opera-
tiones, communes sunt, quia & corpo-
ri & animæ insunt, sicut ipsarum po-
tentiarum, & hoc est dependere animam in
operatione à corpore, vt organo.

Altero modo dicitur communis, cū
non pendet quidem ab organo aliquo
quia per ipsum exercentur talis ope-
ratio: sed quia præsupponit operationem
factam per organum, vt cū intelligo
res materiales, non quidem per orga-
num intelligo, sed non possunt intelli-
gere, nisi illarum prius habeam in or-
gano corporeo similitudines & phan-
tasmatas, à quibus intellectus sumit spe-
cies, & intelligit, sicut visus à colore,
& hoc dicitur pendere à corpore, vt
obiecto, sicut dicit Tho. vel pendere à
corpore tãquam medio, vt dicit Paul.
Venet. vel communicari cum commu-
nicante corpore, vt dicit Albert. quæ
omnia idem sunt in re, & talis ope-
ratio est communis secundo modo.

3. modus. Tertiò dicitur communis, quando
sic conuenit toti, vt non solum alicui
organo insit, sed toti ipsi viuenti, vt nu-
trire, augere, mori, & alia: & hoc est
communicari corpori, vt subiecto, so-
lumquæ differt à primò, quòd illic ope-
ratio inerat vni parti corporis, hic ve-
ro toti. His igitur modis dicitur ope-
ratio aliqua animæ communis.

Primus
modus o-
peratio-
nis pro-
pria ani-
mæ.

Totidem autem dici potest propria.
Primò, illa est propria, quæ nõ exerce-
tur à corpore, vt instrumento, nec vt
subiecto, quãuis pèdeat vt ab obiecto.
Secundò, est propria, quæ nec ab ob-
iecto, nec alio modo pèdet à corpore.

2. modus.
3. modus

Tertiò, quæ licet sit pendens ab or-
gano, non tamen à subiecto toto: & sic
dicitur videre proprium oculo, quia
non inest alijs partibus.

Sensus

Cum igitur his modis propriam dica-

tur, dubium est, quomodo sumatur, cū
Aristo. dicit: Si non est propria ope-
ratio animæ, ipsa non est se parabilis?

S. Thom. & alij alij dicunt, quòd
sumitur, primò modo, vt illa sit pro-
pria, quæ saltem pendet ab obiecto, li-
cet non ab organo, & talis sufficit, vt
anima dicatur separabilis.

Hæc expositio est verissima doctri-
na: sicut enim animæ separabilitati,
vt talem operationem habeat: licet non
habeat secundam propriam, & bene
concedit Albert. sed nõ videtur mens
Aristo. Nã in præcedenti textu dixit,
quod si ab imaginatione pèdet, adhuc nõ
est propria, sed communis, nec potuit
in tam proximis verbis æquiuocare, &
iterum illam vocare propriam.

Dico igitur de mente Aristotelis,
quòd propria dicitur secundo modo,
quæ nullo modo pèdet à corpore, qua-
lis est intellectio, quæ ab anima habe-
tur ipsarum Intelligentiarum, quam
intellectionem confitetur hic Auer.
Albert. cap. 6. & Philop. ac Simpli-
c. quãuis differant. Nam Auer. tribuit
hanc intellectionem animæ, & intel-
lectui assistenti: erabat enim, putans
esse assistentem. Albertus verò ani-
mæ nostræ verè informanti.

Et dubitari non debet, hanc esse
mentem Aristot. nam si non cognos-
ceret aliam operationem propriam,
nisi dependentem à phantasmate, vt
que non posset ostendere animæ sepa-
rabilitatem: quia dependentia talis
impediret, quòd minus posset separata
operari, sicut, deficiente obiecto, non
potest esse actio. Loquitur igitur A-
ristoteles de operatione, quæ nullo
modo pendet à corpore, quãuis, secū-
dum veritatem, sufficiat illa altera,
vt probandum est in libr. 3. sed solum
secundum Aristotelem dicimus hoc.

Et nota, quòd hoc fuit argumentum
fallax Alexandri, quòd malè à qui-
busdam putatur insolubile in via A-
ristot. si anima nõ intelligit sine imagi-
natio

dubij p-
positi in
Arist.
Prima
sententia
vera qui-
dem, sed
non ad
mentem
Arist.

2. Sentē-
tia est ve-
ra & ad-
mentem
Aristot.

Proba-
tur hæc
sententia
in Arist.

natione, non potest esse sine corpore,
vt dicitur in præsentia: at. 3. de anima,
text: 39. nõ potest intelligere sine phā-
tasmate, concluditur: ergo non est se-
parabilis. Hoc autem argumentum nul-
lum est, vt docebimus (Deo dante) 3.
de anima nam & esse potest intellectio
aliqua sine imaginatione: & quãuis
initio vtatur phantasmate, tamen pro-
ductis speciebus intelligibilibus po-
tētia illas asseruat, & eis potest sine phā-
tasmate. Sed de his postea.

Dubi. 3.

Dubium tertium est. Videtur enim
Aristoteles argumentari de opposito
antecedentis, ad oppositum consequē-
tis: qui modus argumentandi vitiosus
est. Dicit enim: Si est operatio propria
anima est separabilis: si non est pro-
pria, non est separabilis: hoc est, ac si
diceret: Si est homo, est animal, si non
est homo, non est animal.

1. Sentē-
tia Pau-
Veneti.

Ad hoc varia est Philosophorum ex-
positio. Paulus Venetus existimat vi-
tio Impresorum, locum esse incorrec-
tum: debet enim aliter legi, vt fiat ab
opposito consequentis, sic: Sic est ope-
ratio propria animæ ipsa est separabi-
lis, si non est separabilis, nõ est propria
operatio ipsi.

Reijci-
tur pri-
ma sen-
tentia
Auerro.

In hoc non est audiendus Paul. Ve-
netus: nam literam istam receperunt
omnes, antiquissimi etiam interpre-
tes Græci Aristot. & præterea habent
optimum sensum, vt dicemus.

2. Sentē-
tia The-
mistij &
Auerro.

Aliter respondet Themistius & A-
uer. quòd in conditionalibus de con-
tingenti, valet ille modus arguēdi. Vo-
cantur conditionales de contingenti,
quæ sunt bonæ consequentiæ cum cō-
tingenti, & nõ aliter. v. g. si est animal cō-
tingit, vt sit homo: hæc est conditiona-
lis contingentiæ, quæ est bona conse-
quentia: at nisi esset contingens, non
esset bona: dicunt, quòd in his valet: vt
si est coloratum, contingit esse albū:
si non est coloratum, non cōtingit esse
album. Ita dicunt in præsentia esse mo-
dum arguēdi similem: nam Aristot.,

loquitur per verbum, Contingit.
Mihì non arridet ista expositio: quia
verbum, Contingit, in præsen- ti accipi-
tur pro inesse. Nec Aristoteles curat
modò huiusmodi consequentias de cō-
tingenti: imò, vt Philop. dicit contin-
gens sumitur hic pro necessario: nam
variè sumitur aliquando, vt dicitur. 1.
Priorum.

Alia est expositio Aegid. Apollinar.
& Caiet. Thien. quòd in terminis con-
uertibilibus valet similis arguēdi mo-
dus, vt notum est. Sunt autem huius-
modi termini conuertibiles, habere
propriam operationem, & esse separa-
bilem.

Hæc expositio melior videtur præ-
cedentibus: adhuc tamen non omnino
placet: nam iam esse mala forma argu-
mentationis, & solum esset bona secū-
dum materiam: non autem credi de-
bet, quòd in re ista Aristoteles tali mo-
do arguēdi materiali vteretur, præ-
sertim cū non constet illos esse ter-
minos conuertibiles.

Idcirco mihi placet expositio S. Tho-
Philoponi, & Simplicij, quòd hic nul-
lus fiat argumentandi modus, sed solum
proponatur duo canones, seu duæ ma-
ximæ, quarum altera sit: Si est propria
operatio animæ, ipsa est separabilis.
Altera: Si nulla est propria, non est se-
parabilis: nulla tamen sit argumenta-
tio, nec id opus est, vt patet.

Quartum dubium, est, circa priorem
maximam, quòd mouent Græci. Sim-
plic. & Philop. Oculus enim habet ope-
rationem propriam, non tñ est separa-
bilis à toto, vt separatus videat: simili-
ter etiam lingua, & alia huiusmodi.

Ad hoc respondet Philop. vt etiam
nos supra diximus, multipliciter dici-
tur proprium. Videre autem est prop-
rium oculo, tertio modo, vt distingui-
tur ab alijs partibus animalis, quibus
videre non inest, at non vt compara-
tur toti. Oculus etiam toti continuus,
& ob ependens, habet videre, prop-

Reijci-
tur sen-
tentia
Auerro.

1. Sentē-
tia Aegidij &c.

Reijci-
tur. 2.
sententia

4. Sentē-
tia D.
Thom.
Phil. &c
verior.

Dubi. 4.

Sol. du-
bij ex
Philo.

terea non est ipsi proprium sic, sed toti commune. At anima operatio propria dicitur, in quo totum seu corpus non communicat, atque ob id ipsa separabilis est à corpore, sed non oculus à toto, nec à partibus alijs, ut faciunt, & sustentant totum.

Dubi. 5. Quantum dubium est circa secundam maximam. Nauta enim non habet operationes suæ artis, nisi in navi, & auriga incurru: at separari possunt ab his.

Solutio. Respondet Simplic. & Philop. quod quantumvis nauta ut nauta, non habeat operationem extra nauis, tamē, ut homo est, habet operationes proprias, quorum ratione potest separari.

Nota. Ex quo elicitur vnum, quod, ut forma sit separabilis, non opus est ut omnes suas operationes habeat proprias: satis est, quod sit aliqua, quæ extra corpus possit exercere, quantumvis non reliquas. Vnde anima rationalis separata videtur intellectu, non sensu, non etiā alijs communibus, & ob illam talem separabilis est.

Videntur autem et animæ passionēs.
Text. XIII.

Quod videantur esse communes oēs operationes. **V**T modum definiendi passiones animæ det, & ut doceat, cuius artificis sit eas considerare, respondet dubio proposito, quod animæ videntur communes. Loquitur autem dubitativē: quia non omnes prorsus communes sunt, sed sensitivæ, & appetitivæ, ac vegetativæ. Exempla autem appetitivarum posuit, ut declarabimus.

pbatur i. signo. Dicit igitur, has esse communes animæ cum corpore: quod duplici ostendit signo. Alterū est: quia aliquos experimur, multis illatis iniurijs, non irasci alios verò minima illata multū irasci, quia sanguis feruet circa cor, ut homines colerici facile ob calorem irascantur, phlegmatici verò, ac melancholici difficile. Cū igitur ira non sit sine corporis mutatione, videtur esse passio communis, similiter de alijs

affectibus. Ita omnes explicant signū hoc, ut ex diuersorū hominū cōplexione sumatur: & est bona expositio.

Quantumvis magis ad literam dici potest, quod si de vno homine, qui aliquando irascitur leui ex causa, aliquando non, etiam ex graui: & hoc, quia aliquando feruet sanguis, alioquando nō, patet igitur esse passionem communem. Id autem experientia patet: nam quodam tempore homines facilius irascuntur, ut verè, quàm hyeme, & fatuari, quam ieiuni, & potatores vini, in ebrietate, secundum etiam alias dispositiones.

Alterum signū est: quia aliqui nulla oblata causa terroris ita timent, ac illi quibus terribilia oblata sunt, quales sunt melancholici: quod non posset provenire, nisi temperies corporis iuaret ad huiusmodi passiones, sunt ergo communes cum corpore.

Nota. quod temperies corporum ad huiusmodi passiones multum faciunt: quidam enim ad has, quidam ad illas sunt periores, ut dicitur. 2. de part. cap. 2. & 4. Fecitque Gale. librum de hoc inscriptū, Quod mores animi temperaturas corporum sequantur.

Scias tamen quod hæc passiones, licet naturales sint, nec naturaliter possunt eradicari, nunquam inferunt vim rationi, nec cogunt libertatem, quantumvis multum alliciant: de hoc tamen alibi dicemus. Aduerte vltimū quod huiusmodi communes affectiones & operationes sunt in triplici differentia. Quædam naturales, quales sunt vegetativæ, & nutritio, & augmentatio. Quædam sensitivæ, quales sunt operationes omnium sensuum exteriorū & interiorum, ut visio, auditio, imaginatio, cogitatio, memoratio. Et aliæ quædam appetitivæ, quæ rursus diuiduntur. Quædam enim sunt secundū irascibile, quæ tendit in bonum arduum, vel malum, ut ira timor, audacia. Quædam secundū concupiscibile, quæ tendit

Altera expō. signo.

pbatur 2. signo.

Nota. 1.

Nota. 2.

Nota. 3. Communes effectus, & operationes animæ sunt in triplici differentia.

dit in bonum, vel malū, ut amor, odiū, tristitia, desiderium, gaudium, omnes hæc sunt operationes communes, de quibus in sequentibus latè tractandum est.

At Arist. non explicuit omnes has, sed solum eas, quæ sunt appetitivæ: quia illæ propriæ passiones dicuntur, cum alteratione sensibili fiunt. At vegetativæ operationes, actiones sunt: sensitivæ verò non sunt cum propria alteratione.

Et aduerte, quod quinque exempla priora textus, sunt pro irascibili: tria posteriora pro concupiscibili.

Si autem sic habet manifestam.
Text. XV.

Infert Arist. ex dictis passiones esse definitivas per materiā **I**nfert illa duo, propter quæ determinat animæ passiones esse communes. Alterum est, quod definitur debent per materiā. Et probat: quia sunt rationes in materia, & à materia pendentes, ut irasci est passio existens in corpore, & sensibili materia, quia est cum sanguinis motione: debet ergo definiti per talem materiā.

Exemplū in iræ definitione. Assignat autem definitionem iræ, quæ talis est: motus talis corporis, aut partis, aut potentie: ab hoc gratia huius. In qua definitione ponitur materia, quæ notatur per illa tria verba.

Text. explicatio Huius corporis, Partis, Potentie, ut detur intelligi triplex materia, remota, scilicet animalis, est motus animalis & proxima pars, scilicet est motus cordis: hæc enim sunt subiecta: & materia simul cum virtute alteratiua, scilicet est motus calidi. Materiā enim cum virtute alteratiua vocat potentiam secundum Philoponum: aut secundum plerisque Latinos, per potentiā intelligit irascibile appetitum. Vno ergo ex his modis per materiā definitur, dicitur, Ab hoc, id est, ab iniuria illata, in quo notatur efficiēs, Gratia huius, scilicet propter vindictam, in quo exprimitur finis.

Infert se Alterum, quod colligit, est, Physici

esse: considerare de anima, aut de omni, aut de ea, quæ huiusmodi passionū materialium est principium: quod idē docuit. 6. Metaphy. text. 3.

Aduertendum autem, quod dicitur de omni: vel propter Intelligentias, ut aliqui dicunt, quæ assunt orbibus, quantumvis propriè non sint: cælorum animæ. Vel propter rationalem animā, quatenus est à corpore separata, ut alij dicunt: quia hæc potest separari à corpore, & per se subsistere. At de rationali quantum ad operationem illā, in qua nullo modo communicat corpori, ut diximus superius, vel etiam secundum illum vltimum gradum intellectuum, sicut aliqui alij dicunt ut vidimus: vel denique, quod verius putamus. Aristoteles eo loco solum in genere concludit, ad Physicum spectare tractationem animæ, quia hæc habet operationes in materia. Addit autem Non de omni, vel saltem de tali, ac si dicat sub conditione: Si aliqua anima reperiretur, quæ non haberet operationes illas in materia, & corpore, de illa agere non spectaret ad Physicum at verò, an talis aliqua sit, vel non sit, nil determinat, sed postea tractaturus est, cum de intellectu disceret.

Differenter autem definit Naturalis.
Text. XVI.

Cum modum definiendi Physicum harum passionum posuisset, nunc ab alijs artificibus secernit, & principuē à Dialectico, qui easdem passiones definit. Est igitur discrimen, quod Dialecticus definit per formā, ut, irā definit esse appetitum vindictæ: appetitus autem vindictæ est forma iræ: at Physicus per materiā definit, ut, irā est sanguinis, motus circa cor.

At quia tales formæ in materia sunt secundum se, fit, ut sit alia tertia definitio, ut vtrūque continens, ut, irā est appetitus vindictæ ex ebullitione sanguinis circa cor.

cū Arist. hys considerat re aia.

Alter d. definiendi modus per formam. **Exemplū in iræ definitione.** **Tertius definiendi modus per materiā & formam simul.**

Alterū exemplū in defini-
tione domus.

Quæsti. 1. Arist. quæ præ-
statur in
definitio
& magis
physica.
Sol. qd.

Quæsti. 2. vtra
magis
physica
per for-
mam, an
per ma-
teriam?

Sol. quæ
stionis
primæ.

Physic9
solus cõ
siderat.
in vni-
uersum
passiões
nõ sepa-
rabiles,
vt nõ se-

omnes, sed aliquot in particulari, vt
Medicina corpus humanum.
Et artes aliq̃ mechanicę, aliquas,
ma'eria' affectiões: vt ligni, vel ferri
vel alterius aliquas qualitates mate-
ria, & arti conuenientes: at nõ vniuer-
saliter materiam omnem sensibilem
speculantur.

Alij artifices considerant quidem
res, quæ non separantur re à materia,
considerant tamen, nõ, vt in materia,
sed abstrahendo, & remouedo, vt Ma-
thematicus.

Alij considerant ea, quæ non sunt
in materia: & hic est Metaphysicus: re-
linquitur ergo vniuersaliter in materia
physico: ob id definitio per materiam
est magis physica. Hoc tamen in quæ-
stione examinabitur.

Sed redeundum est vnde sermo. Tex. XVIIII.
Facta ista digressiunculâ circa diffe-
rentiã physici ab alijs, regreditur
ad id, quod dixerat text. 15. Dicit, q̃
animi passiões, scilicet commuees, es-
se, quæ à naturali & sensibili materia
separari nequeant, sicut timor, odiũ,
& reliquæ, & nõ sunt sicut lineæ, & Ma-
thematicæ res, quæ à sensibili mate-
ria abstrahuntur, licet in ea sint: mate-
riales verò passiões & in materia sen-
sibili sunt, & in ea considerantur. Et
hic est finis Prologi.

An Dialecticus definiat per formam?
Questio. VII.

Quæ in hac parte difficultatē
faciunt, hæc sunt. Primò. Vel
comparatur Dialecticus suis
intentionibus, vel rebus
ipsis, quibus intentiones applicantur,
si fiat comparatio prior, profectò non
per solam formam definit, sed etiam
per materiam: definit enim proposi-
tionem per terminos qui ipsius mate-
ria sunt: definit syllogismum per pro-
positiones, & demonstrationem per
præmissas, ex quibus constat, quæ de-
finitiones, sunt per materiam. Si ve-
rò dicatur posterius videtur id esse
non

Animæ
passiões
commu-
nes non
separari
à mate-
ria.

1. Argu.
ad par-
tē nega-
tiuam.

non posse: quia Dialecticus, vt talis
est, nõ agit de rebus: ergo non definit
nec per formam.

2. Argu. Secundò: Dialecticus cum modos
prædicandi considerat, non definit, ni-
si per prædicata: at forma non prædi-
catur de re: non enim dices, homo est
animal: ergo non est Dialectica defi-
nitio per formam.

3. Argu. Tertio: Definitio dialectica dicitur
vana, text. 11. ergo non est per formã.
Nõ enim vana esset, imò melior, quã
physica, quæ est per materiã, quia me-
lior est forma, quàm materia.

4. Argu. Quarto: quia non esset differentia
Dialecticæ definitionis, à Mathema-
tica, & Metaphysicæ: hæ enim etiam
per formam sunt.

1. Opin.
ferè cõ-
munis.

Duplex
forma.

Circa hoc est ferè vna communis
opinio, quàm tradit Albertus tract. 1.
cap. 7. & Iand. q. 12. & Apollin. q. 9. &
Caiet. Thie. in præsentī, & alij dicunt
formã capi dupliciter. Vno modo pro
altera parte compositi distincta con-
tra materiã, & talis dicitur forma par-
tis. Altero modo, sumitur pro prædi-
cato substantiali rei, vt animal dici-
tur forma hominis. In quo autem dif-
ferant hæ duæ formæ, non omnes con-
fentiunt, vt postea dicam.

Dicunt igitur duo. Primũ, quòd
Dialecticus non definit per formam
partis. Præterea, quia multa sunt, quæ
non habent formam partis, vt acciden-
tia, quæ simplicia sunt, quæ tamẽ Dia-
lecticus definit per formam: & propte-
rea, quòd talis definitio esset dimi-
nuta, cum rei substantiam materia in-
cludat.

Dicunt secundò: quòd Dialecticus
dicitur definire per formam, quia de-
finit per prædicata superiora, putã, ge-
nera & differentias, quæ sunt forma se-
cundo modo.

Notat tamen Iandunus, quòd Dia-
lecticus. vt talis est, adhuc nõ definiat
per genus & differentiam, quia ipse
non est considerare res, sed talis defi-

nitio attribuitur Dialectico: & nescit
ipse causam, quare tribuatur Dialec-
tico, enumerat sententias quorundã,
quæ illi non placent, & meritò.

At Albertus videtur huius causam,
reddere, quia non fiunt tales definitio-
nes, nisi quatenus partes sumãtur sub
vniuersali intentione Logica generis
& differentie: ac ob id formalis defini-
tio dicitur, quia intentio est, vt forma,
scilicet, esse genus, esse differentiam.
Hæc sunt, quæ ex philosophis habem9
in hac difficultate.

Circa cuius explicationem sit pri-
mum fundamentum, materiam, vt ad
præsens spectat, esse triplicem. Qua-
dam est ex qua, putã subiectũ, ex quo
aliquid fit, ita, vt sit pars ipsius rei fa-
ctæ: talis est materia prima respectu
substantiarum compositarum: & huic
opponitur forma, quæ est altera pars
compositi. Altera materia est, in qua,
quæ non est quidem rei pars, sed sub-
iectum, sicut est substantia composita
respectu accidentis, & materia prima
respectu formæ. Tertia est materia
prædicationis, & talis est inferius re-
spectu superiorũ, vt singularia respec-
tu specierum, & species respectu su-
periorum.

Differt autẽ inter substantias, & acci-
dentia, q̃ substantiæ perfectæ sensibi-
les, habent quidem materiã, ex qua, &
materiam prædicationis, si in vniuer-
sali sumãtur, nõ tñ materiã in qua. At
accidẽtia habent materiã, in qua, scilicet
subiectum, nõ tamen, ex qua, quia sim-
plices formæ sunt: habent etiam ma-
teriam prædicationis, cum prædicamẽ-
tum component.

Sit secundum fundamentum nõ-
tandum. Genera & prædicata esset ta-
lia in substantijs sensibilibus non so-
lam formam dicunt, sed etiam mate-
riam, ex qua. V. g. animal, non solum
animam dicit, sed simul corpus, ac to-
tam rei substantiam: similiter rationalia
dicunt formã, sed materiã.

1. funda.
Triplex
est mate-
ria, ex
qua, in
qua, &
prædica-
tionis.

Discrimi-
en in-
ter ma-
teriam
substan-
tiã, & ac-
cidẽtis.
2 funda.
Genera
& prædi-
cata es-
sentia
in substã-
tiji sensi-
bilibus,
nõ solum
dicunt for-
mã, sed
materiã

obieſio Solutio. Sed ſtatim dubitabis: Si ergo iſta omnia prædicata totam rei ſubſtantiam claudunt vt quid de vna multa prædicantur?

Reſpondeo, quòd forma rei, licet vna ſit rebus ſingulis, tamè multiplex eſt in virtute, & exercet ea, quæ multæ facerent. V.g. vna eſt in homine anima, at per eam materia recipit, eſſe corpus, ac ſi eſet forma corporis & eſſe, viuentis ac ſi eſet forma viuentis: & eſſe animalis: & eſſe hominis. Idem ſit in alijs. Si diuerſæ formæ eſſent, vtique à ſingulis ſingula ſumerentur prædicata. Modò etiam, licet vna ſit, ſumuntur illa, ad notandum ipſius multipliciter in valore, & virtute, vt penetret, & percipiatur materia cuiuſcunq; rei.

Et ſicut forma eſt multiplex virtute ita in materia ſunt diſpoſitiones variæ in virtute & re, quæ deſeruiunt p varijs virtutibus formæ: vnde in ea ſunt diſpoſitiones corporis viuentis, & aliorum, quod eſt notandum. Ex quo habes, quòd omnia prædicata dicunt totam naturam, ſcilicet materiã & formam, & ſingula etiam prædicata tamen præcipuè formã, ab ea enim denominatio ſumitur: vt, album dicit corpus & albedinem, ſed hanc præcipuè. Sumitur etiã diſtinctio ex ipſius formæ multipliciter virtuali, de hoc tamen copioſius diximus in Logica.

Nota. Non ſunt plures anime in compoſito p ſingulis edictis eſſe talibus.

Hinc colligo duo cõtra Iandunum. Alterum, quòd iſta prædicata non ſolum dicunt formam rei, vt ipſe putat. Et in hoc differt Iandunus ab Alberto, qui tenet, quòd dicant totam rem. Alterum, quòd non differunt, niſt ratione: ipſe enim exiſtimat, quòd realiter differunt, quia putat eſſe diuerſas formas realiter diſtinctas, à quibus vnum quodq; ſumitur: hoc tamè alibi impugnabitur. Hoc ergo eſt de ſubſtantijs.

De prædicatis At in accidentibus aliud eſt. Cùm enim ſint ſimplices formæ, ipſorum

genera, & prædicata ſolam formam dicunt, nullo modo materiam, quantum forſan dicant intrinſecè ordinem ad ſubiectum: ſed hoc poſterius examinetur. Sat eſt, qd nõ includant materiã ſicut ſubſtantiæ: tunc autem eorũ diuerſitas ſumitur ex multipliciter virtuali vnus accidentis.

In omnibus autem aduertendum eſt, quòd non ſola multipliciter ſufficit ad genera, & differentias, niſi ſit per modum compoſitionis, vt vnum de terminet alterũ, vt alibi diximus.

His ſuppoſitis, ſit prima conſuſio. Logicus definiens per genus & differentias, definit per formã, ſed nõ diſtinct per genus & differentias reipſas, in quantum Logicus, ſed vt ſimul ſumitur cũ habitibus aliarum ſcientiarum.

Hæc omnia declaro. Aduertendũ igitur gratia claritatis, hic diſtinguo inter Logicum, & Dialecticum. Voco Dialecticum topicum, qui circa quãcunq; rem probabiliter diſputat. Logicum voco in præſenti, qui methodum vniuerſalem docet ſciendi, qui dicitur docens, & ſimul etiam vtitur methodo, per alios habitus ſcientiæ. Vt cum habitu phyſico definit, & diſſerit de phyſicis, ſimiliter per metaphyſicũ & per mathematicũ, de alijs rebus qui dicitur Logicus vt eſt: talis Logicus eſt, quid definit p genus & differentia, non ille alius, qui nullam re verſat ſed ſolum methodum rei cognoscendæ & hoc eſt, quod dicit conſuſio.

Sed dices: Cùm ille Logicus ſit ſimul cũ habitu alterius ſcientiæ, quare definitio illi tribuitur, & nõ potius illi ſcientiæ, purã, phyſicæ, vel alteri?

Dico, quia eſt communis modus definiendi in omnibus, non ſolum enim res phyſicæ, ſed mathematicæ, ac metaphyſicæ definiuntur genere ac differentia: cumq; ne modus ſit cõmunis, ideo tales definitiones tribuuntur Logico, ac Logicæ nominantur.

Dicunt etiã huiusmodi diſtinctiones ſecundã

eſſentialibus accidentium an includant materiam, & quõ.

Nota.

1. Cõcl.

Diſtinctio quæ dãm inter Logicum & Dialecticum, qua explicatur conſuſio.

2.

2. Cõcl.

3. Cõcl.

Haeres conſuſio. eſſe veras ſed non ad mentem Ariſtot.

Nota Diſtinctio in ter deſones ſubſtantiæ & paſſionum.

ſecundũ formam, propter duo. Primo, quia genera, ut differentia, quãuis totam materiam dicant, præcipuè tamen formam explicant, ac ab ea ſumuntur, vt diximus in ſuadamento. Secundo, quia ſunt prædicata, & talia dicuntur forma reſpectu eorum, de quibus prædicantur.

Secundã conſuſio. Dialectica de finitio dicitur etiam ſecundũ formã ſed alia de cauſa. Voco hic dialecticã definitionem eam, quæ ab accidentibus ſumitur. Dialectici enim pbabile cõſiderantes, ſepè per accidentia, ac ſenſib. nota deſcribũt: & huiusmodi dicuntur ſecundũ formam, quia accidentia dicuntur formæ reſpectu ſubiectorũ de qua definitione diximus, text. 11.

Tertiã conſuſio. Logicus ſuas intentiones per materiam etiã definit. Hæc nota eſt ex argumẽto primo, habet enim ſuas formas, ac materias Logicus, p quas ppria ſubiecta definit.

Hæ tres conſuſiones veræ ſunt, nec in ipſis diſſenſio à communi doctrina prædictorum Philoſophorum, exiſſimo tamè, non eſſe ad mentem Ariſt. in præſenti. Nã, vt patet ex ipſo text. 16. ſolum loquitur de definitionibus. Phyſicarum paſſionum, & non abſolute de omnibus definitionibus, quod bene notauit Paulus Venerus.

Eſt autem aduertendum, quòd paſſiones Phyſicæ dicunt quidẽ materiã ſed nõ ſicut ipſe ſubſtantiæ. Hæ enim includunt materiam ex qua, & tanquã ſui partem: vnde ſit vt nullo modo deſiniri poſſint, niſi claudatur materia in definitione: aliter enim nõ eſſet deſinire talem ſubſtantiã.

At paſſiones phyſicæ, licet per ſe, & ſecundũ ſe in materia ſint, tamen eſt materia in qua, & vt ſubiectũ, nec eſt ipſarum pars conſtitutiua: vnde ſit, vt poſſint diſſiniri à bſque eo, qd exprimat materiam, licet ſit aliquis ordo ad materiã ſemper: ſicut poteſt deſiniri albedo abſq; eo, qd ſumatur expreſſe

ppriã ipſius ſubiectum, tales definitiones dicuntur formales, quia formarũ ſecundũ ſe ſunt non exacte definitiones, cũ non exprimãt re perfectè, ſicut exprimitur, cũ ſumitur materia ipſa.

Illas igitur vocat Ariſtoteles dialecticas definitiones, quia talis cognitio tribuitur Dialectico, quia eſt rei phyſicæ non cõſideratè modo phyſico. Vnde, ſicut probabile (quia nullius eſt ſcientiæ) datur Dialectico, ita res propria alicuius ſcientiæ non cõſiderata modo illius ſcientiæ, ſed communi, datur etiam Dialectico.

Ex quo attende, qd non eſt dialectica definitio, quæ datur per formam, ſed quæ datur per formã rei ſecundũ ſe pendentis à materia. Vnde Mathematicus etiã definit formas, & Mathematicus, non tñ tales dicuntur definitiones dialecticæ, quia illa ex ſe non dicit materiã. At illæ dialecticæ ſunt, quæ ſunt rerũ ſecundũ ſe à materia pendentiu, & quæ vt tales deberet cõſiderari & par materiã nõ dantur pximam ac ppriam, ſed ſine materia, vel per materiã communẽ alienã ab illa ſcientia vt ſi diceret, reſibile eſt potetia ad ridendũ. Vel ſic, eſt aptitudo ſubſtantiæ ad ridendum. Hanc autẽ doctrinã, & expoſitionem multũ obſerua.

Ex quibus ſumitur conſuſio. Dialecticus dicitur deſinire per formã, quia accidentia ſecundũ ſe à materia tali pendentia, non per eam, definit.

Ad argumenta ſolutio patet. Ad primum dico, quòd non eſt ſermo de intentionibus, ſed de rebus, quæ Logico tribuuntur propter id, quod diximus in prima conſuſione, & propter id, quod notauius circa tertiam.

Ad ſecundũ patet ſolutio. Nam ſi loquamur de definitione iuxta primã conſuſionem, illa prædicatur, cùm dicant genera & differentia totam re ſi verò loquamur de animæ paſſionibus, illæ definitiones formales prædicantur, quia ſubiectum non eſt pars paſſionis

Quæ ſit mens Ariſt. cum ait for males & finitio - nes eſſe dialecticas.

Nota. Quæſitã definitio nes formales nõ eſſe dialecticas.

4. Cõcl. iuxta mentem Ariſt. quæ ex dictis ſequitur: Ad pri.

Ad ſecũ.

passionis: & ita dicitur, ira est appetitus vindictæ: quæ definitio formalis est.

Ad tertium. Ad tertium iam diximus text. 11. quare definitio dialectica dicatur vana. Dico etiam modò, quòd licet sit per formam, vana dici potest: quia talem formam non perfectè exprimit, quia secundum se à materia pendet.

Ad quartum. Ad quartum solutio patet ex dictis in conclusione tertia: aliter enim dicitur Mathematicus, & Metaphysicus definire per formam, aliter dialecticus. Illi enim definiunt formas secundum se à materia independentes: at Dialecticus formas materiales, ac pendentes à materia sine propria materia tali definit. Est autem obseruatu digna huius difficultatis resolutio.

An Physicus definiat per materiam?

Quest. VIII.

3. Argu. ad partem negatiuam Aristoteles hoc docuit inter esse inter Physicum, & Dialecticum, quòd hic per formam solam, ille per solam materiam, vel per materiam, & formam, simul definiret. At videtur, quòd fieri nò possit, vt per solam materiam definiatur. Primò ex Arist. 7. Metaphys. text. 34. vbi prohibet definitionem dare per solam materiam. Et confirmo: quia definitio explicare debet totam rei naturam: at sola materia nullius est natura: ergo definitio non est per solam materiam.

2. Argu. Præterea secundò. Illa definitio, quæ ab Arist. datur per materiam, videtur habere formam, dicit enim, sanguinis ebullitionem circa cor, esse iram: at ebullitio forma quædam videtur: non est igitur materialis talis definitio.

3. Argu. Præterea tertio. Definitio danda est per notiora, at materia, vt norum est, ignota est valdè: non ergo per materiam solam definiiri contingit.

4. Argu. Præterea quartò. Si considerentur definitiones physicae, nò videntur esse

per materiam. Patet in definitione naturæ, temporis, motus, materie, causarum, & aliorum, quæ non definiuntur per materiam:

Hic aduertendum, quòd si solus Arist. sensus esset discutiendus, facile esset respondere. Non enim Aristot. dicit, quòd semper Physicus definit per materiam sensibile: de hac enim est sermo: sed quod has animi passionem definit per materiam sensibilem, quæ est subiectum aliquod sensibile: at expositores assumunt in vniuersum Physicum per sensibilem materiam definire: at quo id modo intelligatur, id est à nobis exponendum.

Sunt enim tria, quæ Physicus definit, & non omnia vno modo: ac sunt subiecta, & substantiæ compositæ, scilicet elementum, mistum viuens, & species horum: similiter eorumque passionem.

Quadrupliciter autem definit per materiam sensibilem. Primò, per materiam partis, & ex qua, & hæc est materia prima, dispositionibus induta: hoc modo definit compositas substantias, vt, si hominem per talem animam ac corpus definiret, aut viuens aut aliquid aliud.

Secundò, definit per materiam, in qua, scilicet per subiectum ipsius definiti proprium: & sic definit passionem, ac proprietates, ac aliquas formas substantiales, vt animam per corpus organicum.

Tertio, definit per materiam sensibilem, quia definit per aliquod prædicatum, quod talem materiam includit implicite, vt cum definit per genus et differentiam, vt homo est animal rationale: animal enim & rationale sensibilem claudunt materiam, dicit enim substantias mutabiles, & cum ordine ad sensibilia, quo præcipua substantiæ definiuntur.

Quartò, definit per materiam sensibilem,

Nota, in quo sensu ab Aristot. & in quo ab eius interpretibus quæstio tradatur Responsio ad quæstionem. Tria Physicus definit.

Quadrupliciter Philosophus definit per materiam sensibilem

- 1
- 2
- 3
- 4

sibilem, cum definit per motum, vel aliquem sensibilem effectum, & sic principia definit.

His ergo modis Physicus definit varijs, in quibus semper dicitur per sensibilem materiam definire, quia definit per aliquid, quod ad sensum ordinem habet, & ad mutationem, siue hoc siue illo modo, vt diximus: & hic est modus Physico necessarius definiendi, vt Physicus est.

Physicus non definit per solam materiam.

Aduerte præterea secundò, quòd Physicus non definit per solam materiam, ita, vt nihil nisi materia in definitione sit, quanuis sit materia proxima, quod bene docent Philoponus. Simplicius, & S. Thomas: sed sumit aliquid cum materia: & hoc probat textus allegatus in argumento primo, similiter etiã ipsum argumentum. Et est alia etiam ratio: quia materia sola nò potest enunciari definito. Non enim dices: Domus est ligna, lapides, & reliqua, quod si in obliquo dicas, iam aliquid cum materia sumes, scilicet, est compositum ex lignis, lapidibus, & reliquis.

obiectio Solutio.

Dices: Ergo modò dicitur definitio materialis? Respondeo dici materiam, quia magis materiam explicat, licet formam contineat in confuso, sicut formalis, quæ formam explicat, parum autem materiam quæ verò ex utraque est, vtrumque explicat in particulari: quod patet ex definitione domus, quam per materiam, & formam dedit Arist. in textu. Domus est compositum defendens à pluuijs, & tempestatibus ex lapidibus & reliquis.

Reijciunt sententia Philoponi & Simplicij.

Nec mihi in hoc placet sententia Philoponi, & Simplicij, qui dictum definitionem materialem dici hoc loco esse eam, quæ est per solam materiam & hanc nullius esse Artificis: sed oppositum ex Arist. colligitur vt expositum est. Argumentorum ex his solutio patet.

Ad pri.

Ad primum dico: verum esse, quòd

per solam materiam definire non contingit, hoc tamen non impedit, quò minus sit definitio materialis, vt dictum est.

Ad secundum respondet Philoponus quòd ebullitio sit quidem forma aliqua, respectu sanguinis: sed est materia, respectu formæ iræ, scilicet appetitus vindictæ.

Ad tertium dico, quòd notitia distincta notior est materia sensibilis, quam compositum: est. n. materia principium. Notandum autem, quòd Physicus non solum definit per materiam secundas, vt credit Caiet. Thien. sed etiam per primam, vt dicit bene Apollina. q. 9. nam materia prima, est generationis subiectum, per quod talis materialis definitio posset.

Ad quartum solutio patet, illæ enim omnes definitiones sunt per materiam, quanuis non vno modo, vt diximus in primo fundamentò. Atque hæc de procemio.

CAPVT SECVNDVM.

Intendentes autem de anima.

Tex. XIX.



ANTE QVAM animæ substantiam veram ostendat, Antiquorum sententias ponit ob duas causas, quarum prior est, vt si quid verè dixerunt, recipiamus, ac per ipsum ad alia iuuemur. Posterior est, vt quæ falsa dixerunt, caueamus, ac vitemus hoc est igitur, quòd in hoc textu proponit.

Dicit enim, quòd cum intendamus de anima tractare, necesse est prius dubitare, ac disputare de his, quibus abutere debemus, id est, quæ perfectè scire volumus. Disputatio autem fiet, si petranseamus, & attingamus breuiter, quæ Maiores de anima dixerunt: sic autè per has discurrere debemus vt vera referuemus, falsa reijciamus. statuit

Ad 2.

Ad 3.

Notas

Ad 4.

Quòd primo sint proponenda antiquorum sententia, & cur.

Text expositio.

Metho- Statuit autem vnum commune fun-
 dus ad in- damentum, in quo ostendit methodū
 dagandā indagandā animam, quæ est per motū
 animæ & cognitionem. Hæ enim sunt passio-
 scientiā nes, per quas animam omnes inuesti-
 gabant: & hoc ob id, quia animata ab
 inanimatis: maximè his duobus differ-
 re videtur, quod ostendit animæ pas-
 siones esse.

Dubiū 1 Dubitabis fortasse. Animatum dif-
 fert ab inanimato substantialiter: nõ
 ergo per motū, & cognitionem: quæ
 accidentia sunt?

Solutio. Respondet bene S. Tho. quod ani-
 matum & inanimatum differant essen-
 tialiter, & etiã accidentaliter: at quia
 essentialis differentia est occulta, pri-
 mō sumimus differentiam accidenta-
 lem, & per hanc inuestigamus substantia-
 talem: & sic per motum, & cognitionē
 quibus animata ab inanimatis differunt
 accidentaliter cognoscimus animam,
 per quam differunt essentialiter, de
 hoc tamen diximus in q. 1.

Dubiū 2 Dubitabis iterum: quia non videtur
 motus inesse solum animatis: nam ele-
 mēta & mixta inanimata localiter mo-
 uentur.

Solutio. Respondet Simplicius, quod nõ hic
 motus quicunque sumitur, sed qui est
 ab intrinseco, quo se aliquid mouet, &
 à se ipso mouetur: talis autem non nisi
 animatis in est.

Dubiū 3 Dubitabis fortè iterum: nam cog-
 nitio non inest omnibus animatis: non
 enim plantis?

Solutio. Respondet Themistius, quod hi Phi-
 losophi non de alia anima diserebant
 nisi de animalium anima, nõ de ser-
 de humana, vt superius dixit Aristot.
 text. 7. forsã etiam, quia plãtas puta-
 bant habere sensum, vt dicitur libro,
 De plantis.

Nota. Aduertendum etiam, quod per cog-
 nitionem, maximè tactionē, intelligi-
 mus, quia omnibus animalibus, inest
 tactus, non autē alij sensus: quãuis me-
 lius est, vt quãcunq; cognitionem su-

mat indifferenter, siue hanc, siue illã,
 siue sensus, siue Intellectus.

*Dicunt enim quidem et maxime
 Text. XX.*
Sententias philosophorū in varias
 Sortes separat. Quidam enim per
 motum, quidam per vtrumque sub-
 stantiam animæ indagantes diuersa
 de ipsa protulerunt.

Primò enarrat eos, qui per motum
 indagabant. Hi omnes vnico principio
 nitebantur, nihil mouere localiter,
 quod non moueatur, omne qui moues
 moueri: cumq; animam maximè fon-
 tem motus arbitrarerunt, ipsam moue-
 ri maximè dicebãt: at hinc quisq; quæ-
 rebat, quod maximè mouetur, tale
 que ponebant animam.

Fuit igitur prima sententia Democri-
 ti similiter Leucippi, qui dicebant ani-
 mã esse ignem, ac calorem quendam. Isti
 enim ponebant atomos esse rerū prin-
 cipia, quas dicebãt esse variatũ ac infi-
 nitatũ figurarum, inter quas erant ro-
 tundæ, & ex his, esse ignem & animã.

Et hoc propter duas causas. Prior est
 quia rotundum facillimè se cum alio
 corpore penetrat, cum careat angu-
 lis, qui transitum impedire solent: si-
 militer rotundum facillimè mouetur,
 vt patet. Ad hæc duo maximè animæ
 insunt quæ se cum corpore penetrat,
 ac maximè principia est motus.

Explicabat atomos hæc, per tamē-
 ta, & corpuscula, quæ ad Solis radios
 per fenestras immisos apparere so-
 lent: dicebat, quod atomorum omni se-
 minariũ, id est concursum esse prin-
 cipia naturalium rerum, quæ omnia ex
 ipsis consistant.

Dubitabis: Nunquid Democ. posue-
 rit illa ramēta apparentia in radijs So-
 lis, esse atomos quæ sũt rerū principia.

Albertus ita credidit: Simplicius ta-
 men, Philoponus, & S. Tho. dicunt A-
 rist. nõ edicere, illum posuisse illa, vt
 principia, sed est exemplum solũ, nã De-
 moeritus dicebat esse atomos paruas
 diuersa

Quod di-
 uersa su-
 erint
 Philoso-
 phorum
 viã inda-
 gandi a-
 animã at-
 q; ad e-
 diuersè
 diserit.
 Qui per
 motum
 indaga-
 bant, &
 quod eo-
 rũ princi-
 pium.
 Prima
 Demo-
 criti Sen-
 tentia, &
 Leucip-
 pi esse
 ignem a-
 nimam,
 seu calo-
 rem quẽ-
 dam.
 Rõnes
 Demo-
 criti.

Quodam signo suam sententiã con-
 firmabat Democritus, seu po-
 tius cuiusdam effectus reddere ratio-
 nem. Nam respiratio inest animalib.
 ita, vt ipsa cessante, cesset vita: ipsa
 perseverante, perseveret vita. Huius
 causam dicebat hanc Democritus: nã
 à continente medio comprimuntur ip-
 sa animalia, & coguntur euomere ato-
 mos, quæ sunt anima: at ipsum ani-
 mal per inspirationē reparat atomos;
 quæ iterum ingredientes prohibent
 etiam, ne aliæ omnes egrediantur. Tã-
 diu autem durat vita, quãdiu potest
 animal recuperare atomos. Vnde sig-
 num est, atomos esse animam: aliter
 enim inspiratio nõ videtur necessaria.

Dubiū 1

Solutio.

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

Dubiū 2

Solutio.

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

diuersarum figurarum & mouentes,
 ac per totam sparsas, quæ omnia vide-
 tur illis ramentis inesse: sed non sunt
 illa principia. Et hoc mihi videtur, ac
 id etiam indicat textus: illa enim sen-
 tentia alterius est, vt dicitur tex. 2.

Dubiū 2 Dubitabis iterum: an Democritus po-
 suerit, atomos esse animam, vel ex his
 esse animam?

Solutio. Simplicius, & Themistius dicunt il-
 las esse animam: at Philoponus & ple-
 rique Latinorum, animam esse ex his.
 Sed parũ refert hoc: quia nihil aliud
 est dicere, quã: an anima sit singula
 atomi per se, vel multæ simul? credi-
 derim tamē sensisse multas simul esse
 animam, aliter diceret, infinitas esse
 animas in vno: quod est fatui, nec id
 admitteret Democritus: ex atomis igi-
 tur congregatis anima est secundũ
 Democritum, & Leucippum.

*Vnde et viuendi terminum.
 Text. XXI*

Quodam signo suam sententiã con-
 firmabat Democritus, seu po-
 tius cuiusdam effectus reddere ratio-
 nem. Nam respiratio inest animalib.
 ita, vt ipsa cessante, cesset vita: ipsa
 perseverante, perseveret vita. Huius
 causam dicebat hanc Democritus: nã
 à continente medio comprimuntur ip-
 sa animalia, & coguntur euomere ato-
 mos, quæ sunt anima: at ipsum ani-
 mal per inspirationē reparat atomos;
 quæ iterum ingredientes prohibent
 etiam, ne aliæ omnes egrediantur. Tã-
 diu autem durat vita, quãdiu potest
 animal recuperare atomos. Vnde sig-
 num est, atomos esse animam: aliter
 enim inspiratio nõ videtur necessaria.

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

**Dubiū
 contra
 Demo.**

**Confuta-
 tio signi
 Democ.**

Respondet, id ita debere esse, quia
 in egressu etiam recedunt atomi non
 rotundæ, tamen plures sunt rotundæ,
 quæ egrediuntur & recipiuntur prop-
 ter ipsarum maximam agilitatem.

*Videtur autem a Pythagoræ dictum.
 Text. XXII.*

Secundam ponit sententiam eorum
 qui per motum animæ substantiam
 indagabant: & hæc est quorundam Py-
 thagoræorum. Hi enim videtur idem
 dicere cum Democrito: ponunt enim
 animam esse illa ramenta, quæ appa-
 rent in radijs Solis: tamen licet viden-
 tur idem dicere, non idem dicunt pro-
 fus. Nam Democritus non posuit illa
 ramenta atomos, sed atomos illis di-
 xit similes, at illi illa eadē posuerunt.

Tertia sententia est aliorũ, inter quos
 S. Tho. numerat Archelaum magistrũ
 Socratis. Isti dicebãt, non illa ramen-
 ta esse animã, sed principia, quæ inest
 illis, ratione cuius mouentur. Hi duo
 mouebãtur hoc: quia atomi huiusmodi
 sunt quẽdã maximè motiua, & mobi-
 lia, cum, nullo vëto existente, sed aere
 tranquillo moueantur talia ramenta:
 anima autē debet esse maximè mobi-
 lis, cum maxime moueat.

Quarta sententia citatur, quæ est
 Platonis: hic enim ob ideam principia
 dixit, animam esse substantiam seipsã
 mouentem. Cõuenit cum alijs in hoc
 quod animam seipsam mouere, ac ma-
 ximè mobilem debere esse, dixit: at
 differt, quod non ex atomis, nec rame-
 tis esse dixit, sed substantiam aliam
 quandam, vt post dicemus.

Circa hæc ramenta aduerte cum
 Alberto in presenti, quod sunt partes
 crassiores, & terrestriores vaporum
 resolutorum. Nam vapores habent
 inæquales partes, quãdam subtilio-
 res, & hæc citò resoluntur vel in æ-
 rem: vel eleuantur sursum, mananti-
 bus particulis terrestrioribus deor-
 sum. Et hæc sunt atomi apparentes in
 radijs.

Dices,

& solu-
 tio pro-
 ipio.

Secunda
 Senten-
 tia eorũ
 qui per
 motum
 animam
 indaga-
 bant.

Quorum-
 dam Py-
 thago. a-
 nimam
 esse ra-
 menta
 quẽdã
 corporũ.
 5. Sentē-
 tia Arc.
 animam
 esse non
 ramenta
 sed illo-
 rũ princi-
 pium.

4. Septē-
 tia Plat.
 Animã
 esse sub-
 stantiam
 seipsam
 mouentē.

Nota, ex
 qua cau-
 sa rame-
 ta fiunt.

Ex qua causa moueantur.

Dices quæ est causa motus? Respon- deo, quæ est semper agitatio aeris vel mi- nimæ, & aer suo motu eleuat has ato- mos: ipse autem sua grauitate deicen- dere conatur, iterumque eleuantur. Dico etiam cum Alberto, quod radij suo calore illas attrahit, quæ sua gra- uitate descendunt, ac vi caloris iterum ascendunt, & aliquando velocius, quàm descenderint propter multum calorẽ: & sic fit iste motus.

Ex qua causa appareant extremitates vmbre tremere.

Huius doctrinæ meminit Arist. sect. proble. 11. q. 12. Querit, quare extre- mitates vmbre tremant: non enim po- test id tribui motui Solis, quia tunc vmbra non moueretur, nisi vno motu vel contractionis, vel dilatationis, at tre- mere, motus continet contrarios? Res- pondet, id esse, quia ab extremitate vmbre ad radium ascendunt & descen- dunt ista ramenta, quæ faciunt appa- rere motus contrarios in vmbra, sicut quod videtur post flammam huc illuc motam, tremere videtur.

Similiter autem et Anaxagoras.

Text. XXIII.

3. Anax.

Discrimẽ huius à Democrito. qui sensum & intellectu idẽ esse pu- tabat. Ratio Democriti. i.

A Scribenda est sententia ista cum sententiâ Platonis, ponebat enim Anaxagoras, & illi qui intellectum di- xerunt mouisse chaos & mundum, po- nebant, inquam, hi animam se moue- re maximẽ. Tamen isti à Democrito differebãt: hic enim animam & intellectum dice- bat esse idem, dicere autem intelle- ctum, & animam esse idem, apud De- mocritum, est dicere sensum & intelle- ctum esse idem, & eandem esse poten- tiam sentiendi, & intelligendi: hoc. n. voluit Democritus. Quod probabat dupliciter. Primò: quia dicebat obiectum intellectus, quod est verum, esse idem cum obiecto sen- sus, quod est apparens, & sic affirma- bat, quicquid apparet, verum est, quã opinionem redarguit Arist. 4. Metap. Probabat secundò ex dicto Homeri: Volens enim dicere, Hestorem iace-

re sensu priuatum, dixit intellectu pri- uatum, ac si idem esset: in quo tamen deceptus est. Vt enim notant Simpli- cius & alij, vitur aliquando vocabulis late: & sapere pro sentire largẽ supsit.

Democritus ergo non ponit, intelle- ctum esse potentiam animæ circa veri- tatem, vt veritas est, sed idem dicit esse cum sensu.

Et notandum hic: quod secundum Aristotelẽ, Intellectus, qui Græcè dicitur *νοῦς*, est potentia, animæ inhærens ad veritatem cognoscendam: & non quid separatum: quod etiam egre- giè dicit. r. Ethic. cap. 6. Vt, inquit, in est pupillæ visus: ita animæ mēs: est. n. mens, seu Intellectus, potētia animæ, sicut visus potentia oculi: non autem est qui separatum, vt ille ignarus, & impius Auerro. dicebat, & postea dis- cutiemus.

Anaxagoras autem minus explanat.

Text. XXVIII.

Nunc quid Anaxagoras dicat cir- ca animam & intellectum osten- dit, dicitque nõ clarè lequutus fuis- se: imò contraria visus est protulisse. modo enim dixit, intellectum esse cau- sam boni & mali actus, scilicet virtutis & vitij, & sic videtur dicere, nõ esse idem, cum sensu colligitur: modò ta- men dicit intellectum inesse omnibus animalibus paruis & magnis, nobilibus & innobilibus: & in hoc videtur fa- cere idem Intellectum cum sensu.

Hoc tamen reprehendit Arist. quia intellectus secundum prudentiã, qua- lis est, qui benè vel malè operatur, nõ inest omnibus animalibus, imò nec omnibus hominibus.

Dices: Quem vocant Intellectum se- cundum prudentiam? Simpliçius & reliqui Græci, & Alberto, intelligunt Intellectum secundum prudentiam, id est, secundum actum, & vsum: hic au- tem ob id dicitur non inesse homini- bus omnibus, quia nõ omnes vsum ha-

Nota se- cundum Arist. in intellectu esse aia potētia, & nõ sub- stantiam ab ani- ma sepa- ratam.

Explica- tur & re- prehēdi- tur sen- tētia A- naxago-

Dubiũ circa ex- positio- nẽ text. Solutio.

Intellectus, pueri enim intelle- ctu non vtuntur.

S. Tho. per intellectum prudentiæ, in- telligit intellectum perfectum habitu pru- dentiæ: & hic nõ inest omnibus homini- bus: quauis enim in sit potentia ipsa, non tamen inest habitus. Vtraque; expo- sitio est bona.

Nota. Intel- lectus est potētia data à natura, secundum Aristot.

Vbi nota, quod intellectus est potē- tia anima, data à natura, & hanc sin- guli habent, & pueri: est enim anima inhærens, at actus & habitus longo post tempore venit, ob id non dixit A- rist. intellectum non inesse omnibus, sed intellectum secundum prudentiã. Vnde cæci sunt, qui ex hoc loco colligunt, Intellectum non esse à natura, nec omnibus inesse, cum Aristoteles sumat intellectum secundum prudentiam. Et est notandus locus Arist. sect. 30. problematum, q. 4. vbi manifestè dicit, quæ nos hic dicimus. Docet enim Intellectum esse à natura, sicut manũ, & esse in omnibus, sed non vsum intel- lectus, nec habitus. Sed hæc omnia suis in locis examinabuntur.

Quicquid dicitur ad ipsum moueri.

Text. XXV.

Philoso- phi, qui per cog- nitionẽ animam indaga- bant.

Concludit, omnes, qui per motum animam indagarunt, posuisse ani- mam esse maximè sui motiuã, vt osten- sum est: statim se conuertit ad eos, qui animam per cognitionem indagarunt. Hi autem omnes, sibi vnum sumpserunt principium: Simile simili cognosci: ex quo collegerunt, cum anima cognoscat omnia, debeat ex omnium constare. principijs, quauis fuerit diuersi. Nã qui ex vno principio omnia facit, ip- sam similiter animam ex vno dicit, qui ex pluribus, & ipsam ex pluribus.

Prima sentētia animam ex qua- tuor ele- mētis cõ- stare, &

Horum autẽ refert duas opinionēs. Prior est Empedoclis, qui posuit qua- tuor elementa, & concordia, ac discor- dia esse resu principia, & ita ex his sex componebat animam: quod colligit ex ipsius carminibus quorũ sensus est. Ter- ra cognoscimus terram & aere aerẽ,

concordia concordiam, denique prin- cipijs existentibus in anima cognosci- mus reliqua, quæ ex eisdem constant principijs: sicq; simile cognoscitur si- mili.

Eodem autem modo, et Plato.

Text. XXVI.

Posterior sententia est Platonis qui dixit, animam etiam componi ex elementis, vt omnia cognosceret. Ci- tat autem tria testimonia Platonis, quibus hoc dicit. Primum est in Ti- mæo, vbi dicit, simile simili cognos- ci, & res constare ex principijs, & ele- mētis. Vnde inferitur, quod anima ex eisdem rerum elementis constet, simi- le cognosci debet simili. Hunc locum explicant benè Themist. Simpliç. & Philoponus.

Per huiusmodi elementa Plato in- tellexit idem, & diuersum, ex quibus omnia dicebat constare: per idem intelligebat substantias immateriales prorsus, quas ob id dicebat ex eodem esse compositas, quia semper vnifor- miter & inuariabiliter se habebant in suis substantijs: ex diuerso dicebat, cõ- poni res materiales, propter earum di- uisibilitatem, & variabilitatem.

Posuit autem animam rationalem medianam substantiam inter formas om- nino abstractas, & formas materiales, quia cum sit per se, in materia tamen est: qua parte cum Intelligentijs con- uenit dicebat ipsas intelligere posse: qua parte cum materialibus, ipsas etiam intelligere ob id dicebat quod si- mile cognoscitur simili, & quod con- stat ex eodem, & diuerso, eodem cog- noscit eadem, id est Intelligentias, di- uerso, diuersa, id est, materialia. Hęc est declaratio huius testimonij.

Similiter autem et in his, quæ de philosophia.

Alterum testimonium est ex libro de philosophia, seu Metaphysica, qui liber est ille, qui dicitur de Bono,

D

vt dicunt

concor- diam, & discor- diam.

Senten- tia Pha- tonis A- nimam cõponi ex prin- cipijs quæ sunt idem & diuersũ.

Anima rationalis secundum Platonem media inter formas omnino abstractas & mate- riales.

ex eodẽ Plat. A- nimam compo-

ni ex principi animal componitur ex Idea unius & prima longitudine, ac prima latitudine, ac prima altitudine: similiter reliqua omnia ex eisdem componi: & sic animal cognoscet similia similibus.

Aduerte, quod anima dicitur hic animal: nam secundum Platonem, ut dicitur 8. Metaph. cap. 3. homo, & animal, & ista non dicunt, nisi solam formam.

Hoc testimonium declarat. Aduerte Nota.

igitur primo ex Philopono, quod Plato, & Pythagoras numeris explicabant res ipsas: formas vero substantiales vocabant decadas, seu denarios numeros. Vocabant quidem formas numeros, propter duo. Primum, quia sicut numeri continentur & comprehendunt res numeratas: ita etiam forma continet ac terminat materiam. Secundum, sicut numeri habent ordinem inaequalitatis inter se, omnesque a simplici unitate descendunt, ita & formae sunt inaequalis perfectionis inter se, habentque principium ab uno simplicissimo, & summo Deo.

Nota. Non solum autem formas vocabant numeros, sed denarios, ad denotandum formarum perfectionem: sunt enim ipsae quae perficiunt compositum sicut denarius perficit numeros: nam omnes numeri variantur usque ad denarium, ulterius tamen fit repetitio eorundem, & compositio cum denario, ut notum est.

Aduerte ulterius, quod denarius conficitur ex his. Uno, duobus, tribus, quatuor. Omnes hi sumpti faciunt, aequaliter denarium, ob idque dicebat Plato, omnia constare ex unitate, dualitate, trinitate, quate nitate omnium primis. Vocabat unitatem ideam unius, quia non est numerus, sed numerorum principium.

Aduerte etiam, quod per lineam intelligit dualitatem, quia constat ex duobus terminis, per latitudinem primam, trinitatem, quia prima figura superficialis est triangulus, per altitudinem primam, quaternitatem, quia corpus Pyramidale, quod fit ex prima figura superficiali, id est, triangulo, fit ex quatuor triangulis.

Ex his patet sensus. Dicebat animam ex his constare, ut omnia, quae ex eisdem constant, intelligat: quod est dicere, Animam constare ex omnium perfectionibus, ut omnia cognoscat.

Ad hoc autem et aliter intelleximus. Textus. XXXVII.

Tertium testimonium est, in quo Plato etiam in ipsis animae operationibus constituebat similitudinem cum ipsis rebus. Vbi aduerte, quod quatuor sunt genera rerum cognoscibilium. 1. Quaedam sunt pure intelligibiles, puta, quae sine discursu aliquo cognoscuntur, quales sunt res immateriales, & principia per se nota, & his respondet cognitio in anima, quae dicitur intellectus. 2. Sunt res semper eodem modo se habentes, tamen ab alio pendentes, & haec dicuntur scibiles, quibus respondet cognitio, quae scientia dicitur, & est per discursum. 3. Quaedam sunt res inconstantes, ab aliisque pendentes, inconstantes, inquam, in veritate, vel falsitate: & his respondet cognitio, quae dicitur opinio, & ipse dicitur opinabilis. 4. Quaedam aliae sunt sensibilia singularia: & horum est sensus.

Plato has animae cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, ut per eos res ex numeris compositas cognosceret. Primum, intellectum dicebat unitatem, quia, ut unitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est & aliquod principium. Scientiam dicebat dualitatem, quia, sicut dualitas ab unitate una in aliam procedit, ita scientia ab uno medio in unam conclusionem determinatam procedit. Opinione vocabat trinitatem quae, sicut trinitas ab una trinitate in duas procedit, ita opinio ex uno medio infert conclusionem probabilem.

Ad hoc autem et aliter intelleximus. Textus. XXXVII.

Plato etiam in ipsis animae operationibus constituebat similitudinem cum ipsis rebus. Vbi aduerte, quod quatuor sunt genera rerum cognoscibilium. 1. Quaedam sunt pure intelligibiles, puta, quae sine discursu aliquo cognoscuntur, quales sunt res immateriales, & principia per se nota, & his respondet cognitio in anima, quae dicitur intellectus. 2. Sunt res semper eodem modo se habentes, tamen ab alio pendentes, & haec dicuntur scibiles, quibus respondet cognitio, quae scientia dicitur, & est per discursum. 3. Quaedam sunt res inconstantes, ab aliisque pendentes, inconstantes, inquam, in veritate, vel falsitate: & his respondet cognitio, quae dicitur opinio, & ipse dicitur opinabilis. 4. Quaedam aliae sunt sensibilia singularia: & horum est sensus.

Plato has animae cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, ut per eos res ex numeris compositas cognosceret. Primum, intellectum dicebat unitatem, quia, ut unitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est & aliquod principium. Scientiam dicebat dualitatem, quia, sicut dualitas ab unitate una in aliam procedit, ita scientia ab uno medio in unam conclusionem determinatam procedit. Opinione vocabat trinitatem quae, sicut trinitas ab una trinitate in duas procedit, ita opinio ex uno medio infert conclusionem probabilem.

Plato has animae cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, ut per eos res ex numeris compositas cognosceret. Primum, intellectum dicebat unitatem, quia, ut unitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est & aliquod principium. Scientiam dicebat dualitatem, quia, sicut dualitas ab unitate una in aliam procedit, ita scientia ab uno medio in unam conclusionem determinatam procedit. Opinione vocabat trinitatem quae, sicut trinitas ab una trinitate in duas procedit, ita opinio ex uno medio infert conclusionem probabilem.

Plato has animae cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, ut per eos res ex numeris compositas cognosceret. Primum, intellectum dicebat unitatem, quia, ut unitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est & aliquod principium. Scientiam dicebat dualitatem, quia, sicut dualitas ab unitate una in aliam procedit, ita scientia ab uno medio in unam conclusionem determinatam procedit. Opinione vocabat trinitatem quae, sicut trinitas ab una trinitate in duas procedit, ita opinio ex uno medio infert conclusionem probabilem.

Plato has animae cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, ut per eos res ex numeris compositas cognosceret. Primum, intellectum dicebat unitatem, quia, ut unitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est & aliquod principium. Scientiam dicebat dualitatem, quia, sicut dualitas ab unitate una in aliam procedit, ita scientia ab uno medio in unam conclusionem determinatam procedit. Opinione vocabat trinitatem quae, sicut trinitas ab una trinitate in duas procedit, ita opinio ex uno medio infert conclusionem probabilem.

Plato has animae cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, ut per eos res ex numeris compositas cognosceret. Primum, intellectum dicebat unitatem, quia, ut unitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est & aliquod principium. Scientiam dicebat dualitatem, quia, sicut dualitas ab unitate una in aliam procedit, ita scientia ab uno medio in unam conclusionem determinatam procedit. Opinione vocabat trinitatem quae, sicut trinitas ab una trinitate in duas procedit, ita opinio ex uno medio infert conclusionem probabilem.

Plato has animae cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, ut per eos res ex numeris compositas cognosceret. Primum, intellectum dicebat unitatem, quia, ut unitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est & aliquod principium. Scientiam dicebat dualitatem, quia, sicut dualitas ab unitate una in aliam procedit, ita scientia ab uno medio in unam conclusionem determinatam procedit. Opinione vocabat trinitatem quae, sicut trinitas ab una trinitate in duas procedit, ita opinio ex uno medio infert conclusionem probabilem.

Concluditur sensus conclusionis Platonis

Item tertio ex Platone quadruplex genus & quadruplex animae cognitio eis respondens.

Cognitiones animae etiam ex numeris Plato constituebat, ut intelletus esset unitas, scientia, dualitas opinio trinitas, sensus quaternitas.

lem, quae potest esse vera, potestque esse falsa: Sensum dicebat quaternitatem, quia est corporeus, & circa corpora, quibus inest quaternitas, ut diximus vel propter elementa quatuor, ex quibus omnia constant corpora. Ille est sensus.

Literam attende. Dicit, quod intellectum vocabat unum, & scientiam duo: quia ex uno ad unum procedit, opinio nem vero vocabat numero pluri & superficie, id est, trinitate, sensum vero numero solidi & corporis, id est, quaternitate quorum reddit rationem, quae res numeris constant: at res intellectu, scientia opinione sensu, iudicatur: ergo ista, debet numeri esse tales, quales sunt rerum formae, quae sunt predicti quatuor.

Quoniam autem motuum videbatur. Textus. XXXVIII.

Posuit opinionem eorum, qui per motum, & eorum, qui per cognitionem substantiam animae indagabant: nunc ponit eorum, qui per utrumque ac ponit sententiam, quam S. Tho. dicit esse Platonis. Aegidius dixit esse Xenocratis. Hi enim dicebant animam numerum seipsum mouentem: numerum quidem ratione cognitionis, quia constabat ex rerum principiis qui numeri sunt: seipsum mouentem, quia est primum principium motus, & sic utrumque comprehendebant.

Differunt autem de principijs. Quia dixerat, Philosophos animam ex principiis rerum compositam esse, ut cognoscat omnia: vult modo ostendere, quod non uno modo dixerunt omnes, quia de principiis varia dixerunt: quam diuersitatem ostendit esse in duobus, & in substantia, & in numero principiorum. In substantia quidem, quia quidam posuerunt principia corporea, ut qui elementa vel atomos posuerunt: quidam corporea, ut qui numeros: quidam utraque miscuerunt corporea, & incorporea, ut Empedocles, qui posuit elementa, & concordiam,

ac discordiam. Dicit autem Aristot. quod qui ponunt corporea, & qui incorporea, magis inter se differunt, quam differant ab ijs, qui utraque ponunt, nam illi in nullo conueniunt, at hi cum utrisque. Quia enim parte ponit corporea, cum prioribus, qua parte incorporea, cum posterioribus conueniunt.

Differunt autem in numero, quidam enim unum, quidam plura principia rerum ponunt, ut constat ex antea dictis. Consequenter autem ad haec ad animam. Textus. XXXIX.

Diuersitas, quae est in rerum principiis inter philosophos eadem est circa animae substantiam. Vnusquisque enim, & non immerito credidit animam & quod maxime mouet, esse ponendum inter principia, sed error fuit quia non debuit poni inter principia naturalia.

Hinc est, quod quisque traxit animam ad diuersa, prout varie de principiis sentiebat. Quidam enim posuerunt eam ignem, quia ignis est subtilissimum corpus, ac maxime mobile, & aliorum videtur principium. Notandum est autem, quod Aristot. vult hic Philosophos reducere, ad hoc, quod etiam per cognitionem animam indagabant, quatenus ex rerum principiis animam constabant, ut patebit, in opinionibus, per quas iterum dicitur.

Democritus autem elegansius. Textus. XXX.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Democritum laudat, quia distinctio reddidit rationem utriusque, id est, motus & cognitionis, quam Anaxagoras. Democritus enim sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere animas, quia vero sunt figurae rotundae, & subtiles ac paruae, ob id anima est maxime mobilis, principiumque motus.

Qualis philosophorum diuersitas erat in rerum principiis, talis fuit circa animae substantiam.

Democriti praefertur Anaxagoras.

Anaxa. **P**onit sententiā in Anaxagorā circa sententiā esse intellectū simplicē & in compositum &c.

Ponit sententiā in Anaxagorā circa animam, quantum ad motum, & cognitionem, dicit quod hic videtur distinguere inter intellectum & sensum, seu animam, & intellectum simplicem facit, ac in compositum, at quāvis ipsum non componat, dicit tamen, ipsi motū, & cognitionem inesse.

Aduerte, quod Arist. citat Philosophos circa ea, quæ de anima dixerunt in communi, quāvis non omnes locuti sunt de anima eadem, nam Plato & Anaxagoras, vt dicitur inferius tantum de anima mundi loquebantur, quæ esse animatum, ac quoddam animal crediderunt.

Videtur autem et Thales ex ijs.

Tex. XXXII.

Thale- **C**itat sententiā Thaletis, qui fuit sententiā animam esse id, quod maxime mouet, putauit. Quod apparet ex quodā ipsius dicto: dicebat enim, magnetem, quia mouet ferrū, animam habere: videtur ergo animam existimasse motus esse principium. Nil aliud ex ipso habetur.

Dioge- **A**lia sententiā est Diogenis, & aliorum qui aerem posuerunt rerum principium, ipsumque dicebant maxime subtilem, ob id facillime mobilem, ex hocque animam esse affirmabant. Nam qua parte ex aere sunt omnia, anima potest illa intelligere, quia omnibus est similis: qua parte est subtilissimum corpus, erit anima maxime mobilis ac motiua.

Herac- **V**terius est sententiā Heracliti. hic posuit vaporem quendam esse animam, faciebatque omnia ex vapore: quia vapor erat subtile corpus, quod vocat in corporeum, & etiam quia perpetuo mouetur, ob idque dicebat, omnes res esse in motu continuo, similiter etiam animam ipsam: & sic erat omnino eis similis, & vapore cognoscebatur vapor & id quod mouetur, eo, quod etiam mouetur: omnia enim putabat esse in

motu: ac fluxu continuo, quod e iam alij cum ipso dixerunt, vt dicitur. 4. Metaphysic.

Similiter autem ex his Alcmeon opinari.

Prosequitur enumerare sententias: Est autem Alcmeonis sententiā similis.

Dicebat enim animam esse immortalē, vt sit similis rebus immortalibus & ex immortalitate proueniebat, & continuū, & semper moueretur: vel contra, ex eo, quod perpetuo moueretur, erat immortalis, in quo etiam assimilatur immortalibus, quæ semper mouentur: vt, Luna, Sol, cæli. Denique hic posuit animam immortalem, semperque motam, vt esse similis rebus perpetuis, easque posset intelligere.

Altera est opinio Hipponis, qui ex substantiā aquæ dicebat animam, quia cuncta humido consistere videbat, & sic dixit, semen, & sperma esse animam ipsam: reprehendebatque eos, qui dicebant, animam esse sanguinem, sanguis enim est post semen, anima autem debet esse primum, ob id est semel ipsum.

Hanc opinionem dicit esse hominis onerosi & tetri: quod dicit, vt notat Simplicius. quia iste Hippo fuit impius negauitque Deum esse, ac merito etiam diceretur teter, ob hanc solam opinionem, de anima.

Alij autem sanguinem, quemadmodum?

Alia est sententiā Critiæ, qui animam esse sanguinem dicebat: cuius ratio est, quia sentire, quod maxime est proprium animæ, est positum in sanguine.

Concludit Aristot. quod omnia elementa habuerunt suos assertores. Quidam enim posuerunt animam ignem esse, quidam aerem, quidam aquam, nullus terram solam, nisi cum alijs iunctam, vt dixit Empedocles.

Definiunt autem omnes animam.

Tex. XXXIII.

Epilo-

Alcmeo- nis sen- tentia, a nimam esse im- mortalē semper- que mo- ueri.

Hippo- nis sen- tentia, a nimam esse ex a- qua sub- stantia.

Rephen- sio Hip- ponis.

Critiæ sen- tentia animam esse san- guinem. Omnia elemēta suos ha- buisse patro- nos, vt a

Nota. **E** Pilograt sententias omnes & circa modum inquirendi, & circa ipsas positiones. Omnes enim per tria inquirebant animæ substantiam, per motum, per cognitionem, per incorporeum, id est, per subtilitatem, quæ necessaria est ad motū, & vniuersalque, animam ad principium ducit, id est, esse motus principium: similiter & cognitionis, cuique cognitio fiat per simile, animam esse ex rerum principijs dicunt, præter vnum Anaxagorā: hic enim animā & intellectum incorporeum dicit, ac simplicissimum, neguitque illud simile cognosci debere suo simili: quod alij omnes receperunt.

Quicumque igitur animam aliquam

Tex. XXXIII.

Quanuis in modo conuenirent omnes, tamen re differebant. Qui enim vnum principium ponebant rerū, puta, ignem, aut aerem, aut aquam, talem animam ponebant: qui plura, etiam ex pluribus animam componi affirmabant, præter Anaxagoram, vt diximus, qui prorsus simplicem dixit intellectum, & nihil habere commune cum rebus: id est, non esse ex principijs, & non cognoscere simili: at modū, quo cognosceret, nec explicuit, nec ex ipsius dictis haberi potest.

Quicumque autem contrarietates.

Tex. XXXV.

Prosequitur dicere, quod sicut quisque sentit de principijs, ita etiam de anima: qui enim contraria posuit principia, vt Empedocles, ponens omnia elementa, etiam ex contrarijs componit animam. Et qui vnum ponit contrarium, vt ignem, aut aquam, idem dicit de anima.

Et non solum ita dicunt, sed nominibus id explicantibus exprimunt. Qui enim animam ponit ignem & calidū, vocat viuere in quasi feruere: nam verbum hoc habet affinitatem cum feruo, quod est feruere. Qui dicunt animam esse aquam, vel frigidam, vocant ani-

mam quasi refrigerationem. Hæ igitur sunt Antiquorum opiniones.

CAPVT TERTIVM.

Considerandum autem primum.

Tex. XXXVI.

SENTENTIIS antiquorum propositis, nunc contra eas disputare aggreditur, incipitque ab his qui per motum animæ substantiam indagabāt.

Tria autem ipsorum dicta reprehendit. Primum, quia in animæ definitione ac substantia, motum ponebant: quod falsum esse dicit, vt inferius ostendet. Secundum, quia ipsam secundum se moueri dicebant, quod non solum falsum, sed etiam impossibile est.

Tertio, ipsorum fundamentum falsum erat, id est, omne quod mouet, moueri, 8. enim Physicorum probatum est, non omne mouens moueri, vt patet de primo motore mouente non moto. Hoc autem tertium non probat, quia iam illo loco ostensum est: reliqua verò duo redarguit.

Dupliciter autem cum mouetur.

Tex. XXXVII.

Dictum secundum impugnat, quod animæ insit secundum se motus, in cuius gratiam primo distinguit, dupliciter aliquid posse moueri: aut secundum seipsum, aut secundum alterū. Id secundum alterum mouetur, quod mouetur ob id, quia est in eo, quod secundum se mouetur, id verò secundum se mouetur, quod per se ipsam primo mouetur.

V.g. nauis existens in mari mouentur, dum ipsa mouetur, sed non eodem modo mouetur utriusque: nam nauis secundum se mouetur, nauis verò secundum aliud: quod patet. Nam motus nauis, qui illi secundum se insit ambulatio, & motus pedū: at in nauis, dum ipsius motu mouentur, non am-

Incipit disputa- re Arist. contra sin- gulas opi- niones anti- quo- rum, ac primo i- nter c- os, qui p- motū a- nimæ in- dagabāt tria eo- rum fun- damēta re- pbās.

Impu- g- natio se- cundū sū- damenti- Antiquo- rum. Duo- bus mo- dis ali- quid mo- ueri po- test, se- cundū se & alterū.

bulat, quia potest sedens moueri ergo tunc, cum mouetur motu nauis, non secundum se mouetur. De his modis mouendi, latè dictum est in libro 5. Physicorum.

Dupliciter itaq; dicto ipso moueri.
Tex. XXXVIII.

Quod anima non mouetur secū dū se. Prima ratio.

Supposita distinctione illius, quod mouetur, dicitur, quæstionem esse de motu secundum se. An, cum Animal mouetur, tunc anima secundum se motum participet, & moueatur, hoc enim affirmant isti philosophi.

Probat multis argumentis, animam moueri non posse secundum se, quorū primum sic potest deduci. Omne quod mouetur, aut alteratione, aut diminutione, aut augmentatione mouetur, aut horum vno, aut pluribus: sed anima horum nullo secundum se moueri potest: ergo anima moueri non potest. Consequentia est nota. Similiter maior: quia quatuor sunt motus nomine. Dico nomine: quia augmentatio, & diminutio vnius generis sunt, sicut alteratio, & sicut latitudo. Sed minor probatur: quia omne, quod sic mouetur, est in loco: at anima non est in loco non ergo moueri potest. Maior est certa: quia omnes illi quatuor motus sunt in loco. Consequentia etiam certa est, quia nisi anima esset in loco, non moueretur secundum se, & uaturæ. Hæc est ratio prima.

Dubium 1.

Sed dubitabis fortasse. Quomodo hi motus in loco dicuntur esse, non enim alteratio videtur esse in loco cum sit secundum qualitatem?

Solutio.

Respondet Simplicius, quod alteratio dicitur secundum locum ratione subiecti, quia quod alteratur, est in loco. S. Tho. respondet, alterationem esse secundum locum, quia præsupponit motum localem: nam ante alterationem est appropinquatio mobilium. Aegidius dicit, alterationem esse secundum locum, quia omne verè alterabile, mobile etiam localiter est, saltem se-

cundum partes, intelligere præter terram, quæ secundum fetoram localiter non mouetur. Dico igitur omnes responsiones esse bonas, ac tribus modis verè esse, alterationem esse secundum locum diximus de hoc, libro 6. Physic. tex. 32.

Dubitabis iterum: qui non videtur inconueniens esse, animam esse in loco apud Antiquos, qui eam esse corpus ponebant, Aristoteles autem, ut bene notat S. Tho. has rationes facit ad hominè, & in doctrina ipsorum antiquorum.

Ad hoc respondet S. Tho. dupliciter. Primo, quod non resistit argumentum in hoc inconuenienti, quod anima est in loco, sed deducitur per alia, quæ sequuntur. Hæc responsio non videtur exacta: nam hoc argumentum est perfectum, distinctumque ab alijs, quæ sequuntur.

Aliter respondet iterum, quod anima non potest esse in loco: quia oporteret signare partem aliquam corporis, in qua esset: quod non fecerunt Antiqui. Sed nec hoc valet, nam diceret, totum corpus esse locum. Præterea, quia aliqui in corde, vel cerebro posuerunt.

Aegidius respondet, quod non est in loco per se, quia non exiit per se. Sed hoc non valet, quia erat corpus secundum hos, & sic per se erat.

Simplicius dicit, quod anima non est in loco, quia est indibilibilis, & est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte. Adhuc hoc non satis facit, nam id non est verum in omni anima, & propterea id nihil est in opinione Antiquorum ponentium esse corpus.

Dico igitur, quod anima ob id non est in loco, quia est forma animati corporis: at forma non est in loco, sed in materia: esse autem in materia, non est, esse in loco, ut ostendit est. 4. lib. Physicorū, idcirco forma non habet per se locum consequenter autem nec per se motum.

si autem est substantia animæ.
Tex. XXXIX.

Excludit, quod dici poterat, animam non moueri, nisi per accidens reijcit

Dubium 2.

Solutio.

Reijcit.

Solutio 2.

Reijcit.

Solutio 4.
Reijcit.

Solutio 4.

Reijcit.

Solutio 5.
terior.

Quod non satis

est, si dicantur reijcit hoc, quia si animæ secundum naturam ac substantiam inest motus, cum sit de eius definitione, non erit motus per accidens secundum accidens quod si secundum se inest, erit in loco secundum se, & non erit sicut albedo, & tricubitum. Ista enim accidentia non mouentur secundum se, sed ratione subiecti, ob id non sunt secundum se in loco. Secus autem est de anima, quæ cum secundum se moueatur, ut isti dicunt, secundum se erit in loco.

Amplius autem si natura mouetur
Tex. XL.

2. Ratio.

Argumentum secundum facit. Si anima mouetur naturaliter, ergo potest moueri violenter, & sic quiescere potest naturaliter, & violenter? Motus enim naturalis in quietem naturalem, & violentus in violentam, terminatur, at animæ hæc inesse non possunt secundum se, non ratione corporis. Non enim, quanuis fingere velimus, apparebit quis sit motus violentus, & quæ violenta quies, nam ut anima est, secundum appetitum mouetur talis autem motus omnis, naturalis est.

Dubium.

Dubitatur hoc loco aduersus rationem Arist. quia non videtur valere, si naturaliter mouetur, quod possit violenter moueri: nam cælo inest primum non autem violentum?

Solutio.

Respondeo, quod argumentum procedit in doctrina supposita, scilicet, quod sit vel elementum, vel ex elemento, huic enim uterque inest motus.

Amplius autem si quidem sursum.

3. Ratio.

Ratio tertia est ex suppositione etiam. Si anima secundum se mouetur, ergo vel sursum, & sic erit ignis vel deorsum, & sic erit terra, vel ad media loca, & sic erit aer, vel aqua.

Obiect.

Dices, hoc non esse inconueniens, quia ita dicebant Antiqui?

Solutio.

Respondeo cum Philop. quod non solum hoc concluditur, sed quod ignis erit anima, & quecumque aqua erit anima, quia anima non habet motum

aliam, quam elementi: quanuis hoc magis concludat contra eos, qui eam in corpore am posuerunt, dicentes esse numerum.

Præterea, quoniam non videtur moueri.
Tex. XLI.

Quartam ponit rationem, quæ talis est. Si anima suo motu mouet corpus, videtur, quod illo motu eodem moueatur, quod mouet corpus & quo mouetur corpus, e contra etiam anima moueatur: quod si ita est, cum corpus moueatur secundum locum, deferatque vnum locum, & iterum redeat ad ipsum: siue moueatur secundum partem, siue secundum totum, poterit etiam anima sic localiter moueri, poteritque deferere vnum corpus, aut partem, & iterum regredi: quod si ita est, animalia mortua poterunt resurgere: quod videtur impossibile.

Notat Themistius, quod hæc ratio procedat apud eos, qui animam dixerunt solum esse in corpore, sicut nauis in nauis, vel aqua in vase putat, ut in loco, non apud eos, qui dicunt, esse in corpore certam dispositionem, secundum quæ est anima, ut in materia: hæc autem remota, non redibit anima.

Dubitatur: quia non videtur verum quod anima mouens suo motu corpus, quod eodem motu moueatur, nam Sol circulariter motus, eleuat vapores motu recto: & trahentes nanim, non trahuntur? Hoc dubium est Porphyrij ut citat Themistius.

Respondet autem quod non debet intelligi eadem specie motus, sed de eodem genere: ut si mouetur corpus localiter, & anima similiter, & ita habet verum in trahentibus nauim. Ad illud de vapore, dicit quod non immediate à Sole mouetur, tunc enim non sic moueretur, sed à calore inuito, at corpus ab anima immediate mouetur, & sic procedit argumentum.

Quarta ratio.

Nota.

Dubium, ex Porphy. & Themist.

Solutio.

Motus autem secundum accidens, et iam alte ro. Text. XLII.

Animam autem maxime. Text. XLIII.

Impugnatio. I. fundam. antiquo rñ, qmo tus sit anime substantia. Quinta ratio.

Quintum facit argumentum, & hoc procedit contra primum dictum, text. 36. quod motus sit anime substantia, argumentum est tale. Omne quod secundum substantiam mouetur, ac secundum se, non potest ab alio moueri, at anima ex supposito secundum substantiam, & secundum se mouetur, cum motus sit de ipsius definitione, ergo non potest moueri ab altero. At verè moueri potest ab altero, cum animal ipsum ab aliquo violenter impellitur, tunc enim constat ab alio moueri animam: ergo non mouetur secundum se. Nam non est moueri ab altero, quod dicitur moueri per accidens, nisi eorum, quae mouentur non secundum se, sed secundum accidens. Maiorem exemplum probat. Quod est bonum secundum se, non est bonum propter alterum: & quod est bonum propter se, non est alterius gratia: ergo nec quod secundum se mouetur, per accidens moueti, vel ab altero, potest.

Nota aliud est bonum secundum se, aliud bonum propter se. Id est bonum propter se, quod non propter alium expeditur. Hinc bona honesta, scilicet, virtutes, & scientiae. Huic opponitur bonum propter aliud, seu quod est gratia alterius. Bonum verò secundum se, est quod bonitatem habet non participatam, sed ex se, vt solus Deus: sicut albedo est secundum se alba, quia essentialiter, corpus verò ab altero est album: Huic opponitur propter aliud esse, vel per aliud.

Præoccupatio obiectio nis, & eius solutio.

Hoc est igitur, quod Aristot. dicit, bonum secundum se, non est bonum propter aliud: & bonum propter se, non est gratia alterius. Si ergo anima esset motus substantialiter, non moueretur per accidens, & ab altero, sed ex se semper habere motum. Hoc argumentum probat, non esse substantiam anime moueri, & sic non debuit definire per motum.

Quod dixisset, animam non posse moueri ab alio, si secundum se moueretur, ne videretur intelligere de quocunque motu, dicit, quod posset quidem motu cognitionis moueri à sensibilibus, sed non est iste motus proprius, de quo est sermo, sed de locali, quod si anima motu etiam cognitionis secundum se moueretur, adhuc à sensibilibus moueri non posset: quod frivolum apparet.

Statim adiungit sextam rationem ad idem: quod si anima secundum se mouetur, remouetur à se ipsa, sicut quod secundum accidens mouetur, remouetur ab accidenti. Nam motus remotio quadam est, non ergo substantia animae est motus, aliter ipsa à se remoueretur, sicut motus à suis partibus.

Quidam autem et mouere animam. Text. XLIII.

Arguit Democritum, quod dixit, animam moueri motu corporis simili, ac ob id corpus moueri, quia anima & atomi incluse in corpore continuo mouentur: dicit hoc dictum esse simile cuidam, quod refert Philippus quidam Comicus, qui refert, Dedalium fecisse Venerem ligneam moueri, infundendo argenti viuum intus, quod suo motu mouebat statuam. Ita videtur dicere Democritus, atomos, & animam mouere.

Ad hoc frivolum est: tunc enim non posset animal quiescere, nam atomi perpetuo & naturaliter mouentur: anime autem motus non est huiusmodi, sed secundum Intellectum, & electionem, id est, est voluntarius motus.

Et hoc argumentum est valde inprobandum, animam non secundum se esse motam naturaliter, quia nunquam quiesceret. Cum igitur non sit perpetuo in motu, non est per motum definienda.

Forfan loquebatur Democritus de motu,

6. ratio.

Reprehensio Democriti, qui asserbat, animam moueri motu corporis simili.

Nota

Reijciatur solus

motu cordis, qui necessarius est, & dari potest pro illius est causa, sed exterioris motus: Democritus ob id argumentum procedit adhuc contra ipsum.

Eodem autem modo et Timaeus.

Text. XLV.

Reprehensio Platoni, cuius opinio in tribus consistit.

Simili etiam ratione arguit Platonem, qui animam mouere corpus eodem modo dixit: nam asseruit animam se mouere: & quia erat corpori affixa, & colligata, secum mouebat & ipsum corpus.

Præterea Plato dixit, animam componi ex harmonijs, vt harmonias possit percipere.

Dixit ulterius, quod, vt motus corporum responderent motibus animae, oportebat in anima ponere motus eorum. Loquebatur enim de anima celesti, ac ideo posuit motum animae rectum, & hunc fecit circulem, & circulem autem diuisit in duos, & vnum horum in septem: & sic anima per hosce motus in se poterit motuum corporum similitudinem esse causa. Hic locus est valde difficilis, & à paucis intellectus, ob id non debet videri graue, si paulò diligentius, & latius exposuero Platonis sententiam.

Sit primum fundamentum, sex esse consonantiarum musicalium species, quarum prima est *διὰ πέντε*, quae est consonantia ex acuto & graui in sexquialtera proportione consistens. Altera est *διὰ τετραγών*, quae consonat in sexquitercia. Altera *διὰ τριών*, quae ex vtraque componitur, & consonat in dupla proportione. Quarta est *διὰ δίπλων*, quae consonat in quadrupla proportione. Quinta est *διὰ τριών διὰ πέντε*, & haec consonat in tripla proportione, sexta est *διὰ πέντε διὰ τετραγών*, & haec à multis non censetur consonantia, quia consistit in proportione superpartiente, vt octo ad tria, quae est dupla superbi partiens tertias, quia octo bis continent tria & duas tertias, id est, duas vnitates, quae

- 1. nota
- 2. censetur consonantia, quia consistit in
- 3. proportione superpartiente, vt octo ad
- 4. tria, quae est dupla superbi partiens
- 5. tertias, quia octo bis continent tria &
- 6. duas tertias, id est, duas vnitates, quae

rum singulae sunt tertia pars ternarij. At omnis proportio debet esse multiplex, aut superparticularis, si debet consonare, tamen, quia recipitur pro consonantia à Ptolomaeo, & à Platonicis, nos etiam annumeramus ipsam.

Vltra has est vnum principium, ex quo consonantia componitur, scilicet tonus, & consistit in sexquiesciva proportione.

Omnes haec consonantiae his numeris continentur septem: 1. 2. 3. 4. 8. 9. 27. Nam duo ad vnum, est dupla, in qua consonat *διὰ τετραγών*, tria ad duo, est sexquialtera proportio, in qua consonat *διὰ πέντε*: quatuor ad tria, est sexquitercia, in qua consonat *διὰ τριών*, 8. ad 2 est quadrupla *διὰ δίπλων*, 8. ad tria est dupla superbi partiens, in qua est *διὰ πέντε διὰ τετραγών*, 9. ad 8. est sexquiesciva, quae est tonus 27. ad 9. est tripla, in qua est *διὰ τριών διὰ πέντε*.

Quibus numeris dicitur haec consonantia in quibus continentur.

Not. mē

Volens igitur Plato animam ex omnibus componere consonantijs, dixit ex his septem numeris esse compositam.

Sit secundum fundamentum, quod in his numeris infunt quatuor alia, scilicet aspectus, rectus, reflexio, duplex ordinatio, id est, titas, ac diuersitas.

Aspectus rectus est, quia si ordinate disponantur, vt sunt dispositi, semper, quae sequuntur, sunt maiores.

Reflexio est, quia positus paribus ex vna parte, & imparibus ex altera pares per vnitatem additam fiunt impares, & impares fiunt pares, & hoc satis notum est: nam par, vnitatem addita, fit impar, & impar, par. Et hoc bene dicitur reflexio: quia reddit numerus ad suam speciem: vt ternarius discedit quodammodo à se in quaternario, at per quinarium regreditur: quia quinarium est impar, similiter pares respectu imparium.

Duplex coordinatio est, quia pares dispositi per se habent vnā proportionē inter se, impares habent aliam, vt si disponas illos pares 2. 4. 8. est dupla pro-

portio

portio inter hos, scilicet duo ad vnum, & 4. ad 2. & 8 ad 4. At si disponas impares, est tripla, vt 3, 9, 27.

Est etiam in his identitas, puta, in imparibus. Si enim sumas omnes impares ordinate: vt, 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. & reliquos, & quadratis resultantibus ex primis addas sequentes, fiunt semper quadrati numeri.

Est aut quadratus numerus, qui ex aliquo multiplicato per se ipsam resultat, vt nouenarius, qui ex ter tribus;

Sume igitur primū quadratū, fit ex tribus cum vnitare, qui est quaternarius: adde secundum imparē, qui est quinarium, fiunt nouē, qui est quadratus. Iterū huic nouenario adde tertium imparē 7. fiat 16. qui pariter est quadratus, & sic consequenter.

3. funda. In paribus verò id non fit: ob id Aristot. uersitas dicitur esse in illis. Cum autē Plat. ver numerari septem positus partim sint paba, vt sores, & partim impares, ob id in eisdē, nant in diuersum dicuntur in esse.

pugnans. Sit tertium fundamentum, quod Plat. se, & id to dicit animam esse ex his, nō, vt vel videndū, ter animam realiter esse ex numeris, qd per sed vt per eos indicaret ea, quae in anima sunt. Et sic est Aristoteles impugnantis ipsum, potius verba quam rem rit Plat. considerat, vt notant Simplicius, & In cor. S. Thom: ob id, quid per ista velit explicabimus.

Et quidem in corporibus caelestibus quo haec omnia sunt. Primum est consonantia quae ob maximam motuum proportionem vel nem & primi mobilis & aliarum sphaerarum, & planetarum inter se. Nō autem sunt consonantem ob sonitum musicalem, quem dissonantia, rebant Pythagorae prouenire mirabilem ex illo motu, nosque ob aspectu rectus, animem non distinguere, vt refert Aristote. 2. Caeli. text. 32.

1. Est etiam aspectus rectus, scilicet 2. axis, & linea recta transiens per polos 3. in qua corpora caelestia mouentur: est etiam reflexio, scilicet motus ipsorum circularis, est duplex coordinatio ad

est, motus ab Oriente in Occidēs prim mobilis, & ab Occidente in Oriēs Planetarum supra diuersos polos, & axes: est idem, id est, motus, perpetuitas ac continuitas: est diuersum, scilicet motum pluralitas, ob haec dicuntur corpora illa caelestia ex his numeris componi.

4. funda. Sit quartum fundamentum, quod etiam haec applicantur animae non cuiuscumque; secundum Platonē: Sed Intellectuali, & quidem secundum Platonē, primò animae mundi, deinde nostris, putabat enim totius mundi esse quandam animam, licet in eo deceptus fuerit.

Est igitur in anima consonantia duplex, & ratione corporis, & ratione sui. Ratione corporis, ob varia organa & instrumenta inter se maximè ordinata: & ob magnam proportionē dispositionis in quocumque organo. Ratione sui, ob ordinationem potentiarum animae inter se; & cum ipsa anima, & operationum similiter: quaedam enim antecedunt, quaedam sequuntur, quaedam imperant, quaedam exequantur: sicut etiam alia multa, quae postea dicentur.

Est praeterea in anima aspectus rectus, dupliciter. Primò, in fluxu ab anima, primò enim est substantia animae, sequitur postea potentia ipsius, post potentiam operatio. Secundò: quia cognitio procedit ab anima in res exteriores: & dicitur talis cognitio aspectus rectus, quia est processus ab vno in aliud distinctum.

3. Praeterea est reflexio, quatenus ab anima procedit cognitio & terminatur in res, & iterum per rerū externarum cognitionem anima venit in cognitionem sui ipsius, & est, vt circularis quaedam.

4. Est etiam duplex coordinatio, puta, sensus, & intellectus, partis rationalis, & partis rationis expertis.

5. Est identitas, quia vna est animae substantia: est autem diuersitas in potentijs, & operationibus. Vide igitur, quae

liter haec reperiantur in anima.

Textus Aristot. Superest tandem textum declarare, dicit enim, quod Plato rectum fecit obliquum, & circulum diuisit in duos & vnum diuisit in septem, quae verba & corporibus caelestibus insunt, & animabus rationalibus.

Rectum vocat mundi axem, & huc flectere in circulum, est dicere, quod super hunc fundauit Deus totam machinam caelestem, velut vnum corpus circularē, postea fuit diuisa hęc machina in duos circulos, videlicet in beatissimam sphaeram, quae moueretur ab Oriente, & aliam inferiorē, quae ab Occidente. Non enim Plato, nec Aristote. cognouerunt nisi octo sphaeras: postea illam ab Occidente diuisit in septem sphaeras, secundum numerum planetarum.

Quomodo eadē animae conueniant. Ita autem applicantur animae. Rectus, & velut axis, est ipsius essentia, in qua fit circulus: nam est essentia, virtus, operatio, & haec iterum redit ad essentiam, quia se anima cognoscit. Fuit diuisum hoc in duos circulos, scilicet, in partem intellectuam, & in partem sensitiuā, iterum sensitiuā in septem potentias, id est, in Sensum exteriorē, Sensum communem, Imaginationem, Aestimatiuam, Memoriam, Irascibilem & concupiscibilem.

Fit etiam diuisio ex parte obiectorum cognoscibilium. Primum in intelligibilia, & sensibilia. Iterum sensibilia diuiduntur in septem corporū genera, puta, caelos, elementa, mista imperfecta, mista perfecta, plantas, animalia, hominem. Haec sunt: quae per intelligentiam locis huius videntur facere: & sunt notanda, quia per ea declaratur locus Aristotelis difficilis.

Primum igitur non bene est dicto: e.

Text. XLVI.

Reprehenditur iterum Plat. in alijs. Contra Platonem argumentatur, ipsumque reprehendit, & quod posuerit animam esse magnitudinem & quod posuerit ipsam circulariter moueri.

ri. Ne tamen sit æquiuocatio in disputatione, distinguit primò, de qua anima loquutus fuerit Plato, scilicet de intellectuā, & anima mundi, non autem de sensitiuā, vel appetitiuā, illāque dixit circulariter moueri: sensitiuā autem, & appetitiuā non mouentur circulariter, sicut nec corpora, in quibus sunt, Intellectus verò circulariter mouetur, suorumque motu mouet caelos, atque de tali locutus est Plato in Timæo.

Intellectus autem vnus et communis est.

Text. XLVII.

Primum facit argumentū, quo probat Intellectum nō posse esse magnitudinem nec diuisibilem cōtinuū. Est autem ratio huiusmodi Intellectio, quae est operatio ipsius intellectus, est vna & non sicut magnitudo, sed potius vna secundum numerum, cumque discretum: ergo etiam Intellectus est vnus, non sicut magnitudo, sed sicut indiuisibile, vel sicut discretum. Consequentia est nota: quia, vt notat Simplicius, res spirituales, cum non habeant figuram, nec sensibilia accidentia: per operationes considerantur. At antecedens probatur: quia Intellectio est, sicut notio, id est, res cognita, sed res cognita, non est sicut magnitudo, sed sicut numerus: ergo & Intellectio.

Pro declaratione huius rationis nota, quod Intellectio, est operatio ipsius intellectus per quam res intelliguntur ab Intellectu. Haec autem Intellectio non accipit quantitatem à rebus: quia res sunt extra animam secundum se, & Intellectio est immanens: sicut cum videret caelum, visio non accipit quantitatem à caelo, aliās tam extensa esset visio, sicut caelum: hoc enim accidit in actionibus transeuntibus in subiectū: vt tanta est calefactio quantum id, quod calefit. Intellectio igitur nullam partem capiat magnitudinem à notione & re intellecta, sed modo indiuisibili est res Intellectione percepta.

Quantum

Quod intellectus non sit magnitudo. 1. Ratio contra Platonē

Not. ex positio- nem rationis Aristotel.

Quantus autem intellectio non sumat continuationem à re cognita, sumit tamen numerationem & discretionem: quia unus una est intellectio, & multorum multa, & sic notiones bene dant quantitatem discretam intellectioni.

Vis & energia rationis Aristot.
Dicit igitur Arist. quod cum intellectio, ut intellectio est, non fit una continuatione, sed potius secundum numerum, nec ipse intellectus habebit magnitudinem, sed erit indivisibilis, & si quantitatem habet, potius erit discreta. Argumentum igitur est, quod cum res indivisibiliter percipiatur, erit intellectio, & intellectus expertus magnitudinis, eritque indivisibilis.

Qualiter enim intelligit magnitudo cum sit.

2. Rō cōtra Plat.
Secundum facit argumentum, non iam ex subiecto, sed ex ipsa intellectione sumptū procedit autem ex duobus dictis Platonis. Alterum est, quod intellectus non intelligit rem, nisi ipsam aliquo modo tangat. Alterum, quod intellectus movetur circulariter, & per motum tangit rem, quā intelligit.

Suppositio duorum doctorum Platon.
Est itaque huiusmodi argumentū. Ut intellectus, qui magnitudo dicitur esse, intelligat, tangit rem, peto. Vel debet tangere rem secundum omnia puncta sua, vel secundum omnes partes suas, vel secundum aliquam, vel unum punctum solum, vel secundum totum? Sed nullo modo horum contingit intellectio.

ne dicitur argumētum.
Primo, si secundum quodlibet suū punctum tangere debet rem, cum tangat, movendo se, & puncta sint infinita, nunquam finietur tactus, & sic nec intellectio.

Secundo, si secundum omnes partes debet tangere, cum sint innumeræ & infinitæ partes, idem infinites intelligitur: nam quilibet tactus erit intellectio: at si nolum est hoc, quia contingit aliquid semel intelligere.

Tertio, si dicas: Sat est uno puncto

tangere, vel una parte: sequitur, quod non est iam necessarium quod intellectus tangat secundum alias suas partes: & sic sequuntur duo. Alterum, quod non est opus, intellectum circulariter moveri, cum absque tali motu possit rem semel tangere: alterum, quod non est magnitudo, quod patet. Nam si, ut intelligat, non est opus, quod totum tangat, sed secundum aliquid sui, profecto hoc, quod tangit, erit intellectus, nec est necessaria quantitas, cum secū dum illam non tangat.

Quarto, si dicas, quod secundum totum debet tangere, id est, nulla tactione partium est intellectio, sed cum ab solutus est tactus, secundum omnes partes, profecto non videretur quis sit tactus partium, id est, quid sit, cum singula partes per se tangunt, si non est tunc intelligere. Hoc est argumentū.

Clarius autem sic proponitur. Si intellectus est magnitudo tactu rem intelligens, peto. Vel tangit successivè omnibus suis punctis, & partibus, rem in singulis intelligendo, vel uno solo, vel nullo per se intelligit, donec absolvatur tactus totius intellectus? Non primum: quia nunquam finietur intellectio; & infinites idem intelligitur. Non secundum: quia frustra erit magnitudo reliqua intellectus, similiter & motus. Non tertium: quia non videtur, quod sit tactus partium, ergo intellectus non est magnitudo.

Hoc argumento simplicius & Philoponus volunt probare indivisibilitatem animæ, etiā sensitivæ: sed nil probat hoc argumentum, nisi, quod secū dum se nō sit intellectus magnitudo, ut dicebat Plato, non autem probat, quod per accidens ratione subiecti sit indivisibilis, aliter enim potentia sensitiva esset indivisibilis omnino. Sed de hoc latè postea disputabitur, ubi magis examinabimus rationem hanc ipsius que vim aperimus, interim sufficiant hæc pro textus expositione.

Amplius

Amplius quomodo intelligit?
Text. XLVIII.

3. Ratio
Pria verba textus huius ita sunt exposita: sunt enim superioribus connectenda, in reliquis sit argumentum tertium quo non per tactū intellectio fieri posse, probatur. Nam intellectus vel est indivisibilis, vel divisibilis: si indivisibilis, quomodo tanget indivisibilia? non enim se adæquabit illis: si autem divisibilis, quomodo tanget indivisibilia? Cum igitur intelligat vtraque, non potest esse indivisibilis, sicut punctum, nec divisibilis sicut magnitudo, quia nō posset sic omnia tangere.

Necessarium autem est intellectum esse circum hunc.

4. Ratio.
Quartum argumentum facit, quod ostendit, quod non sit intellectus magnitudo circularis. Et tale est: Si intellectus esset circulus, eius operatio diceretur circularis: nam circuli operatio, circulatio est, & circulatio est circuli, cum ergo intellectus operatio, sit intellectio, hæc esset circulatio: ad id est impossibile: ergo intellectus non est circularis magnitudo. Probat minorem. Circulatio est perpetua, id est, carens principio, & fine, ut uotū est: at nulla intellectio est absque principio, & fine, ergo intellectio non est circulatio.

Actuam eam intellectionem.

Probat minor is syllogismi, quod omnis intellectio habet principium & finem.
Probat omnem intellectionem habere principium & finem: nam intellectio omnis, vel ex practica, vel speculativa: & speculativa, vel simplex, vel definitiva, vel composita, scilicet demonstrativa. At omnes habent terminos, practica enim incipiunt à fine, & terminantur in finem: nam causa finalis est principium cognitionis, & finis executionis in practica, nec ultra finem procedunt: demonstratio autem terminos habet, syllogismum, id est, præmissas, & conclusionem.

Præoc- At quia posses dicere, quod nō est

finis in demonstrationibus, nam ex una conclusione potest alia inferri, & ex hac, alia respondet, quod talis motus est potius rectus non circularis, cum non fiat regressus ad principia, nō est enim circulus in demonstratione.

Et adverte, quod poterat respondere, adhuc esse finem: quia non est processus infinitus in postsumendo, vel subsumendo: ut probatur. 2. Posterior. Tamen, quod notius est, dixit, scilicet non esse processum circuli, ut Plato volebat: similiter etiam de finitua cognitio, finita est, cum nō sit processus infinitus in prædicatis essentialibus.

Amplius autem, si eadem circulatio.

5. Ratio
Quintum argumentum facit, quod cum circulatio sit regressus frequens eiusdem, oportebit quod idem sepe intelligatur necessario: quod falsum est.

Fit etiam sextum argumentum. Nam intellectio simplex, similiter discussiva, potius quies dici debet, quam motus, & hoc in opinione Platonis. Ut, n. dicitur 7. Physico. cap. 3. quiescētibus passionibus, & corporum turbationibus: sunt cognitiones in anima, secundum Platonem: potius ergo qui est intellectio, ut pote, quæ fit in fine motu.

An vero neque beatum? Text. XLIX.

6. Ratio
Septimum argumentum facit quod intelligi debet sic: Intellectus enim ut intellectus est, non est moveri localiter, sed id est præter naturā ipsius intelligere enim solum est illi naturale. Hoc supposito, argumentum procedit, quod intellectus non esset beatus: quod absurdum videtur. Anima enim mundi maximè debuit beata esse. Sequela autem patet: quia movetur localiter, qui motus, cum nō sit secundum ipsius naturam, erit illi violentus, & cum difficultate: nihil autem huiusmodi beatum esse potest.

Philoponus exponit: ut hoc argumentum, pendeat ex precedenti, in quo dictum est, intelligere potius esse quiescere:

Nota.

5. Ratio

6. Ratio

7. Ratio

Nota ex Philop.

scere: unde sequitur, quod moueri, est praeter ipsius naturam. Sed mihi placeat magis data expositio prior.

Labovrosium autem est, et commissum.

8. Ratio. **O** Crayum facit argumentū. Quod melius est, id est dandum intellectu, cum sit nobilissima natura: at melius est: esse sine corpore: ergo non debet dici, quod intellectus est in corpore, ita, ut nunquam possit separari: quod dicebat Plato de anima mundi.

Nota. 1. ex Simplicio. Notat Simplicius, quod esse in corpore intellectum ad tempus non est absurdū: hoc enim nostris: accidit animabus: at esse semper, & inseparabiliter, hoc absurdum est, & sic dicebat Plato de anima mundi. Intellectus enim, cum sit res spiritualis, non est alligandus semper corpori.

Dubii Solutio. Dices: Nonne Aristo. alligauit Intellectus orbibus? Respondeo ita esse, sed negauit moueri motu orbis & per se, sed per accidens. Absurdum autem esset, Intellectum ligari orbis, ut simul eum ipso moueretur.

Nota. 2. contra Auerro. Ex quo nota locum contra Auerro. qui dixit, unum intellectum in omnibus hominibus: hic enim ponit illum sicut Plato mundi animam.

Nota. 3. circa perpetuam unionem animae cum corpore. Hic etiam aduerte, quod partim dicebant bene isti Philosophi, partim non bene, circa animam nostram. Bene qui dicit, quia non debuit intellectus alligari corruptibili semper, & bonum est ei absque tali esse corpore: errabant tamen, quia putabant unquam futurum intellectum in corpore, quia corpore esset corruptibile. At nos, ut veritas habet, credentes corporum immortalium resurrectione, dicimus, melius esse rationali animae esse eum tali glorioso corpore.

In manifesta autem est. Text. I.

9. Ratio. **N**ouum facit argumentum, quia ex dictis Platonis non colligitur causa, ut caelum circulariter moueatur. Non enim est ipsa anima: quia motus localis, ut ostensum est, est illi non secundum naturam: nec

ipsum caeli potest sibi esse causa, quia corpus caeleste non est causa circularis motus, sed potius anima: nulla ergo causa per se debetur, secundum Plato.

Præterea, nec causa finalis debetur, eam circulariter mouetur, & tamen dici non potest, quod non est causa: nam sicut gloriosus Deus propter finem aliquem fecit caelum moueri & quiescere, ita etiam fecit propter finem quod circulariter moueretur, & non alio modo. At Plato has causas non explicuit.

Quoniam autem huiusmodi inuenio.

Text. LI. LII.

Quia consideratio causarum motus huius circularis ad libros de Caelo pertinebat, hoc ad illum remittit locum: Decimum tamen argumentum facit contra Platonem & contra reliquos Philosophos, quo insufficientia arguuntur. Nam cum omnes animam in corpore esse dicant, nihil de corpore tractent, nec credant causam quare in corpore sit, nec qualiter se habeat ipsum susceptiuum corpus.

At cognitio corporis necessaria est profecto, sicut & corpus necessarium est ad animam: sunt enim ad inuicem proportionata: aliter unum non moueret, nec alterum moueretur. Mouere enim, ac moueri inuicem, non quibuscumque inest, sed quae inuicem habent rationem aliquam. Oportebat ergo explicare, & notitiam facere ipsius corporis, tractantes de anima.

Hic autem solum conatur. Text. LIII.

Continuat sermonem, dicens, quod isti nihil de corpore dicentes, quod sentire fabulis Pythagoricis, id est, quod corpus nullam habet cum anima proportionem, ac ob id animas transmigrare ex corporibus in varia specie corpora. Hoc autem est falsum: quod probatur: Ita enim se habet ad corpus anima, sicut ars ad instrumenta, at non quælibet instrumenta cuiuslibet artificis petunt: non enim tibia artificis est: sed quæcumque instrumenta habet propriam

1. Responso non solum contra Platonem, sed etiam contra reliquos philosophos.

Prosequitur idem ex proportionem animae ad proprium corpus.

propriam formam, secundum quam peculiari seruiunt arti, ergo similiter de anima dicendum est, non enim eadem modo corpus hominis, modo equi, modo leonis potest arripere, ut dicebat Pythagoras.

An anima rationalis per se moueri possit?

Questio. IX.

Difficultas quaestionis eiusque necessitas.

Questio hæc difficilis est, tamē admodum necessaria ad intelligentiam immortalitatis animae: sermo autem est de rationali anima. Et petimus: an per se moueri possit anima, ita ut recipiatur in ipsa motus? Difficultas autem est, supposita veritate, puta, ipsam esse in corpoream, ac spiritualem, simplicemque substantiam.

1. Argu. ad partem negatiuam. Vide ut primò, quod non possit moueri. Loquimur autem de motu secundum locum præcipue. Nullum non existens in loco potest moueri localiter: at anima non existit in loco: ergo non potest moueri. Consequentia est certa cum maiori. Minor probatur: quia anima est incorporea, at incorporeum non potest commensurari loco qui quantum est: nec possumus signare locum correspondentem incorporeo: ergo non potest esse in loco.

2. Argu. Præterea secundò. Motus diuisibilis est ratione temporis, & ratione etiam mobilis partium, ut dicitur 6. Physic. text. 33. at spirituale nullas habet partes: non ergo potest motum in se recipere, sicut nec albedinem.

Confirmatio. 3. Argu. Confirmatur 6. Physic. text. 86. ubi probatur, nullum inuisibile posse moueri. Præterea tertio. Si anima moueretur, vel naturaliter moueretur, vel uolenter. Si uolenter, etiam naturaliter aliquando moueretur: tunc vel moueretur sursum, vel deorsum, si sursum: ergo est ignis, vel ignea, si deorsum, ergo est terra, vel terrea: quæ omnia falsa sunt: cum sit spiritualis substantia.

4. Argu. Præterea quarto. Omne, quod a se mouetur, est diuisibile in partem mo-

tam, & partem mouentem, ut Aristo. probat. 8. Physicor. per multos textus: sed impartibilis est, & spiritualis anima, ergo impossibile est, quod moueatur per se, & à se: non igitur, separata à corpore mouebitur.

Præterea quinto. Omnis forma substantialis est immobilis per se, nec aliter, quam cum composito mouetur. at anima rationalis est uere substantialis forma: ergo est immobilis per se.

Præterea sexto. Quia aliter discursus Arist. periret, quo probat esse primum motorem immobilem: quia quod mouetur, componitur ex parte mouente, & mota: at primum motor, non sic componitur, quod si simplex, & incorporeum moueri posset, utique non conuinceretur immobilitas illius, posset enim moueri absque tali partium distinctiōne: ergo anima per se moueri non potest.

Hæc argumenta probant animam non posse moueri per se, videtur, saltem secundum doctrinam Arist. simul etiam probare mortalitatem animae: nam si non est per se mobilis videtur, quod ab ipso corpore non sit separabilis, at que ob id his argumentis decepti pessime credunt talique secundum mentem Aristot. ipsam esse mortalem. At nos contrarium secundum uera naturalia principia, & secundum Aristot. mentem determinabimus, & demonstrabimus.

Sit igitur primum fundamentum: Locus naturalis consistere in hoc tantum, quod ambiat, & circumscribat rem, ita, ut sit res hic, & non alibi. Et hoc patet ex definitione ipsius. Dicitur enim locus esse superficies corporis continentis.

Sequitur ex hoc, quod non est ex natura loci, quod duo corpora sint in loco uno, non enim ex parte loci repugnat, duo, vel plura corpora, simul circumscribere: repugnantia uero est ex parte eorum, quæ in loco sunt. Nam duo corpora mutuo se impediunt, quominus in uno sint adæquato loco.

5. Argu.

6. Argu.

Not. his argu. aliqui decepti pessime putant, secundum mentem Arist. animam esse mortalem.

1. fundam. de naturali loco, quæ consistit in hoc, quod ambiat, & circumscribat rem, &c. illatides dux.

1. Nō repugnat ex natura loci.

Sequ.

Quod in vno sint natura loci, quod res existens in loco corpora sit in qualibet parte loci illius res tota: dummodo enim res sit praesens loco

Non re- alicui circumscripti, seu definiti pugnatur totam: sicut est, sit res in loco, quāuis res nō sic fit in loco, vt pars rei rera loci, spondeat parti loci, sed si tota in qualibet parte: quod si res non potest esse tota in se tota in qualibet loci parte, id non ex natura loci, sed ex parte eius, quod quāuis parte lo- ci.

De natura locati est conti- neri, & circumscribi loco.

Duobus modis res possit loco definiti, ex quo quer, qd corpora & qd res spūales sint in loco.

Nota. Nec intelligas, quod per operationem actualem est intelligentia semper in loco: sed per operationem virtuale. Vt enim, si an isto corpore auferetur quantitas, vterque in eodem loco maneret, in quo ante per aptitudinē ad talem quantitatē. Sic intelligentia, & substantia incorporea terminatur in loco tanto, in quanto potest immedia-

tē operari, quāuis nō operetur semp.

Est autē iste modus diuersus à priorinā in priori res existit in loco per aliquid in aeternum, scilicet per suam quantitatem: qua existente diuisibili, id etiam, quod per eam in loco est, diuisibile est, & in loco existit totum, & in parte pars. At operatio, in ordine ad quā existit in loco incorporea substantia est extra substantiam ipsam: & ei externa: ut circō non diuiditur angelus diuisione suae operationis, potestque esse in loco toto totus, & totus in qualibet parte, sic etiam quēuis incorporea substantia.

Hinc fit, quod neutro modo illorum duorum Deus in loco est, cum nulla differentia loci circumscriptur, ac terminetur: est enim, vbi est, & in mundo & extra mundum, nullibi cōtensus totus. Modus prior illorum duorum dicitur existēdi in loco circūscriptiue: posterior definitiue, vt diximus 4. Phisicor. Deus verō est indefinitē, & sine termino vbique praesens.

Sit secundum fundamentum. Non implicat, quod aliquid moueatur localiter à se, saltē proximē, quin illius motus detur pars mouens, & pars mota in illa re: imō hoc verissimum est in multis. Primō mouetur ferrum ad magnetem proximē à se, non à lapide, cū distet, nec ab aere cū quiescat: ad huius motus non est pars mouens forma ferri, sed sola virtus impressa, tota autem substantia est mota. Similiter idē fit in motu cibi ad partes animalis nutritivas, idem in vapore eleuato per calorem, idem in motu grauium, & leuium.

Si igitur substantia proximē mouetur à se motu proueniēte à virtute inherenti, non implicat, profectō, substantiā incorporeā moueri à se per aliquam virtutem existentem in ipsa.

Nec oportet cōponi ex duplici parte substantiā repugnare vtiq; incorporeum moueri à se, si esset tam simplex,

Discrimē, vtri usq; modo di.

Quomodo Deus esse in omni loco dicatur.

2. fundament. Nō est necess. vt si a liq; moueatur à se, detur se opars mouens & pars mota.

Substantia corporea moueri potest à virtute in se inherēte.

plex, vt nullam admitteret, nec accidentis compositionem, sed esset actus purus, qualiter se habet gloriosus Deus, & quales quadam ex parte putauit Arist. esse Intelligentias: ob id dixit, esse immobiles non tantum, quia carent partibus substantialibus, id probat, sed quia sunt omnino simplices, & puri actus, vt patet 12. Metaphysic. cap. 8. & 9. at anima rationalis habet virtutes & potētias, nec tantā simplici a se sortitur: non ergo prohibet ipsam per se moueri posse, & à se, & hoc fundamentum considera.

Non repugnat animā moueri per se, & à se.

3. Fundamē. Sit tertium fundamentum. Esse in loco per se, sine vno modo, sine altero dictorum non competit nisi his, quae per se sunt, vnde formae substantiales omnes, quae per se esse nequeunt, nullo modo per se in loco sunt, nec animae omnes, praeter humanam, cum etiam per se esse non possunt.

At anima rationalis, quae media est inter spiritualia, & corporalia, potest per se subsistere extra corpus, potest in loco esse per se, cū corpus relinquit quāuis nondum est in corpore, sicut nec reliquae formae substantiales.

1. Cōcl. His verissimis fundamentis suppositis, sit prima conclusio circa quaestionē. Substantia incorporea potest localiter moueri, & ab vno in alium locum mutari: nec id vllō modo repugnat.

2. Ratio. Probat primō. Si aliqua esset repugnantia, quod minus moueretur, esset, quia non est in loco: sed est in loco: ergo moueri potest: nec id repugnat. See qua patet ex Arist. tex. 38.

Sed minorē probō, primō ex Arist. 8. Phisic. tex. 84. Dicit, Intelligentiam mouentem caelum, esse in orbē: peto quomodo sit in orbē? si discurras per omnes modos, quibus vnus est in alio, enumeratos ab ipso 4. Phisic. inuenies alit, nisi esse in loco, nisi cōtra ipsum, alium fingas. Vides igitur esse in loco incorporea.

Probo etiā idem: quia incorporeum

intra certum loci spatium est, ita, vt alibi, & extra non sit: ergo est in loco. Est profectō euidens argumentū.

Probatur secundō. Si aliqua esset repugnantia, esset, quia nō componitur ergo non prouenit ex illa parte repugnantia, nec vlla alia videtur esse: quia quāuis probatur: id esse non posse, solum sequeretur, quod à se non moueretur, sed non ostenderetur, quod non moueretur ab alio: at res dicitur per se moueri, & cū à se cū ab alio mouetur.

Probatur tertio. Intelligentia potest assistere vni corpori, puta lapidi, sicut assistit caelo: lapide igitur moto, mouebitur simul intelligentia, cū semper ei assistat: ergo potest per se moueri: nam quod mouetur in alio potest per se esse, potest per se moueri. Nec est simile de orbe, quod aliquid nō bene cōsiderant: nā orbis non mutat locū totus, sed intrā, secundum partes mouetur, manens in eodem loco: ob id Arist. dicit, absq; suo motu mouere Intelligentiam: at si totū mutaret locum vtiq; moueretur, vt in casu positō.

Nec talis casus repugnat: Nam auerr. Intelligentiam corporibus humanis assistentem ponit, quam necesse fariō fateri debet moueri cum ipsis, ergo poterit etiam per se moueri, sicut nauta extra nauim.

Secunda conclusio. Probabilis est mihi valde Platonis sententia, contra Aristotelem, quod, anima moueatur per se in corpore, & suo motu moueat etiam corpus sibi alligatum, & coniunctum. Et hoc maiorem probabilitatem habet in sententia Platonis, qui ponit animas rationales assistere corporibus & non informare, sicut nautas nauibus. Tamen adhuc dico, id esse probabile, quāuis dicamus in informare. Hae cōclusio, quāuis noua sit, credo quod placebit.

Omnes verō exponūt Platonē, cū dixit, animam se ipsam mouentem, lo-

2. Ratio.

3. Ratio.

2. Cōcl.

Reijci- tur quo

quandā
Platonis
exposi-
tio.

Proba-
tur con-
clusio.

1. Rō.

2. Ratio.

Nota,
duplicē
in ani-
ma potē-
tiam mo-
tuum.

sed omnis esset organica, cogeretur
quis fateri, quod separata anima non
potest moueri, nec recedere a corpo-
re, nisi ab alio violēter expulsa, quod
est finctum. Loquimur autem de ani-
ma rationali.

Probatur tertio. Anima rationalis
est per se, quauis forma sit, vt igitur
potest moueri separata, potest etiā in
corpore: imō forsā sic puenit, cū ali-
qui ex oratione feruenti eleuantur à
terra, q̄ prouenire videtur ex motu ip-
sius animæ ferente corpus secum, qui
motus est in anima ex suauissima men-
tis in Deum contēplatione, quo impe-
tu quodam ad ipsum fertur.

Hæc sunt pbabilia: nec in hoc credo
Aristotel. qui talē sentētiā putat im-
possibile, videtur profectō probabilis.

Tertia conclusio. Sententia Aristo-
tel. est probabilior, quod anima non mo-
uetur per se, sed per accidens ad mo-
tum totius corporis, ita vt vnus sit mo-
tus totius, & per accidens anima mo-
ueatur, vt totum facit cum materia, &
per accidens se mouet: quia est causa
motus totius, quo ipsa mouetur. Lo-
quimur autem de anima, vt est in cor-
pore. Hoc teneo propter autoritatē
Arist. & omnium interpretum ipsius.

Probatur etiam primo: si anima per
se in corpore moueretur modo, quō
diximus, sequeretur, duos motus esse
animalibus, quorū neuter esset natu-
ralis: quod videtur absurdum. Seque-
la patet: nam esset vnus motus animæ
& alter corporis, sicut vnus libri, & al-
ter ipsius manus mouentis librum. Mo-
tus animæ non esset naturalis: quia
non est à principio interno substantia-
li, sed à virtute motiua: anima enim
simplex est substantia, motus corporis
esset violentus, quia esset ab extrinse-
co, & contra proprietates corporis, cū
enim sit graue, motus progressiuus es-
set illi violentus.

Probatur secundo. Anima est forma in
formā, vnamq; per se cū corpore fa-
ciens,

3. Ratio

3. Cōcl

Proba-
tur con-
clusio.

1. Ratio.

2. Ratio.

ciens, sicut alix formæ: ergo nō potest
moueri per se, dum est in corpore mo-
tu proprio, quousq; separetur.

3. Ratio
Probatur tertio. Quia si anima mo-
ueretur illo modo, tunc corpus, quod
est materia, per se moueretur: non e-
nim est in corpore, citra animam, alia
forma substantialis, sed est sola mate-
ria, at materia non potest per se mo-
ueri localiter, vt alibi probat Aristo-
teles. Hęc sunt pro Arist. Nec inuenio
fortiora argumenta.

4. Cōcl.
Quarta conclusio. secundum Aristo-
telem, anima separata moueri potest
per se, nec quidquam concludunt loca
ista contra Platonem, in omnibus e-
nim loquitur de anima existēte in cor-
pore. At quia huius probatio, est solu-
tio rationum propositarum in princi-
pio, ipsas conabimur soluere.

Ad pri-
mum.

Ad primum, sufficienter patet solu-
tio ex primo fundamento, & prima cō-
clusionē, vbi etiam secundum Aristo-
telem, diximus, & ostendimus, incor-
porea esse in loco: anima autē in cor-
pore existens, nō est in loco per se, ideo
ab Arist. profertur, non posse moue-
ri per se: at de anima separata alia est
ratio, sicut de Intelligentia.

Ad secu-
dum.
Ad secundum, solutio est nota. Ar-
ist. loquitur de motu corporum natu-
ralium, talem enim Physicus confide-
rat: & hic dupliciter est indiuisibilis,
non tamen quicunque motus.

Quōd autem dixit lib. 6. indiuisibile
non moueri, manifestē loquimur de
indiuisibili, habētī posituram in con-
tinuo, scilicet de puncto, vt ipse expo-
nit. At non sic est Intelligentia, vel
anima, nam est in loco quāto, ac loco
continentur, non sicut punctum, quan-
tis non occupet locum, sicut corpus: oc-
cupare enim locum, est, non solum esse
in loco, sed impedire, quōd minus a-
liud sit tibi corpus: & hoc proprium
est corporum.

Ad ter-
tium.
Ad tertium, dico, illud argumen-
tum esse Arist. contra Antiquos, dicen-

tes, animam esse corpus, & tunc pro-
cedit, si sursum mouetur, erit ignis, at
anima non est corpus: ob id argumen-
tum non valet.

Præterea etiam: quia anima non mo-
uetur determinatē sursum, sicut ignis
sed sursum vel deorsum: est enim mo-
tus volūtarius, & secundum appetitū.

Ad quartum dico, illum Aristotelis
discursum esse in corporibus, vt satis
liquet ex ipsius rationibus, vbi de con-
tinuo argumētatur, quod aut in corpo-
rea moueātur, dixim⁹ in cōclusionib⁹

Et propterea non concluditur, ani-
mam non moueri vilo modo, sed non
à se: sed nec hoc concluditur.

Ad quintum, dico, procedit de for-
ma pro statu, quod est in materia, non
de separata anima.

Ad sextū respōsum est in secundo fun-
damēto, quo Arist. colligit immobili-
tatē primi motoris ex omnimoda ip-
sius simplicitate quia purus actus est.

CAPVT QVARTVM.

Alia autem quedam opinio.



ONFVTARE profec-
quitur sententias Philo-
sophorum, atque vnā
impugnat, quam dicit
multis fuisse visam pro-
babilem, & rationabilior videtur cō-
mibus præcedentibus, at rationibus ac
argumentis, damnata est tanquam fal-
sa. Quauis igitur visa multis sit pro-
babilis, tamen rationes sunt cōtra ip-
sam: quas rationes dicit esse traditas
in sermonibus communibus.

Per sermones communes intelligit
Simpli. dialog. Plato. qui dicitur Phæ-
do, vbi rationib⁹ cōmunibus talis opi-
nio impugnatur, & dicit posse intelli-
gi dialogū compositū ab Arist. qui no-
minatur Eudemus, in quo impugna-
tur illa sententia: & hoc dicit Philop.
adducitq; quinq; rationes ex illo.

Ad qua-
rium.

Ad quin-
tum.

Ad sex-
tum.

Cōfutat
Arist. op.
quandā
celebrio-
rē, quæ
asserit a-
nimā ef-
se har-
moniā.

Hoc autem non est necesse.

Tex. LXIII.

Solutio Arist. Soluit argumentum, quod non est necesse aliter hic, animam moueri, quauis sint motus, seu potius vni quodque sit moueri in concreto: anima ergo non mouetur per se hinc, sed organum & compositum, puta, cor, vel alia pars.

Nota. At quia numerat cogitare, id est intelligere, inter ista, dicit, quod aut est tale, puta per organum, aut aliud aliud, non autem velle determinare modum, an sit per organum, vt quidam dixerunt, an sine organo, vt ipse probabit post. Vide igitur, quod non moueatur anima hinc motibus per se, sed per accidens, simul cum organo.

Passio- nes fieri cum motu comitante sed non esse motus.

Nota. Distinguit autem, qd hae passiones quaedam fiunt cum motu locali, vt ira, in qua spiritus a corde mouentur, vel timor, in quo spiritus confugiunt ad cor quaedam cum alteratione, vt sensatio cum mutatione per speciem, & alia, quae fiunt cum calore, vel frigore.

Prose quitur solutio ne quod anima passio nes non dicitur gaude re, irasci per animam, et q; adeo nec moueri per illam.

Dicere autem irasci animam.
Tex. LXIII.
RE explicata, nunc modum loquendi docet, dicitque non esse dicendum, animam gaudere, vel timere, sicut nec texere, nec edificare: sed homo per animam: non igitur tribuitur motus animae, tanquam subiecto, & tamen quae ei, quod per se moueatur, sed re, irasci quia per ipsam inest talis motus composito.
Et hoc dupliciter. Vno modo incipiendum a re exteriori, vt in sensatione quae fit, quia res & obiectum imprimuntur in similitudinem in composito, quod sensus, quia animam habet, & hoc est, motum mouentem a re vsq; ad animam.

Altero modo incipit ab anima, vt in reminiscencia, quae fit, non quia moueat obiectum exterius, sed quod anima interioris operatur, & discursu vtitur, & tunc dicitur motus ab anima vt quae ad rem, quia per recordationem venit in speciem rei praeterita.

Quam speciem vocat motum, vel quietem, quietem, secundum quod errat in memoria, motum, secundum quod est in actuali cognitione. Vide ergo, quod nullus motuum horum per se est in anima.

In intellectus autem videtur.

Tex. LXV.

CVM animam per se non moueri, probasset alteratione, nec motu locali, nunc, vt Simplicius, & Auerr. dicunt, ostendit, nec etiam corrumpi, atque hoc de intellectu probat. Proponit ergo intellectum, seu mentem innasci hominibus, ac substantiam quamdam esse, quae corrumpi non potest.

Quod autem non corrumpatur, signo ostendit. Si corrumpetur, maxime id fieret ex debilitate, quae fit in senio: sed in tali non corrumpitur: ergo in nullo alio. Sequela nota est: nam senium est via in corruptionem totius, & dissolutionem eorum, quae in ipso sunt.

At quod in tali non corrumpatur, ostendit, dicens, esse simile hoc ei, quod accidit circa sensoria sensuum, qui quidem corrumpuntur, anima vero corrumpi nec debilitata secundum se: vnde senex debilitatur visu, ratione organi, sed non ratione animae. Cuius argumento illud est, quod si animae senis daretur instrumentum, & oculus iuuenis: videret sicut iuuenis: non igitur patitur anima secundum se, sed secundum corpus.

Hoc idem accidit in morbis & ebrietatibus: anima enim videtur debilitari, cum impediatur a suis operationibus, sed id non est secundum se, sed ratione corporis. Hic textus magis in tequenti dilucidabitur.

Ipsum

Quod anima in intellectu ua fit in corruptibilis & impassibilis.

1

2

Ipsum igitur intelligere, et ipsum speculari.

Tex. LXVI.

QUOD ipsa etiam anime operatio intelligere, & speculari, quae ipsius intellectus operationes sunt marcescere, & debilitare, & non secundum se, sed ratione alterius, scilicet imaginationis, vel spirituum in corpore, in quo est anima.

Vt posset dubitare. Nam cogitari, odisse, irasci, & alia, quae sunt opera intellectus, corrumpuntur, nec manent post compositum. Respondet, irasci esse, sed non erant ipsius intellectus solius, sed compositum ex ipso corpore, & intellectu, ob id composito dissoluto, non manet cum solo intellectu si miles operationes. Non sic autem est de intellectu, & speculari, quae solius intellectus sunt: ob id cum ipso manent.

Nota primò. Ex quo sequitur, quod cum intellectus, & ipsius propria operatio non corrumpantur, quod fortasse intellectus sit quid diuinius, & nobilioris naturae, quam res sensibiles.

Nota, quod per intelligere, possumus exponere simplicem intellectiōnem: per speculari, compositam, vtrāque speculatiuam: per cogitare intelligit cognitionem sensitiuam quandam circa particularia, & particulares propositiones.

Ex his omnibus concludit, quod anima nullo modo per se mouetur in corpore: quod si non moueri potest, nec a se mouebitur, vt dicebat Philosophi illi.

Circa horum duorum textuum expositionem dubitabis, quid per intellectum hic velit Arist. significare? Alexand. (quia sustinet, animas omnes esse mortales) timens Aristotelem sibi contrarium, per intellectum exponit Deum, propter illud verbum: esse fortasse quid diuinius.

At Philoponus bene reijcit hoc ex verbis ipsius Arist. Nam dicitur quod

Intellectus innascitur, at Deus non innascitur. Dicitur praeterea: Videtur non corrumpi: at de Deo non oportebat dicere, Videtur, sed certissime, non corrumpitur. Praeterea, Intellectus statim dicitur anima, at Deus non est anima. Praeterea dicitur: Fortasse diuinius: at Deus, absque Fortasse, diuinitus est, non ergo per intellectum Deus intelligitur, & non id manifestissime paulo post ostendemus.

Auuerroes aliter exponit, in cuius declarationem aduerte, quod in homine ponit Animam, & Intellectum, anima hominis est quaedam substantia lis forma, quae dicitur cogitativa, & est sensitiua quaedam anima, per quam homo cognoscit, ac formans propositiones singulares, & per hanc distinguitur a brutis alijs animalibus, & quilibet homo habet suam animam. Hec autem est corruptibilis, & generabilis, aduersusque de potentia materiae. Praeterea animam, ponit in vno quoque homine intellectum, qui non est forma informans, sed substantia quaedam separata immaterialis, assistens, quae vnitur hominibus singularis, secundum operationem, & per phantasmata ad intelligendum. Vnde non est in hominibus eius, nisi in habitibus phantasmata, quibus possit secundum intellectum copulari.

Hae autem est vna in omnibus hominibus, & haec est ingenerabilis, & in corruptibilis, praecedens, & manens, post composita: & de hoc intellectu loquitur Arist. dicit.

At veritate huius opinionis praetermissa, de qua postea erit sermo, vbi ostendemus esse falsam, & impiam, nunc tantum euidenter probo, contrarium dicere Arist. & hoc loco ipsum conuincit. Primò: quia quem Arist. vocat prius intellectum, statim nominat animam, ac dicit, esse principium videndi, ac non pati, nec corrumpi, ergo quo ad substantiam, identificatur intellectus cum anima sensitiua, vt in homine

lectum Aristot. hoc loco intelligat.

Alex. sententia quod sit ipse Deus, reijcit etiam in Arist.

1
2
3
4
2. Auerr. sententia impia quae sit vnice intellectus in omnibus hominibus.

Nota.

Reijcitur impia Auerr. sententia & in Arist.

eadem sit substantia, quae est principium intelligendi, & quae est principium sentiendi, quauis potentiae diuersae sint, quia una est organica, altera non. Aristote. itaq; loquens hic de animae substantia pro eodem sumit intellectum, & sensitiuam animam hominis: at secundum Auerro. id esse non potest: alia est enim substantia intellectus, alia anima sensitua in homine: & haec est corruptibilis, illa vero non: quod manifeste contradicit Aristote. qui eam, quae sensationem exercet, dicit non corrumpi.

Sed secundum conuincitur euentius ex illo quod Aristote. dicit, quod cogitare, & amare, & odisse non sunt opera solius intellectus, sed coniuncti, & habentis intellectum, prout illud habet. Quid clarius dici potuit, quod cogitare, amare & similia ab intellectu: ut à principio proueniunt, & ut intellectus esse non ergo cogitativa est distincta ab intellectu, cum aperte dicat, quod à quo prouenit intelligere & speculari, ab eo lem prouenit & cogitare & amare: sed illud est solius intellectus, hoc autem coniuncti?

Ex quo collige. contra Auerroem, cum intellectus sit principium cogitandi, & amandi in composito, quod est hominis forma informans, & dans esse: & talis substantia est separabilis & immortalis, contra Alexandrum.

Vnde dico cum Simplicio, & Philopono, &c. quod per intellectum hic Aristote. vult significare animam nostram rationalem, ob id dicit, innasci nobis, tanquam formam: alius textus dicit, aduenire, id est, non educi de potentia materiae: quod alibi examinabimus. Dicit, substantiam quandam, ut notat Philoponus, ad discrimen formarum accidentium: dicit, non corrumpi, ad discrimen aliarum formarum, quae substantiae sunt, sed corrumpuntur.

1. Sententia Simplicii. & Philoponi intellectum Arist. in text. xix. se animam rationalem.

Dubi. 2. circa li-

baratur, quod anima sensitua brutorum est incorruptibilis, quia non patitur, nisi ratione organi, tamen ipsa secundum se non patitur?

Ad hoc Auerro. respondet, esse argumentum Arist. probabile tantum, quia non valet, si anima non patitur passione corporis. quod ipsa sit incorruptibilis: & hoc videtur Simplicius dicere: exponitur enim textus, secundum hos, comparatiue, sic, Intellectus non corrumpitur sensu, sicut nec visus.

Sed haec expositio non est vera, tunc enim non sequeretur quod intendit, scilicet, ob id intellectum esse incorruptibilem. Quid autem absurdius, quam asserere, Aristotelem contra antiquos disputantem, de re tam seria, proposuisse argumentum ineptum? Non enim est probabile, cum tam aperte habeat instantiam.

Preterea, quia non pati passionibus corporis, videtur esse sufficiens medium ad incorruptibilitatem formae, quia aliter non potest pati.

Digo igitur, quod Aristote. in illo textu loquatur de substantia animae, quae eadem est sensitua, & intellectiva in homine, & idem est incorruptibilis & sensitua, secundum substantiam: & de hac loquitur, nisi autem de alijs pure sensituis, quae debilitantur cum corpore, sicut & aliae formae.

Quod autem identificetur secundum substantiam intellectiva cum sensitua in homine, probat sequens textus, in quo dicit: Intellectum esse principium cogitandi, & amandi, & reliquorum: ubi clare colligitur, eandem esse substantiam, & hoc magis rationale videtur, quam dicere Aristotelem argumentum non esse bonum, nec probatum, nisi probabiliter.

Aliud dubium est: quomodo dicit Aristote. intelligere, & speculari marcescere?

Respondet, quod non ita marcescunt, ut non maneant post corpus: nam hoc discrimen

terat in corrupti bilitate animae sensituae. 1. sententia Auerro. & Simplicii.

Reijciuntur Auerro. sententia.

2. sententia verior.

Not. Secundum Aristotelem anima sensitua in homine eadem est intellectiva. Dubi. 3.

Solutio.

discrimen posuit inter illa, & cogitare, & amare, quod haec manent, cum sint ipsius compositi, illa vero non ita facile exercentur, propter ordinem, quae habent ad corpus, quauis in eo sint tanquam in subiecto.

Notat hic Simplicius, quod est duplex anima intelligere: Alterum, quod à phantasmate pendet, alterum contemplatum, in primo habet ordinem ad corpus, in altero non, tamen utrumque impeditur ratione corporis.

Quod quidem eleganti explicat exemplo. Nauta in naui, ventis valide agitibus, & infestantibus nauim, non solum impeditur in illis actionibus, quibus à naui pendet, id est, regere & gubernare, sed etiam in alijs, quas extra nauim poterat exercere perse, scilicet, ambulare, discurre, vel sci, dormire, haec enim praeturbatione non potest commode exercere: ita fit in intellectu.

Vbi nota secundum Simplicium, in animandum est in corpore intellectio nem impendens à corpore: quauis ego non credam secundum veritatem ita esse, est tamen secundum Aristotelem.

Multo autem his, quae dicta sunt. Text. LXVII.

Impugnata sententia eorum qui animam moueri per se dicebant, impugnatur nunc sententiam Xenocratis, qui non solum moueri dicebat, sed esse numerum seipsum mouentem: dicitque, hanc sententiam esse irrationabiliorē alijs, quia ipsum sequuntur inconuenientia, quae sequuntur dicentes, animam moueri per se: & praeter haec sequuntur inconuenientia propria, quatenus dicit, animam esse numerum.

Hoc autem impugnat multis rationibus, quarum prima est. In eo, quod se mouet, id est, quod mouet, & id, quod mouetur, sed in unitate, cum sit indiuisibilis, & non habens differentiam in partibus, id esse non potest: ergo non

Nota ex Simplicio. &c. intelligere animam cum phantasmate, & contemplatiuum.

Not. anima dum est in corpore, habet operationem independentem, à corpore

Cōfutat Arist. sententiam Xenocratis, animam esse numerum mouentem seipsum.

1. Ratio

potest se mouere: non ergo anima est numerus se mouens, tunc enim unitates mouerentur: non videtur autem à quo moueantur, & quo modo, ut probatum est. Sic videtur argumentum procedere, quauis Philoponus, & Simplicius aliter exponant.

Amplius autem, quomodo dicuntur lineam. Text. LXVIII.

Altera ratio est, quae procedit ex duobus suppositis. Alterum est Geometrarum, quod punctum suo motu relinquit post se lineam, & linea imperfectam, & superficies corpus. Nec hoc intelligi debet de vero motu: quia non possunt illa moueri, sed tantum per imaginationem, vel ex conditione, quod si moueretur, ita feret.

Alterum est, quod tam punctum, quae unitas, sunt quod indiuisibile, scilicet differenter. Nam punctum habet positionem: unde si auferas positiones non habere, ab unitate indiuisibili fiet punctum.

Ex his fit argumentum. Numerus unitatum habentium positionem, est numerus punctorum: anima est talis numerus, quia est in continuo corpore: ergo est numerus punctorum. Vltimus: alia puncta mouentur: ergo lineam faciunt: ergo anima non est numerus, sed linea & continuum. Ista est ratio secunda, sic exponenda.

Amplius autem a numero si auferat.

Tertia ratio est. Omnis numerus talis facta diminutione, vel additione, mutat speciem: anima non mutat speciem, ab ratione facta: ergo anima non est numerus. Consequenter est euidens cum maiori. Minor probatur. In animalibus & plantis, in quibus non mutatur species animae, quauis auferatur aliqua pars ipsius, cum abscinditur ramus vel pars animalis; quod saepe accidit.

Videbitur autem utique nihil deserre. Text. LXIX.

E 5 Quar-

2. Ratio Suppositio. 1.

Suppositio. 2.

3. Ratio

4. Ratio Reductur hæc sententia ad sententiam Democriti.

Quartam facit rationem, prius tamen reducit sententiam hanc ad illam Democriti, ut utranque impugnet. Democritus dicebat: atomorum, & corpusculorum numerum, & multitudinem esse animam? hæc etiam opinio ponit animam numerum, in hoc tamen differt, quod illi atomos, hic puncta, & vnitates positionem habentes ponit, tamen utroque quantitatem ponit, animam ipsam multa faciens.

Nescitur ratio.

Contra hoc fit argumentum. Omne quantum se mouens, siue discretum, siue continuum, constat ex eo, quod mouet, & ex eo, quod mouetur: sed ille numerus se mouet: ergo habet quod mouet, & quod mouetur. Sed animam in animali est mouere: ergo etiam in numero id, quod mouet, ipsum, anima est, non autem ipse.

Illam maiorem offendit, dicens, quod siue sint atomi, siue corpora magna, siue quid aliud, dummodo quantum sit, si se mouet, debet habere id, quod mouet, & aliud quod mouetur.

At vero quomodo possibile est.

Text. LXX.

5. Ratio Suppõ.

Quintam facit rationem, supposito primum vno, quod punctum non differt ab alio puncto nisi positione, cum vnicum sit, & indiuisibile. Vnde quia in alia parte continui est hoc, in alia illud, ob id differunt, adeo, ut duo simul, & adæquatè esse nequeant, quin vnum sit, non autem duo.

nequitur ratio.

Tunc fit argumentum. Cum anima sit numerus vnitatum in corpore, erit punctorum numerus: peto, vel ista puncta differunt à corporis punctis, vel non. Dici non potest, quod differant: quia, cum sit simul punctum animam cum puncto corporis, & penetratiue, non erunt plura, nec differentia.

Præterea: quia ratione vnum punctum animam, est in vno puncto corporis, poterunt esse omnia: quia non occupat locum, nec indiget loco diuisibili, & sic tota anima esse in vno puncto: vni. n. possunt

esse inesse infinita simul, si semel duo esse possunt. Iam enim ipsorum locus est indiuisibilis sicut & ipsa?

Si verò dicas, non differre puncta animam à punctis corporis, sequitur, quod omnia corpora haberent animam, quia habent puncta, imò infinita: At frivolum est corpora omnia habere animam: ergo anima non est numerus.

Aduerte literam. Dicit enim: Si puncta corporis sunt numerus animam, hoc per conuersionem accipiendum est: id est, si numerus animam est numerus punctorum corporum, quod idem est.

Amplius autem. Text. LXXI.

Verba huius textus priora continuanda sunt cum precedentibus, & sequentibus. Facit sextam rationem talem: Anima est separabilis, ut Xenocrates fatetur: at puncta non sunt separabilia à magnitudine: ergo anima non est numerus: non enim esset numerus, & discretum, nisi puncta essent extra continuum.

Minor probatur: quia magnitudo non potest diuidi in puncta: ergo non possunt separari puncta. Non enim nisi per diuisionem possunt separari: vel si possent separari, posset etiam diuisio esse in puncta: quod est impossibile. Hæc sunt rationes contra istam sententiam.

CAPVT QVINTVM.

Accidit autem sicut diximus.

Text. LXXII.



QUOD superius dixerat, scilicet hæc sententiam alij esse irratiōnabiliore, quia omnium inconuenientia ipsam sequuntur, nunc ostendit.

Sunt autem hæc sententia, & eorum, qui corpus aliquod subtile animam posuerunt, & eorum, qui atomos, & per atomorum motum moueri corpus, sicut statua, in qua est argentum viuum, ut dictum est.

6. Ratio.

Hæc Xenocrates sententiam asserentem, animam esse numerum se mouentem, sed neque hæc esse huius passionem. Dicit

Quod incidat in inconueniens Democriti.

Dicit ergo Aristoteles, quod accidit isti sententia fateri proprium inconueniens, quod euenit ponentibus animam esse corpus, accidit etiam alia ex parte fateri, quod illud potest fuit inconueniens in opinione Democriti, scilicet, moueri corpus motu alio cuius in eo inclusi.

Explicat inconueniens priorum ponentium corpus. Hi enim debent fateri, si anima est corpus, quod duo corpora se penetrant, scilicet anima, & corpus, nam si mul esse, debet. Quod autem hoc debeat fateri Xenocrates ostendit: quia debet dicere, ut expositum est, quod puncta animam sunt simul cum punctis corporis, nisi velit esse eadem, & tunc omnia corpora haberent animam. Hoc autem id est absurdum. Ut enim corpus cum corpore, ita nec punctum, cum alio puncto, simul esse potest, quin vnum fiant.

Acciditque animal moueri a numero.

Text. LXXIII.

Quod incidat in inconueniens Democriti.

Ostendit modo etiam sequi inconueniens, motu atomorum moueri corpus: ita etiam debet hoc fateri, qui animam numerum se mouentem, intra corpus ponit. Parum enim differt, quod hic numerum vnita vnus, ille atomos ponat, dummodo, modus idem mouendi sit, in quo consistit inconueniens.

Complectentibus igitur in vnum.

Text. LXXIII.

Concludit non solum non esse definitionem animam, numerum se mouentem, sed neque hæc esse huius passionem.

Concludit quod his, qui simul dicunt, animam se mouere, & numerum esse, accidit inconueniens dicta, & alia multa, dictaque, non solum illa non esse animam definitionem, scilicet numerum se mouentem, sed nec esse accidens animam, cum talia inesse non possint animam. Ita exponunt Themistius, & S. Thomas.

Ostendit autem, non esse definitionem: quia per ipsum non reddi potest ratio operum & passionum animam. Que enim proportio est inter numerum, & intel ligere, sentire, & amare, & reliqua? *Tabula prima motus in anima. Text. LXXVII.*

Pilogat vniuersaliter, quæ dicta sunt. Triplici enim via indagabatur Philosophi animam, & per motum, dicentes se ipsam mouere, & per incorporeum, dicentes, ipsam corpus esse subtilium partium, & per cognitionem, dicentes, eam componi ex principijs omnium, ut omnia cognoscat. Duæ sententia priores sunt discussæ, tertiam discutendam proponit.

Necessarium autem mihi accidere.

Text. LXXVI. LXXVII.

Decem rationibus impugnat sententiam hanc, quæ sunt alique contra Empedocle: alia contra alios, ferè enim omnes huius sententia fuerunt.

Et prima ratio, sumpto ipsorum fundamentum. Dicunt enim, animam componi ex omnium principijs, perinde ac si res omnes esset, ut omnia cognoscant: est ergo argumentum. Plura multo cognoscit anima, quam sint principia, & plura multo sunt entia, quæ principia: ergo vel non cognoscit anima talia, vel ex eis componitur, quorum vtrumque est falsum, & secundum est impossibile.

Antecedens declaratur: quia composita non dicunt solum rerum principia, sed aliud quid & accidentia multa, ac passionem, quæ ad sunt ipsa principia materialia, qualia ista ponunt, ut homo, os, animal, non sola elementa quatuor, vel solas a omnes dicunt, sed rationem, ac proportionem saltè aliquam includunt.

Et hoc idem confirmatur ex Empedocle, qui non solum principia ponit in compositis, sed proportionem. Citat carmina, quorum sensus est, quod os est album, quia constat ex pluribus partibus ignis: sit enim ex duabus partibus terræ, & ex vna fluidi, id est, aquæ & altera luminis, id est, aeris recepti in infundabulis, id est, cœcavitibus, terræ, & ex quatuor Vulcani, id est ignis. Vides ergo, quomodo in composito ponit

Epilogus dictum esse contra eos qui per motum & incorporeum animam indagabant, nunc esse dicendum contra eos qui per cognitionem indagabant rationes decem.

Contra eos Philosophos qui per cognitionem animam indagabant rationes decem. 1. Ratio. Probatio antecedens.

Confirmatio.

ponit ultra principia proportionem. Aduertendam q̄ terram vocabant cōcinnā, quia erat numerus cubus, qui dicitur maximè harmonicus.

Proba-
tio cōse-
quentiæ

Consequentia est cōtra, quod non cognoscat anima ipsa cōposita: & hoc falsum est: experimur enim talium cōgnitionem.

Obiectio
& eius
solutio.

Nec potest dici, quod ex his cōstet anima, id est, ex homine, leone, petra, & reliquis, quod tanquam manifestū impossibile relinquit. His duobus textibus continetur ratio: idcirco non ex posui separatos, & litera est satis manifesta.

Amplius autem cum multipliciter.
Text. LXXVIII.

2. Ratio
Suppositio
duæ.

Secunda ratio proponitur, duobus suppositis. Alterum est, quod ens diuisum est in decem genera, quod apud omnes receptum erat. Alterum, quod omnium horum nō sunt eadem principia essentialia: quia sunt genera primò diuersa, & in nullo vniocō conueniunt: quod probat Aristot. 12. Metaphys. cap. 4. & 5.

nequitur
argumē-
tum.

Est igitur argumentum. Anima vel cōstat ex principijs solius substantiæ, vel ex proprijs etiam aliorum, nulla enim omnibus communia sunt. Sed ex solius substantiæ si constat: tunc non intelliget alia genera, quod superfluum est. si vero ex alijs, hoc esse nō potest: nam ex proprijs principijs quantitatis non fit nisi quantitas, & ex qualitatibus, qualitas. At anima, substantia est, quæ non potest ex accidentibus esse: nō ergo anima ex omnium principijs constare potest.

Inconueniens autem est dicere.
Text. LXXXIX.

3. Ratio

Tertium ponit argumentum, quod testat hominem, reducitq̄ ipsos ad contradictionem. Ipsi enim dicunt duo. Alterum est, simile nō posse pati à simili, vt habetur. 1. de generat. Alterum est, quod simile cognoscimus si simili, & cognoscere ac sentire, esse

quoddam pati, & moueri ab obiecto. Ista duo contradicunt: nam ex hoc sequitur oppositum prioris, & e cōtra est priori oppositum posterioris.

Aduerte, quod cognoscere dicitur pati, quia immutatur potentia à specie obiecti, vt cognoscat, de quo post dicitur latè in lib. 2. huius Commēt.

Cum autem multas dubitationes.

Quartam facit rationem, dicens, quod cum multa inconuenientia sequantur cōtra Empedoclem: sequitur etiam hoc, quod dictum est, id est, dicitur, vt exponit Simplicius. Est est argumentum quartum. Si simile simili cognoscitur, sequitur, quod ossa, nerui, pili, & reliquæ animatorū partes, quæ multum habent terræ, sentirent, imò maximè, cum abundant principio, & simili. At oppositum fit: ista enim non cognoscunt: ergo non fit argumentum illo modo. Notandum, quod dicit, nerui non sentire, & post examinabitur.

Amplius autem vnicuique principiorum.
Text. LXXX.

Quintam facit rationem. Principio cognitionis plus debet inesse scientiæ, quàm ignorantia: aliàs potius erit principium nescientiæ: sed si anima ex talibus principijs componitur, id sequitur ergo nō cōponitur. Minor patet, qui anima per terram non cognoscit nisi terrā, omnia alia ignorat: similiter per aquā cognoscit solū aquā, reliqua ignorat: ergo principijs singulis plus ignorantia inest, quàm scientia: quod videtur absurdum.

Addit sextam rationem. Sequitur, quod Deus est aliorum insipientissimus, secundum Empedoclem. Patet, quia omnia alia componuntur ex omnibus id est, quatuor elementis, & cōcordia, & discordia, & sic omnia cognoscunt. At Deus nō constat, nisi ex quinque, non enim ex discordia: ergo cognoscit minus alijs.

Hic notandum, quod Aristot. censet Deum fore insipientissimum, nisi cognosce

Nota.

4. Ratio

Nota.

5. Ratio

6. Ratio

Nota se-
cundum

Aristot. gnoscere discordiam, id quod infert, vt absurdum cōtra Empedoclem: colligi ergo potest secundum Aristotelē: Deū inferiora ista cognoscere, & prouidentiam habere, aliter multo esset insipientior.

Omnia autem propter quam causam.
Text. LXXXI.

Septimam rationem facit. Sequitur, quod omnia cognoscere, quod est aperte falsum. Sequela patet: quia omnia aut sunt elementum, aut ex vno, duobus, tribus, vel omnibus constāt elementis, quocunq̄ modo assimilatur alijs, quæ poterunt cognoscere.

Nota.

Aduerte, quod non est mixtum, quod ex vno elemento constet: sed id dicit, vt diuisio sit completa, vel vt comprehendat eos Philosophos, qui ex vno speciebant omnia.

Dubitant autem aliquis. *Text.*
LXXXII.

8. Ratio

Octauam facit rationem. Si ex elementis fit anima, vt dicit Empedocles, quod sunt elementa illa vnum, & quo determinatur vel alio, vel nullo. Nullò esse nō potest, cum talia sint materia: si autem alio, id erit anima. Quod probatur: Anima est nobilissimum entium naturalium: quod continetur autem est nobilissimum contento, & de terminato: ergo anima est potius id quod continetur.

Not. cir-
ca text.
explica-
tionem.

11. expō

Dicit, quod anima nihil est nobilior, & multò minus nobilior est aliquid intellectu, qui est antiquissimus, & dominus secundum naturam. Simplicius & Philo. per intellectum intelligunt animam rationalem, dicuntque, esse dominam secundum naturam, id est, nobilioris naturæ, quàm sint naturalia: antiquissima, quia est prior natura, quæ materia: actus enim est prior potentia, vt dicitur 9. Metaphysicorū.

12. Ratio

Sed mihi videtur, quod hic per intellectum intelligat Empedoclis mentem, & Deum, quæ putauit mundi animam, dicitque, hoc nihil esse no-

bilis, nec antiquior: igitur debet esse continens. Aristot. nihil ponunt esse animam, nisi ipsa principia & elementa: quod falsum est: sunt enim tantum materia, indigentq̄ determinari, & tale est in anima.

Omnes autem, et qui ex eo.
Text. LXXXIII.

Nonna ratio est communis contra omnes Philosophos, tam eos, qui dicunt, animam ex elementis & principijs cōpositam, vt omnia cognoscat, quàm eos qui animam se mouere dicunt. Omnes hi denuntiant animam diminutè, non enim omnes comprehendunt animas: quod patet. Quia nō omnia animata habent motum, qualem ipsi ponunt, scilicet localem (per hunc enim definiunt animam) sunt autem animata immobilia, vt conchæ, & spōgia, & alia, similiter & plantæ.

Similiter etiam non omnia animata sentiunt, vt plantæ, nec omnia habent intellectum: mo id, qui animam, & in intellectum idem esse ponunt, diminutè loquuntur.

si autem aliquis et hoc concesserit.
Text. LXXXIII.

Excludit responsionem: Possent dicere, quod anima est vna specie, & non plures: sensirium autem, & intellectuum, ac motuum sunt partes, ac potentia animæ: id eoque loquuntur de omni anima, cum intellectuum, & reliqua non sint animæ.

Respondet, adhuc, non loqui de omni, nec de tota: Non quidem de omni: quia non de vna, & singulis loquuntur, puta non de illa, quæ est in his, quæ nō mouentur, nec sentiunt. Non de tota, quia non de omnibus ipsius partibus, & potentijs dicunt.

Hunc defectum dicit etiam esse in ratione, & opinione Orphei. Hic enim totum aerem, & mundum credit animam esse, & ex toto isto ingredi animam in particularia animata. motu veteri agitata, & per respirationem.

Adhuc

9. Ratio
cōtra
omnes
Philosophos.

Obiectio
pro Phi-
losophis
illis.

Respon-
sio.

Repre-
hendit
Orphei
opinio-
nem eadē
ratione.

Adhuc autem iste diminutus est, quia non loquitur, de plantis, nec de multis animalibus, quae non respirant: ob id his non contingit anima illo modo.

Hoc autem latuit sic opinantes. Text. LXXXV.

10. Ratio.

Verba ista continentur superioribus. Sensus est, quod omnes Philosophi in hoc communiter defecerunt, quod non de omni anima locuti sunt: statim addit rationem decimam. Frustra sit per plura, quod potest fieri per pauciora: sed quavis illo modo cognitio fieret, poterat esse, quin anima ex omnibus elementis constaret: ergo non debuit ex omnibus componi. Minor patet, quia per rectum cognoscitur rectum, & obliquum, & per positivum. priuativum, & positivum, non tamen e contra: at inter contraria elementa vnum reducitur ad obliquum, ergo poterat cognosci per alterum. Semper enim vnum contrariorum est imperfectius altero, locum tenens priuatiui: non ergo ex omnibus constat.

Regreditur ad impugnamandam opin. Orphei quae etiam fuit Democriti. Deum, scilicet esse animam omnium rerum, ac totius mundi.

1. Ratio.

Et in toto mistam quidam esse dicunt. Text. LXXXVI. & LXXXVII.
Regreditur ad impugnamandam sententiam Orphei, quae fuit Zenonis, & Varro. Romani & videtur fuisse Democriti: Hic dicebant, Deum esse formam, & animam omnium rerum, & totius mundi, quae in varijs varia erat, in elementis simplex forma, in animatis anima, in mixtis compositio: denique per omnia se diffundeat, & misceret. Quod significare videtur Virgilius, dum dixit.
Primum ipso, e gelu, ac terras, camposque liquentes. Lucentemque globum Luce, Titaniamque aethra spiritus intus alio, rotamque diffusam per artus. Mers agit molis, et magno se corpore miscet.
Contra hanc sententiam proponit duas dubitationes, quae duo argumenta sunt. Prior est: quare aer, & ignis, cum habeant animam, non sint animalia? est autem argumentum sic. Si aer, & ignis animam haberent talem, utique

animalia essent: at irrationabile est dicere, ipsa esse animalia: ergo non habent animam.

2. Ratio.

Altera est: quare illorum anima est nobilior, quam animalium, cum horum anima sit mortalior, non autem illorum? Unde est argumentum, quod si esset animata, haberent nobilioram animam, quia elementa semper sunt, & absurdum est ignem vel aerem dicere meliorem animalibus.

Opinari autem videmur. Text. LXXXVIII.

Ratio Orphei opin.

Rationem ponit eorum, qui totam aerem, & mundum animatum ponunt. Pars est eiusdem rationis cum toto, sed pars est animata, ergo & totum. Minor probatur de parte aeris sumpta per respirationem: haec enim videtur animata, quia facit animal animatum: non enim consisteret absque respiratione: ergo animata est, & consequenter, totum ipsum. Haec est horum ratio vnica.

Cofutatio eius ratio.

Quare necessarium ipsis dicere et animam.
Aristoteles subtiliter consequentiam illorum enervat sic. Si ob id aer est animatus, scilicet illa particula per respirationem discerpta, quia facit animata, sequitur, quod est eiusdem speciei anima aeris cum omnibus animalibus, & inter se: est enim aer eiusdem speciei: at id manifestum est absurdum. Quod partes aeris, licet sint eiusdem rationis, tamen sint diuersarum animarum specie, iam non licet colligere. Ergo totus aer est animatus, sed vna pars sit, altera non: quia non est eiusdem speciei pars cum parte, nec cum toto. Unde concludit, quod oportet concedere, aut quod est eiusdem speciei anima in omnibus, aut quod non in toto aere, & mundo est anima: sed hoc inest, hoc non, id est, vna pars habet animam, non autem altera. Consequentia ergo, & ratio illorum nihil probat.

Conclusio totius disputationis.

Concludit tandem duo, quae hactenus sunt discussa: animam non componi ex elementis, ut cognoscatur, nec per se moueri.

Quo-

Quoniam autem cognoscere animam est.

Text. LXXXIX.

Dubia & numero, & in diuisibilitate animae.

1. quae sit & numero, & partitio animae.

2. quae sit in qua operatio vitae consistat.

Platoni tres esse animas in homine, intellectiuam in cerebro ad intelligentiam in hepate, quod idem dixit Pythagoras. Contra hanc sententiam argumentatur tripliciter. Primum tale est. Intellectus tres animae, cum vnum faciant compositum, quo continentur, & copulantur inter se: non quidem seipsas, cum sint substantiae specie diuersae inter se: non corpore, quia potius corpus continetur ab anima: cuius signum est, quod egrediente anima ipsum dissoluitur:

in elementa, ergo alio continentur: hoc igitur erit anima: nam anima est, continere?

Confirmatio.

Iterum petam, an hoc continens sit vnum, vel plura? si plura, simile faciam argumentum, donec ad vnum simplex, & specie deueniatur, cum non sit processus in infinitum id quod erit anima. Cum igitur tandem ad vnum sit deueniendum, non oportet tot admittere processus, sed statim in vno vna, est ponenda specie anima.

Nota.

Hoc est argumentum Aristotelis quauis primam partem praeter miserit, scilicet, quod non seipsis continetur: reliquit id tanquam motum, cum sint actus specie differentes.

Dubitabis autem aliquis et de ipsis.

Text. XCII.

2. Ratio

Secundam facit rationem: si anima tota plures partes habet, specie differentes, sequitur, quod tota erit in toto corpore, & pars in parte corporis, oportebit ergo dare partem, in qua sit pars, quae dicitur intellectus: at huius nulla dabitur, licet velimus fingere, quia intellectus non alligatur organo vili.

Nota.

Et nota rationem hanc. Nam intellectiuam animam ob id est in corpore forma, quia quoad substantiam est idem realiter cum sensitiua: quod si ab ea omnino esset separata, ita, ut esset purus intellectus, seu pure intellectiuam tantum, non esse forma. Cum ergo isti ipsam separent, non possunt eam alligare corpori, nec toti, nec parti.

Videntur autem et plantae vivere.

Text. XCIII.

3. Ratio

Tertiam facit rationem. Partes animalium insectorum, & plantarum diuisae sunt eiusdem speciei: ergo, & in toto erant eiusdem speciei, licet non numero, quia erant diuersae partes. Consequentia est certa. Antecedens probatur: quia in vtraque parte abscissa reperitur motus, & sensus, non autem in vna tantum, in altera alterum, sed in vtraque: sunt igitur eiusdem speciei.

Si au-

Si autem non peira, ment.
Text. XCIII.

Obiectio

Excludit dubitationē. Posset quis dicere. Si anima manet in abscessa parte, & eiusdem speciei cum tota, quod est cur non duret multum.

Solutio

Respondet, id esse, quia defunt instrumenta, quibus operari possit, & est imperfecta dispositio. Vnde fit, ut qui paucioribus indigent instrumentis, diutius durent, tamen in utraque anima parte insunt omnes partes, id est, potētiae animae, scilicet motiua, & sensitiua.

Suntque eiusdem speciei ad inuicē illae animae partes, & cum ipsa, tota. Ad inuicem quidem, quia non sunt separabiles, id est, non separantur, secū dum potētias, sed, ut diximus, in utraque parte per se inest, & motiua, & sensitiua potentia. Sunt etiam eiusdem speciei cum tota, quia tota anima est indiuisibilis specie, velut exponunt Graeci iuxta aliam litteram, est indiuisibilis in partem eiusdem rationis, sicut albedo: ita enim diuiditur anima per accidens, quauis nō omnis, ut alibi dicemus.

Ex his colligitur Aristot. sententia, animae substantiam esse vnam in vno, tamen potentias esse multas, sicut potēti substantia vna est, accidentia tamen ipsius multa sunt, sententia ergo Aristot. est esse, animam in vno vnam; quod inferius disputabitur.

Et nota quoque contra Auerroem, quod principium, quo intelligimus, est idem substantia cum eo, quo sentimus: doceretque omnes operationes haece ab vnicā prouenire anima.

Videtur autem et quod in plantis.
Text. XCV.

Soluit posteriorem quaestionem docens, quod plantae habent animam, quae est tantum principium vegetandi, & in hac communicant omnia animalia, & omnibus est communis huius operationis ratio. Quae enim sensum habent, etiam vegetantur, & similiter quae habent intellectum: sed non e contra. Ex quo sequitur, quod in illius operationibus consistit maximē vita, quia omnia, quae vitam habent, illas habent.

Aduerte, quod dupliciter dicitur viuere. Vno modo sumitur pro ipso esse substantiali viuētis, ut viuere non sit aliud, quam esse animatum, & vita fit tale esse in abstracto: & sic dicitur vita actus primus, & vita substantia est.

Aliter dicitur viuere, pro ipsa operatione, quae à tali esse procedit, & dicitur vita actus secundus, & viuere est operari secundum vitam, & operatio vita est: & de hoc viuere loquitur Aristoteles, suntque operationes dictae vitae, sed vniuersalissimē ipsae operationes vegetandi, quae insunt omnibus habitibus animam.

Nota contra Auerroem, eandem esse substantiam quae est, quae intelligitur principium, & quae sentitur. Secūda quaestio nis solutio, in qua operatione vita consistat.

Nota, viuere dupliciter dicitur actus. 1. & 2.

No. vna anima esse in vno, etiam secundum Aristot. & in capitulo res esse potentias.

Finis primi Libri.

IN SE-

Suppositiones diuisionum quarundam.

Cum autem quae à Prioribus. Tex. I.

De quibus agit Arist. in hoc. 2. & 3. lib.

PROSTOTYAM

Anti-quorum sententias circa animae substantiam discussit, nunc quid ipsa sit, explicare secundum propriam sententiam, aggredditur, tria quoque facit in hoc libro. Primum, quid sit Anima in communi ostendit, quod duplex sit. Secundum, de vegetatiua. Tertium, de sensitua, ipsarumque potētias deserit. In libro vero tertio de Intellectu.

Intentio Aristot. quid sit anima, inquire re. Nota. 1.

Proponit igitur suam intentionem in praesenti textu, dicens, se velle definire in communi, quid anima sit, postquam ab antiquis non accepimus definitionem ullam animae bonam.

Nota. 1.

Attende, quod dicit, iterum se tanquam à principio incepturum: quia Antiqui non dederunt nobis cognitionem ferē ullam animae, dicit tamen: Tanquam à principio: quia saltem ab illis accepimus animam esse, & per motum cognitionem esse inuestigandam.

Nota. 2.

Attende ulterius, quod definitio communis dicitur dupliciter. Vno modo, quae per accidentia communia, & per extrinseca datur: & talis dialectica, & vana superius dicta est. Altero modo dicitur communis, quia est alicuius definitio communis, quamuis sit essentialis: & talis est ista, quam Aristoteles intendit, quae bona est, & necessaria.

Dicimus itaque vnum quoddam.
Text. II.

Animae definitionem inuestigaturus, diuisiones quasdam communes praemittit, ex quibus quid ipsa sit, dicit. Est autem prima diuisio, entium

multa esse genera, puta, decem, quorum vnum est substantia.

Secunda est subdiuisio substantiae: est enim triplex, materia, forma compositum ex utraque. De materia dicit duo. Alterum, quod secundum se non est hoc aliquid. Alterum, quod est quaedam potentia, & non simul coniungamus, dicentes, esse potentia hoc aliquid.

Vocatur hoc aliquid substantia perfecta, & determinata in aliqua specie, qualis est composita, ut ignis, leo, homo, planta.

Materia igitur est talis substantia, quae non est quidem aliqua ex his perfectis substantiis, tamen est in potentia quaecunque.

De forma dicit etiam alia duo. Alterum quod est id, quod est iam hoc aliquid. Alterum, quod est actus, ex posteriori hoc emanat primum.

Vbi nota, quod actus Graece est *entelechia*, explicat Theophrastus optime perfectione. Id enim, quod in consummatum consummat, imperfectum perficit, incompletum complet, id actus hic dicitur, talis est forma respectu materiae ipsam perficiens, ob id dicitur, quod per formam iam est hoc aliquid, id est, perficitur, & completur.

Hic dubitabis. Nam 7. *Metaph. text. 7. cap. 3.* substantia quadrupliciter diuiditur, scilicet, materia, forma compositum, & vniuersale. Idem text. 44.

Respondeo, quod illa diuisio est famosa, & secundum Platonem. Non enim probat Aristote. Vniuersale esse substantiam: imò ibidem multis impugnat

Nota. 1.

Nota. 2.

Dubium in Arist.

Solutio.

F. ratio.

rationibus contra Platonem, qui credidit vniuersalia esse Ideas separatas. Hac responsio patet ex Arist. 8. Meta phys. text. 2. vbi ipsemet dicit per vniuersalia, intelligere Ideas. In praesenti autem sumit tantum veras substantias.

rationem, scilicet substantiarum alia, est corporea, alia incorporea. Dicunt tamen, quod non est expressa, sed virtualis. Nam dicit, corpora maxime videri substantias: in hoc manifestat, alias esse substantias: quae sunt incorporea, quae non ita sunt cognitae substantiae.

At Themistius, Simplicius, Philoponus, quos secutus est Auerro. nullam hic censent diuisionem fieri: sed volens Arist. diuidere compositam substantiam quae corpus dicitur, dicit, esse magis substantias, quam materiam, & formam id est, notiores substantiae sunt compositae, quam materia, & forma. Corpora enim etiam vulgus substantias vocat.

Et mihi placet ista expositio, quia ista diuisio substantiae in spiritalem, & corpoream non videtur ad rem, quia debuit praecedere diuisionem, in materiam, formam, & compositum, cum ista sit diuisio illius.

Dicamus igitur, nullam hic fieri diuisionem talem, sed comparationem inter diuisas substantias, scilicet materiam, formam, compositum, quarum composita, notissima est substantia: imo est maxime, cum maxime per se subsistet. At quae corpora quaedam sunt naturalia, quaedam mathematica, vel artificialia, sunt naturalia esse maxime substantias, quia sunt principia aliorum. Artificialia enim in naturalibus sustentantur, & mathematica in naturalibus insunt, ab ipsisque abstractuntur, consideratione sola.

Naturalium autem alia quidem.

Quartam hic diuisionem ponit, quae corporis naturalis subdiuisio est. Quaedam corpora naturalia habent vitam, quaedam non habent vitam: & haec est eadem cum illa: quaedam sunt animata, quaedam inanimata: animata quidem, quae vitam habent, inanimata, quae vita carent.

Quid autem vita sit, explicat, dicens: Vita est alitio, augmentatio, diminutio, quae per ipsum corpus fit: ac si dicat, sunt hi motus, ut procedunt a principio in imo ipsius corporis naturalis.

Vnde

2. Exp6.

Verus Aristot. sensus.

4. diuisi.

Quid sit vita.

Not. de principio diuisiōnis.

3. diuisi.

1. Exp6. Auerro.

2. Exp6. Themist. Simplic. Philop.

1. Exp6.

Aduerte ulterius, quod ex hoc aliqui sumunt, formam esse principium indiuisibilitatis: quia ipsa dicitur facere hoc aliquid, id est, indiuisum. Ad quicquid de hac re sit, tamen locus nihil probat: nam per hoc aliquid, composita substantia intelligitur vniuersaliter sine in singulari sumatur, siue in specie. Et hoc dupliciter, h. c. quidem scilicet scientia.

Etiam ponit diuisionem, quae subdiuisio est actus ipsius. Actus duplex est. Alter est, esse ipsam. Alter est operatio. Ille dicitur primus & est ipsa forma, ut scientia. Alter est secundus, & est operatio fluens a forma.

Auerr. intelligit hanc diuisionem esse eiusdem rei ad diuersa comparata: ut forma secundum se dicatur actus primus forma secundum operationem, & ut operans est, dicitur actus secundus. & pro hac sententia videtur factum, quod Aristot. postquam dixit, animam esse formam, ostendit, quod sit actus primus, non secundus: quod si forma esset tamen actus primus, non erat opus, id ostendere.

At Graeci Themistius, Simplicius, & Philop. hanc diuisionem intelligunt tanquam duarum rerum: ut forma sit actus primus, operatio autem ab ipsa procedens, sit actus secundus. Et hoc ita est: nec ratio illa quicquam valet. Nam cum Aristot. dixisset, animam esse formam, non dubitauit, an sit actus primus vel secundus, sed velut inferens dixit, esse actum primum. Hoc etiam recipit S. Thom. & alij etiam Latini.

Substantiae autem maxime esse videntur. Text. III.

Sanctus Thomas, Aegidius, & alij existimant, hic fieri quartam diuisi-

Vnde augmentatio, quae ab extrinseco fit, id est, per additionem, quomodo augetur aqua, non est vita, nec aqua dicitur habere vitam: similiter nutritio ab externo, quomodo fouetur ignis, non est vita, nec ignis dicitur viuere: at vita tunc sunt, cum ab actiuo interno principio veniunt.

Obiectio & solut.

Dices: Quare has operationes vocat vitam non alias, scilicet sententiam, & motus secundum locum.

Respondeo: quia istae sunt communissimae operationes omnibus viuentibus competentes: hic autem, quod commune est considerat.

Dubium ex Philopon.

Dubitatur Philopo. de foetu in vtero matris, quod viuere videtur, tamen non per se nutritur: nec augetur, sed a matre per vmbilicum trahit alimentum?

Responsio eiusdem.

Ad hoc dicitur duo. Alterum est, quod per se nutritur, & augetur, non enim a principio interno matris, sed a suo nutritur: mater autem solum praeparat illi cibum, & ministrat, sicut nutritrix, quae praemasum cibum praebet puero. Hoc dicitur verum est.

Reprehenditur ex parte Philop.

Alterum, quod dicit, est, non esse secundum se animal: quia motum non habet localem, nec sensum: hoc falsum est, & est argumentum. Puer in vtero, & extra vterum, eandem habet speciem & numero formam substantialem: ergo sicut simpliciter est animal extra vterum, ita intra: & satis est habere potetias, quibus non exerceat illas actu.

Quid sit corpus viuens, & quia sit substantia.

Cum Aristot. declarasset, quid sit vita, ut inde notum esset, quid esset corpus vitam habens, scilicet quod per se tales operationes habet, & in se principium ipsarum continet, tale corpus substantiam esse dicit, & non quacumque, sed composita: in quo vult ostendere, animam esse substantiam. Si enim corpus vitam habens, est substantia, & non habeat vitam, nec illos motus, nisi per animam: profecto & anima est substantia.

Reprehensio Auerr.

Ex quo dico, quod non supponit in prima diuisione, animam esse substan-

tiam, ut dicit Auerr. sed id modo ostendit ex eo, quod corpus vitam habens, substantia est.

Quoniam autem est corpus huiusmodi.

Text. IIII.

Ostenso, animam esse substantiam, nunc qualis substantia sit, declarat, & probat, facitque hoc argumentum. Corpus non est in alio, at anima est in alio, ergo anima non est corpus: si igitur non est corpus, erit forma corporis naturalis, habentis vitam in potentia. Quod corpus sit non in alio, ostendit: quia corpus est tale, scilicet, habens vitam: at anima non est habens vitam: corpus ergo subiicitur, & habet rationem materiae, anima vero, quod habetur, est, & habet rationem formae.

Aduerte, quod illud. Enim, est declaratum: nec intelligas, quod anima est in subiecto sicut accidens, sed sicut forma in materia. Loge enim aliter est in alio, quam accidens in subiecto, ut diximus olim in 1. Physic.

Dubium hic est, quid per corpus intelligat Aristot. Scito enim corpus dupliciter sumi. Vno modo, pro composita ipsa naturali substantia: ut ignis dicitur corpus, & homo, & leo, & plura. Altero modo, pro altera parte compositi, & praecipue animati, ut cum dicimus, animal constare ex anima & corpore. Hic enim corpus, non composita dicit substantiam, sed materiam cum proximis dispositionibus ad animam ipsam. Dubium igitur est, quomodo hic sumatur, cum dicitur, animam non esse corpus, sed actus corporis.

S. Thom. Aegidius, & alij Latini, dicunt sumi pro altera parte compositi, ut anima dicatur actus talis materiae, sic disposita, & quod non est corpus, id est, non est materia, sed forma.

Themistius, Simplicius, & Philopon. videntur declinare in oppositum, quos etiam sequitur Auerro. Dicunt, quod corpus pro toto composito naturali sumatur, ut sit sensus. Anima est forma

Quod anima non sit corpus sed forma corporis.

4. conclusio.

1. dubium

Corpus dupliciter sumitur.

1. sententia. S. Thom.

2. Sententia Themistij.

ipſus corporis naturalis, ſicut anima rationalis dicitur forma hominis, & mihi magis hoc placet. Nā ſumit corpus naturale eo modo, quo textu antecedenti ſumpſerat, id eſt, pro compoſita ſubſtantia: ſimiliter, corpus vitam habens ſumpſerat pro compoſita ſubſtantia: & huius formam dicit eſſe animam, & hoc inferius magis apparebit. Probatio ergo Ariſt. eſt quod nō ſit anima cōpoſita ſubſtantia viuens, ſed ipſius forma.

Obiectio Dices: Vnde valet, quod ſi nō eſt cōpoſita ſubſtantia, quod ſit forma?

Solutio 1. Reſpondeo: quod hoc argumentū etiam eſt contra alios oppoſitæ ſententiæ. Vnde enim valet, ſi non eſt materia, quod ſit forma? dico tamen cum Auerroe, quod ſupponit, animam nō eſſe materiam: quia id eſt notum, cū materia ſit communis omni corpori, nec per eam differt animatum à non animato.

2. Dico etiam, quod qua probatione probatur non eſſe corpus, & cōpoſitum, quia cōpoſitum non eſt in alio: etiā probatur non eſſe materia anima.

Dubij. Dubitatur, quid intelligat per Potentiā vitam habens? Aduerte, quod dupliciter dicitur vita: vno modo pro forma ſubſtantiā, qua cōpoſitum dicitur viuens, ſeu potius pro actu formali, & eſſentiali, quem dat corpori, hoc eſt tale eſſe, & talis dicitur vita, actus primus. Altero modo, vita eſt operatio ab aīa, & tali eſſe veniens, ſcilicet nutritio, & augmētatio, morus, & alia: & talis dicitur vita, actus ſecundus.

Nota. 2. Aduerte vltcrius, quod dupliciter aliquid poteſt habere vitam potētia. Vno modo potentia eſſentiali, vt eſt tunc, cum caret anima: vt ſemen dicitur habere vitam in potentia eſſentiali, nō enim actu animā habet ſaltem ſenſiuam. Altero modo habet vitam in potentia accidentalī, cum habet quidem animam, ſed eſt in potentia ad operationes ipſius, vt augeatur, vel mouea-

tur, ſicut quod eſt calidum dicitur in potentia accidentalī, vt caleſcat.

Iuxta hoc eſt duplex modus exponēdi, qui. n. corpus pro materia ſumit, dicitur quod potētia ſumitur pro eſſentiali, & vita pro actu primo, vt ſit ſenſus: corpus, & materia eſt in potentia, ad vitam, & animā recipiendā. At qui tenent, ſumit corpus pro cōpoſito, potentiam pro accidentalī, & vitam pro actu ſecundo ſumit, & tunc eſt facilis ſenſus: Anima eſt forma illius corporis naturalis, quod eſt in ſe potentiam habens, vt nutritur, vel augeatur, vel moueatur.

Et hoc proſeō confirmat hanc exponitiōnē. Nā eo modo ſumitur vita in definitione, quo declarata fuit in præcedēti textu: at illic pro operationibus ſumpta eſt. Præterea, quia ridiculum eſſet dicere, anima eſt forma corporis, quod potentia habet animā. Definitio enim eſſet obſcurior: melius definitur per cōpoſitum cum operationibus, quæ notiora ſunt: eſt enim ſenſus: Anima eſt forma corporis illius naturalis, quod per ſe nutritur, & opatur.

Subſtantiā aut actus. Text. P.
Animam eſſe formam docuit, nūc actum, & primum eſſe, oftendit, & facit hoc argumentum: Subſtantia, id eſt, forma omnis, actus eſt: (Supplenda eſt minor) at omnia forma eſt, agitur actus eſt: ergo anima actus corporis talis, id eſt, potentia vitam habentis. Et vocat hic ſubſtantiā formam, vt dicit Simplicius.

Statim deducit eſſe actum primum, facta diſtinctione. Eſt enim actus primus, vt ſcientia, & forma rei: eſt autē actus ſecundus, vt ſpeculatio, & operatio à forma vel habitu procedens. Anima actus quidē eſt, ſed primus, vt ſcientia, & hoc patet ex eō, quia anima forma ſubſtantiæ eſt.

Oſtendit etiā aliter, quod ſit actus primus: quia ſicut ſpeculatio à ſcientiā procedit, & hæc eſt illius principiū, ita ab anima ſomnus, & vigilia procedunt,

Duplex
expositio.

Ratio
secunda
expositio.

Quod anima sit
primus
actus
corporis.

cedunt, & vigilia ſimilatur ſpeculationi, vt ſomnus habitui, & ſcientiæ.

Nota eadē ac cōdēta - les for - mæ ſunt actu primi, & ſecūdi reſpectu diuerſorū.
 Aduerte hic primò, quod dupliciter accidentales formæ poſſunt comparari. Vno modo ad ipſam ſubſtantialem formam cōpoſiti, in quo ſunt. Altero modo ad ſuas operationes ab ipſis procedētes. Si modo priori conſiderentur, omnes actus ſecundi dicuntur: ſi verò modo poſteriori, ſunt actus primi. V.g. calor reſpectu formæ ſubſtantiæ, eſt ignis actus ſecundus, at reſpectu calefactionis, actus eſt primus. Similiter ſcientia, homini, reſpectu animæ, actus eſt ſecundus: at reſpectu ſpeculationis ab ipſa procedentis, actus eſt primus. Idē etiā ſit in reliquis.

Sensus Ariſt. Ariſt. ergo vtiur comparatione, nō vniuoca, ſed pportionalī, ſcilicet. Ita ſe habet anima reſpectu operatio num vitæ, ſicut ſcientia reſpectu ſpeculationis, ſed hæc eſt actus primus: ergo & anima. Sed ſimpliciter nō eſt æqua ratio: nam anima ſimpliciter eſt actus primus viuenti, non autem ſcientia.

Dubij cuiusdā ſolutio. Ex quo intelliges cuiusdā dubij ſolutionem, quare Ariſt. aſſimilans animam ſcientiæ, poſtea dixit, quod eſt ante ſonnum & vigiliam, & ſomnus eſt ſicut ſcientia? Dixit enim hoc, vt in dicaret, nō ſic eſſe prorsus ſicut ſcientiam: eſt enim anima actus primus ſimpliciter in re, & ante ſpeculationem, & ante ſcientiam, cum ſit ante ſonnum, quæ ſimilatur ſcientiæ. Et nota exponitiōnem.

Nota 2. Aduerte iterum, quod ſpeculatio, quæ eſt ſcientiæ operatio, duplex eſt. Altera præcedens habitum ſcientiæ, per quam ſit habitus: nam ex frequentibus actibus, & ſpeculationibus ſit habitus. Altera eſt quæ eſt poſt habitum ſcientiæ, poſquam enim habet quis habitum ſcientiæ, ſpeculatur: & quauis ſpeculationes antecedentes, & ſequentes ſcientiæ habitū, ſint eiſdē ſpeciei, tamē, quæ ſequuntur, ſunt per

fectiores, faciliores, & præpōtiores. Hæc eadē diſtinctio ſit in omnibus actibus cuiusque habitus naturalis.

Ariſt. ergo loquitur hic de ſpeculatione perfecta, quæ à ſcientiæ habitu procedit, & talis actus ſecundus dicitur: adhuc autem talis ſpeculatio in eodem debet ſumi: nam in diuerſis, ſpeculatio prior eſt habitu, vt ſpeculatio magiſtri prior eſt habitu diſcipuli: at in eodem prior eſt habitus.

Et per hoc intelligimus, quod anima eſt actus primus non abſolutè, ſed in eodem cōpoſito, reſpectu operationum illius: quod eſt dicere, eſſe primum in genere cauſæ formalis: eſt enim primus actus illius rei.

Ex quibus colligit Ariſtoteles, quod cum anima ſit actus, & ſit primus, poterit ſic definiri: Eſt actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis.

Prior autem generatione in eodem. Text. VI.

Verba textus priora, iam ſuperius declarata ſunt: vnum tamen ſuperreſt declarandum, quomodo anima ſit ſimilis habitui.

Exponunt. n. communiter, quod ſicut habitus poteſt ceſſare ab operationibus, ita anima à ſuis. Hoc autē videtur dubiū, nam à nutritione non vacat quia dum vivit, nutritur viuens?

Aliqui dicunt, quod fat eſt, quod ab aliquibus vacet, ſcilicet, augmentatiōne, motu, ſenſu.

Alij dicunt, quod non continuo nutritio ſit, ſed per aliquod tempus frequenter vacat, & præſentim prope mortem, & in infirmitatibus, & alijs etiā ſed verum eſt, quod non conſiſtet multum temporis abſque nutritione: & ob id dicitur, dum vivit nutriti.

At quauis iſta expoſitio ſit bona mihi videtur poſſe dici, quod Ariſt. comparat animam ſcientiæ habitui in hoc, quod eſt principiū operationis: & in hoc, quod ratio habitus nō conſiſtit in operando ſiue operetur, ſiue non. Ita anima eſt

Sensus
Arist.

Quo ani
ma fit
actus pri
mus.

Quo ani
ma fit ſi
milis ha
bitui.

1. Expo
ſitio rei
citur.

2

3

4

principiū operationum vitæ: & esse animæ non consistit in operando, sed in eo, quod sit principium operationum. Unde habere vitam potentia, non est, non operari, sed habere principium, quo sic operetur, siue operetur, siue non. Est igitur anima actus corporis physici potentis, & habentis facultatē operandi opera vitæ. Et est notanda expositio.

Quod corpus vitæ habens sit organicum.

In sequētibus verbis textus probat, quod corpus hoc vitam habens, sit organicum, & instrumentale, habens varias partes, quibus operetur. Cū enim animata in se, & a se operentur, debent habere principiū, vt a se operentur, & organa, vt in se variè operentur.

Hoc ostēdit ex ipso sensu à minori. Nam plantæ, quæ inter viuētia minus sunt organica, adeo vt simplicia, & similia videantur, habent organa: ergo etiam alia omnia. Antecedens patet: nam habēt folia, quæ sunt cooperimēta illius, quod est circa fructum, id est, putaminum, & quod est circa fructum id est, putamen, cooperit fructum: habet etiam radices, quæ sunt sicuti os in animali, quibus cibum trahant: denique cū varia habeat numerā, & varias debet habere partes.

Cōpletur tota animæ definitio

Est igitur Anima actus primus corporis physici, & organici. In hoc verbo includitur. Potentia vitam habentis: quanuis ad maiorem declarationem, soleat addi, Actus primus: indicat, esse formam substantialem corporis physici, id est, non artificialis, sed naturalis, non cuiusque, sed viuētis, vt declaratum est.

Si autem aliquid commune in omni. Text. VII.

Definitionem illam omnī animæ cōpetere. Dubiū,

Concludit, si aliquid commune omnī animæ dandum est, esse definitionem datam, hæc enim omnī animæ cōpetit, in communiq̄ cōpletur, rationalem, sensitiuā, & vegetatiuam. Vnum statim excludit dubiū, quod peterat aliquis opponere. Videtur. a.

quod anima non sit corporis aliquid, sed potius aliquid per se: nam quomodo ex anima, & corpore potest fieri vnum, quod sit animatū, nisi aliquid aliud vniens ponatur, & hoc potius erit anima? Sic enim argumentabatur Arist. contra Platonem, 1. de anima, text. 91. quod non sint plures animæ in vno, quia oporteret illas quodam alio vniri?

Respondet

Respondet ad hoc, quod non oportet querere causam, quare, ex corpore & anima, vnum fiat: sicut nec, quare ex corpore & anima fiat ens per se. Vnū enim, & ens, pari modo dicuntur & se sequuntur. Vt enim est ens per se & per accidens, ita vnum, & vt ex anima, & corpore sit ens per se, ita vnum per se. Fit autem ens per se, quia anima est actus, & corpus potētia, & actus est, quod propriè est, ob id animatum ab anima dicitur esse, & vnum esse.

Nota.

Aduerte circa horum intelligentiā, quod d. 8. Metaph. cap. 6. queritur, quare ex materia, & forma fiat vnum per se, cū ipsa duo sint? & 7. Metaphysic. cap. 11. quare ex genere & differentia fiat vnum? & vtrobiq̄ respondet, quia vnum est, vt actus, alterum vt potentia: ex actu autem, & potentia, natum est fieri vnum per se.

Sensus Arist.

Per potentiam intelligit imperfectū in consummatū, & incompletum ens. Per actum, id, quod complet, & consummat. Ex incompleto autem & completo vnum fit: nec est alia causa, nisi quia vnum est in consummatū, alterū consummans, materia est imperfectum quid, forma perficiens, ob id ex materia, & forma fit vnum per se.

Hoc est igitur, quod modò dicit: anima est, vt actus perficiens: & completens corpus vt materia, incompletum, & imperfectum. Non est igitur opus querere, quomodo, aut quo fiat ex his vnum? sicut nec queritur, quare ex cerâ & figura vnū fiat? sed hoc est vnū accidentale, ex anima verò, & corpore fit

vnum

vnum essētiāle: sicut illud est ens per accidens, & hoc ens per se.

Aduertendum.

Attende, quod hic sumitur corpus pro materia ipsa, & altera compositi parte, sed non ob id putes, sic sumi in animæ definitione: in illa. n. probabilius est, vt diximus sumi corpus Physicum viuens, q̄ compositū est, at argumentū contra Platonē adhuc vim habet, nā plures animæ non sunt vt actus & potentia sed vt actus tantum.

Vniuersaliter igitur dicitur est quid sit anima. Text. VIII.

Anima esse formam.

Iterum concludit animæ definitionem vniuersalem. Est enim anima substantia secundum rationem, id est, forma, & quod quid, id est, natura talis corporis, scilicet viuētis corporis. Vide quomodo corpus pro composito sumatur, nam anima est quod quid & natura corporis totius.

Exemplū.

Explicat hoc exēplo artificiatum corpus, quod similitudinem habet cum naturali. Si securis esset animal, anima ipsius, non ferrum, sed figura esset, ita similiter corporis habentis in se principium motus, & quietis forma est anima.

Vbi iterum corpus pro composito sumi videtur, non enim materia est corpus habens in se principium motus, & quietis, sed compositum, & talis forma corporis dicitur anima. Et si cut securis non esset, ablata figura, nisi vocabulo æquiuocè sumpto, ita nec viuens esset viuens, ablata forma, seu anima. Hoc est vnum exemplum.

Considerare autem et in partibus. Text. IX.

1. Exēp.

Altero exemplo vtitur ex parte viuētis sumpto. Si oculus esset per se animal, profectò anima esset: non pupilla, id est, illa pars carnis, sed visus, & videndi principium, quæ est oculi forma, quo ablato non esset oculus, sed æquiuocè, sicut pictus oculus dicitur oculus. Si igitur in parte forma esset anima, si esset talis pars ani-

mal, hoc idē erit in toto, vt principii sentiendi in toto & totius forma sit anima sensitiui, vt sensitiuum est.

Non est autem quod abiecit. Text. X.

Qualiter corpus, cuius actus est anima, dicatur habere vitam in potentia, explicat, in quo manifestatur expositio superius data. Dicit, non sic dici corpus in potentia, ac si non haberet animam, sicut semen dicitur potentia viuens, quia non habet animā, sed dicitur potentia viuens, quod animam quidem habet, per quam possit exercere opera vitæ, & talis corporis anima, actus est primus.

Assimilat iterum eisdem exēplis. Nam ante solum animā explicat, nūc explicat, & comparat vitam, quæ est operatio animæ. Vigilia, & animæ operationes sunt, sicut incisio in securi, & visio in oculo, anima est sicut figura in securi, & visus in oculo: corpus, in quo est anima, sicut in materia est sicut ferrum, vel pupilla: totum autem animal, & animatum, est sicut pupilla simul cum visu.

Quod igitur non sit anima separabilis. Text. XI.

Vm Aristotel. animam actum corporis definisset, ac inde videretur aliquid colligi circa ipsius separabilitatē, hoc ipsum manifestat, diciturque, quod manifestum est, aliquas animæ partes inseparabiles esse à corpore: eas, scilicet, quæ sunt actus corporis: aliquas etiā separabiles esse, quæ nullius corporis actus sunt.

Dices: Quid intelligit Aristot. per partes? Philoponus dicit, partes substantiales & species: vt sit sensus animæ aliquæ inseparabiles sunt, id est, sensitiuæ, & vegetatiuæ, quæ sunt actus corporum: at rationalis non est actus corporis, ob id separabilis est.

Notat autem Philoponus duo Alterum, quod anima rationalis non sit forma informans, secundum Aristot.

Quomodo corpus actus est anima dicatur habere vitam in potentia.

Aliquas animæ partes esse inseparabiles à corpore & aliq̄s separabiles. Dubiū. 1. Solut.

Alterū, q̄ sint plures animę in homi-
ne in quo dici nō sibi cōstare, nā lib.
primō id reprehendit contra Plato-
nem: hęc eadem expositio ferē est A-
uerro. nisi quōd hic ponit vnum intel-
lectum in omniibus.

quæst. 2. probabimus: sed vult dicere,
quāuis ex definitione cōstet, esse ani-
mam omnē actum informantē, tamē
id nondum est probatum, & certifica-
tum: & sic exponit Alexand., & bene.

An Anima sit Substantia. Quæst. I.

VT Animę definitionem exami-
nemus, ab ipso genere incipia-
mus. Ponitur autem anima ab
Aristotele in genere substan-
tiæ. Videtur autem primō ita nō esse.
Substantia est, quod subsistit: at anima
non subsistit. Quod enim est quid in-
completum, & non per se, non subsi-
stet: tale est autem anima: ergo nō est
substantia,

Præterea secundō, Substantia est,
quōd secundum se subsistat accidenti-
bus: at anima non est huiusmodi, nam
accidentia non insunt animæ, sed com-
positæ substantiæ: ergo nō est substantia.

Præterea tertio. Anima est in sub-
iecto, vt hic fatetur Aristoteles, nō er-
go est substantia.

Præterea quartō. Anima non est spe-
cies, nec genus, nec indiuiduum præ-
dicamenti substantiæ, cum non sit to-
tum, vel quid complem: ergo substā-
tia non prædicabitur de ipsa, nec dice-
tur substantia.

Attende, quōd Galenus fuit dubius
in hoc, putans, animam esse tempera-
mentum qualitatum primarum, &
sic esse accidens: nam talis temperies
vel est ipse qualitates simul propor-
tionatę, vel vna simplex resultat. Vn
de lib. 3. de locis affectis, capit. 6. dicit
animam esse temperamentum quali-
tatum, ac cum his immutari. Idē lib.
3. de Simptom. & lib. 7. de vsu partiū,
cap. 8. fatetur se ignorare animæ natu-
ram, & libro de eo. Quōd mores ani-
mæ temperaturā corporis sequatur, du-
bius est, & inclinare videtur, quōd sit
temperies eō, quōd sit animæ mutatio
in ebrietatibus, & in varijs venenis va-

rios

1. argu.
a parte
negati-
ua.

2

3

4

1. Opin.
Galeni.

rios effectus efficiētibus: cuj dā enim
melancholiam, quādam phrenitid, quā-
dam lethargum inducunt, ac si anima
sit temperies illa mutabilis.

2. Opin. Hanc aut huic similem sententiam
recitat etiam Arist. text. 54 dicitque
esse rationabiliorē alijs multis: pu-
tā, quōd anima sit harmonia.

3. Opin. Alij Philosophi dixerunt, animam
esse substantiam corpoream, vt expo-
situm est in Arist. Alij, esse ex substan-
tia Dei, vt meminimus superius. Vari-
rē varij senserunt.

1. Cōcl. At pro dilucidatione sit prima con-
clusio. Anima non est accidēs, sed sub-
stantia. Hanc solent aliqui probare,
sed iudicio meo non efficaciter.

3. Ratio Auicē. Auicēna lib de Anima, ca. 7. & Alb.
summā de homine. q. 3. faciunt hęc ra-
tionem. Susceptiuum cōtrariōrum est
substantia: at anima est susceptiua cō-
trariōrum (suscipit enim in se habitus
contrarios) ergo est substantia.

Cōfuta-
tio huius
ratiois.

Sed hoc non videtur concludere.
Primō: quia id est in sola anima huma-
na. Præterea secūdō, quia negaretur
maior. Nam superficies susceptiua est
cōtrariōrum, id est albedinis, & nigre-
dinis; tā non est substantia. Quōd si di-
ceres, Superficiē recipere quia nō est
in alio: pariter diceret ille de anima.

2. Ratio Auerr. Auerroes com. 1. dicit esse per se no-
tum, animam esse substantiam, facit au-
tem argumētum. Omnis substantia est
nobilior accidentibus: at anima est no-
bilior accidētibus: ergo est substantia.

Reijci-
tur resp.
Auer. Sed ille negaret minorem. Et ad-
uerte, quōd est argumentum in secun-
da figura ex affirmatiuis duabus, & ita
nil concludit. Quod si maiorem con-
uerfam asumeret. Quicquid est nobi-
lius accidentibus, id est substantia: sed
anima est nobilior: ergo, &c. tunc ma-
ior esset dubia, nam perfectissimi ac-
cidens esset ceteris omnibus perfe-
ctius, & præterea, qui diceret animam
esse accidens, negaret minorem: Ani-
ma est nobilior omnibus accidētibus.

Albe-
tus in
presenti
aliter
probat
3. Ratio
Albert.
quia anima est pars substantiæ, cum sit
pars animati corporis: quōd est sub-
stantia. Sed adhuc non concludit: quia
negari id potest facili.

Ob id mihi videtur i. posse sic esse
4. Ratio,
di, primō duobus suppositis.

Primum est, quōd accidens nō agit
Primū
supposi-
tum.
vnuquam in virtute propria, nisi ab ali-
qua substantia sumptum, vt Instrumē-
tum, & calor non agit, nisi in virtute
ignis, nec frigiditas, nisi in virtute agē-
tis alicuius principalis. Hoc enim prin-
cipio vtimur ad probandum, grauiā,
& leuiā moueri a generante, vel re-
mouente prohibens. Non enim graui-
tas, vel leuitas possunt agere, nisi vt
alicuius instrumēta, sicut virtus in fer-
ro trahit ipsam ferrum, sed, vt talis vir-
tus est a magis. Nāquam enim ac-
cidens est causa principalis: quia cum
non habeat esse, neq; materiā per se,
neq; habebit similitudinem operationem.
Hoc principio vtimur ad inuadendam
diuersitatem substantiarum ex diuersi-
tate virtutum, & passionum.

Alterum principium est, animam
Secūdū.
esse primum principium internū mo-
tionis: hoc enim communiter omnes
vocāt animam.
Ex his sit argumentū. Nullū accidēs
est principium primum motionis: ani-
ma omnis est principium primum mo-
tionis: ergo nulla anima est accidens:
Consequentia est enidens: & maior, &
minor ex suppositis parent. Si enim ac-
cidens esset istud, nō moueret, nisi in
virtute alicuius substantialis principij:
& tale esset anima.

Probat a secundō. Id, quo duę sub-
stantiæ substantialiter differunt, ne-
cessario est substantia: at corpus viuēs,
& nō viuens sunt substantiæ substantia-
liter differētes per animam: ergo ani-
ma est substantia. Consequentia est cer-
ta cum maiori. Probo minorem, quōd
substantialiter illa differant, nam dif-
ferre per animam, certum est.

2. Ratio

Confir-
matio.

Et hoc etiam confirmatur: quia ab
surdum est dicere, sibi Aristot. contra
dicere, multasque in vno animas po-
nere: quod etiā inferius reprobatur. Et
absurdum quoque est, asserere, animā
rationalem non esse formam informā-
tem, nec actū esse corporis, atque ad e-
nec datam in communi animæ defini-
tionem ab Aristotele omni animæ cō-
uenire: aut nō vniuocē conuenire, cū
tamen Aristoteles simpliciter, & in
communi omne animam definierit, &
vniuersalem definitionem assignarit,
& omnem actum esse corporis organi-
ci voluerit. &c.

Amplius autem manifestum.

An ani-
ma sit a
& us cor-
poris, vt
nauta in
nauis?

Quia separabilem animam dixe-
rat, quia secundum aliquas po-
tentias non est corporis actus: posset
quis dubitare: an anima talis, sit actus
corporis, vt est nauta in nauis, scilicet
solum vtens corpore, & non dans esse?
dicit, hoc nondum esse manifestum.

Nec intelligas, quōd vult significa-
re, quod in definitione, actus vtroque
modo sumi potest, & non sit manife-
stum, quomodo sumatur: sic enim ali-
qui intelligunt, & decipiuntur, vt nos

Si non differunt substantialiter, ergo accidentaliter, & per aliquod accidens, sicut corpus album, & non album: tunc peto. Illud accidens, vel est commune, vel proprium. Si commune: ergo poterit inesse non viuenti, & sic laps per solam alterationem fieret animal: quod est impossibile. Si proprium, ergo aliqua etiam est forma substantialis viuenti propria: non enim differret in proprio accidenti, nisi differret in propria forma: quia propria à formis emanant, & distincta à distinctis, ergo illud erit anima: nam per animam primò differunt.

3. Ratio

Probatur item tertio. Si esset accidens, vel esset qualitas prima, vel ex qualitatibus primis, cum viuencia sint mixta, sed neutra possunt esse: nam tales qualitates non sunt principia multiplicium motuum, & operationum, quales insunt viuentibus: nõ ergo anima est accidens, nec esse potest.

4. Ratio

Denique consimilibus rationibus, quibus in libris Physicorum probatur forma substantialis: hic potest in viucentibus anima probari ex operatione, videlicet rei propria naturali, & semper eadem constanti, & permanente: hæc enim indicat potetiam, & potetia essentiam vnde prouenit, ac primū eius principium constans, & permanens naturale, & semper idem, atque ad eò non accidens, sed substantiam.

5. Ratio

Probatur tandem quinto, quia omnia accidentia viuentis, & omnia organa & eorum temperies, & dispositio ab anima conseruatur, quod experientia videmus: nam ipsa recedente, omnia diffuunt, & corrumpuntur: ergo anima aliud est ab ipsa accidentium omnium congerie, & ab omni denique rei accidente, quod conseruat. Conseruatur, quòd omnia rei accidentia, & tota temperies accidentium contrariorum, & diuersorum inter se ab aliquo debent conseruari, aliàs secū pugnarent, & dissoluerentur statim: er-

go opus est præire ipsa accidentia aliud vinculum ipsa colligens, & retinens.

Secunda conclusio. Anima non potest esse corpus. Probatur primò, argumento Arist. 1. animæ. text. 72. Corpus non potest esse simul, & cum quolibet parte alterius corporis. Nõ enim est penetratio corporum: at anima est in quacunque corporis parte: ergo nõ potest esse corpus. Minor probatur: quia in quacunque parte corporis est animæ opus, scilicet nutritio, motus, sensus: ergo est anima: non enim potest separatur ab ipsa.

Probatur secundò ex illo principio superiori. Nullum corpus est principium primū motus: at anima est principium primū motus animati: ergo non est corpus. Probatur maior. Si corpus primò mouet, animal ipsum etiam mouebitur: corpus enim non mouet, nisi motum sit.

Vterius. Omne corpus se mouens, habet partem motam, & mouentem: ergo corpus illud, quod dicitur anima, habebit partem mouentem: erit ergo hæc motus principium: ergo animæ, cumque hæc sufficiat mouere, non opus fuit ipsam ponere corpus.

Præterea probatur tertio. Si anima est corpus, vel est elementū, vel ex elementis mixtum, vel ex natura celestis corporis. Sed nullum horum potest esse. Non quidem elementū: quia elementa habent determinatos motus vel sursum, vel deorsum: at anima non tales, propterea illa necessariò, hæc secundum appetitum, mouentur.

Non mixtum: quia tunc impediretur à cognitione accidentium. Quod enim cognoscit, debet denudari ab eo, quod cognoscitur, vt dicitur inferius, & experientia patet. Cum enim manus est calida, non potest discernere calorem alienæ manus tactæ, & cum est frigida, non sentit alienam frigiditatem: quòd si anima esset, corpus mixtum,

2. Cõcl.
1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

Nota

vtique

vtique haberet qualitates, & accidentia varia, quibus impediretur ab exteriorum cognitione.

Præterea: non potest esse corpus celeste: quia hoc est inalterabile, & incorruptibile: at anima omnis alterabilis est, saltem per accidens, & corruptibiles sunt, Vegetatiua, & sensitiua: non ergo anima est corpus.

3. Cõcl. Tertia conclusio. Anima non est materia.

1. Ratio. Probatur. Materia enim nõ est principium actiuū motus: anima autem sic.

2. Ratio. Præterea. Corpora viuentia à non viuentibus non differunt in materia, differunt autem in anima, ergo anima non est materia.

2. Cõcl. Quarta conclusio. Anima est forma. Hæc colligitur discursu Aristot. Anima est substantia, non materia, non compositum: ergo forma.

Obiectio. Vnum superest dubium contra discursum superius. Non enim videtur valere, si anima est substantia, & non materia, nec compositum, quòd sit forma: Nam dicit quis, esse aliam substantiam spiritualem: nam hæc diuisio est corporeæ substantiæ, non autem substantiæ in communi, quæ diuiditur in spiritualem & corpoream?

Solutio. Ad hoc respondemus primò. Aristotelem supponere, animam non esse ens completum, sed incompletum, & ita non opus erat, vt ostenderet, non esse aliam substantiam spiritualem separatam completam. Deinde secundò, necessariò debet fateri, quòd Aristoteles supponit, animam esse in corpore, & esse actum corporis, vt ex eius definitione liquet. Quare ex hoc iam rejicitur sufficienter, non esse substantiam separatam, quæ non sit actus corporis. Deinde tertio, quia constat, animam esse subiectum accidentibus sensibilibus, & motibus saltè per accidens cum corpore animato, id autem nõ est substantiæ separatæ, sed in corpore existentis, & corpori vnite corporaliter,

& substantialiter. Quòd cum ita sit, vide, apertum argumentum est contra Auerroem, qui dicit, animam intellectiuam esse spiritualem substantiam vnã in omnibus: tunc enim destruitur discursus Aristot. Oportebat enim substantiam in communi sumi: & sic insufficienter esset diuisa, & discursus esset nullus. Hoc considera.

Soluamus argumenta. Ad primum dico, quòd substantia non dicitur ab eo, quòd subsistat, tanquam suppositum per se, sed ab eo, quòd non est in alio in hæsiuè: & sic sumpta diuiditur in illa tria membra. Loquor de corporeæ substantia, & ita forma est substantia.

secundum, pari modo respondetur. Non enim ab eo, quòd per se subsistit accidentibus, substantia in communi sumitur, id est proprium primis substantijs: sed, vt diximus, ab eo, quòd non sit inherens alteri.

Ad tertium, solutio est nota ex his, quæ sæpè alibi diximus. Forma enim & anima non sic dicuntur in subiecto, sicut accidens dicitur esse. Non enim accidens subiectum, sicut forma materiam, perficit.

Ad quartum, respondeo, quòd, cum dicitur, anima est substantia, non præ dico substantiam, quæ est genus generalissimum: hæc est enim substantia completa: at anima incompleta est substantia, & pars substantiæ, non autem completa substantia. Dicitur autem substantia vniuersaliter sumpta pro composita & pro parte, quam dicunt esse analogam, vt alibi dicemus.

Dices: Nunquid anima est genus, vel species, prædicatur enim vniuoce in quid de pluribus?

Dico, quòd est species logica, sed nõ physica. Vt sit species, vel genus logicum, fat est, vt sit quoddam commune prædicatū quidditatiuū: at vt species sit physica, vterius debet esse completa natura, & non pars, qualis est anima. Reductiuè ergo ad genus pinet.

Secundo

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Dubiū.

Solut. r.

2. Secundò respondeo, quòd sicut anima est pars, ita etiã dici potest habere partialia genera, & partiales species, &c.

3. Tertiò, & fortasse probabilius dicimus quòd genus animæ propriè non est substantia, sed forma substantialis. Hoc autem esse verum, & propriè genus, & verè & propriè habere species formarum substantialium sub se, vegetatiuam, sensitiuam. Haec nota, quantum breuiter dicta: non enim immoror in his: quia logica, vel metaphy. sunt.

An definitio anime sit vniuoca? siue (quod in idem recidit) An sit anima assistens, et vna in omnibus hominibus? an sit informans, et singulis diuersa? *Questio. II.*

Quæ in hac questione agenda.

HAEC est solennis illa difficultas de anima assistente, ipsius enim determinatio, & elucidatio, & eorum, quæ dicta sunt, & dicendorum, magnam afferet veritatis lucem.

Ut igitur distinctè procedamus, facia sex. Primò, sensum questionis aperiam, ac opiniones illustrium Philosophorum ponam. Secundò, opinionem Auerrois peculiariter explanabo cù suis rationibus, nulla, me sciente, prætermissa. Tertiò, euidenter probabo, esse contra Aristotelem, & cõtra principia Arist. Quartò, esse contra verã Philosophiã, & lumen naturale Quintò, opiniones alias falsas confutabo, & præsertim Miradulani, & Achiloni nõ minus impia, & fatua, quam Auerro. de vnitare, scilicet, animæ informatis in omnibus hominibus. Sextò proponam veram doctrinam. Et tandè septimò soluam rationes in oppositum.

Circa sèsum tituli quæst.

Altero modo pro forma vel substantia, quæ non vnitur essentialiter, nec secundum substantiam, sed solum secundum operationem quandam, sicut nauta vnitur nauì, quam mouet, & Intelligentia orbi, & talis dicitur forma assistens. Cùm autem forma his duobus modis sumi possit, pariter etiam actus. Erit itaque duplex actus, & informans, & assistens.

Ex hoc surgit difficultas: quomodo in definitione animæ sumatur? Et quidem, si sumatur tantum pro informante, tunc definitio erit vniuoca: si tamè partim pro informante, partim pro assistente, vel in communi, non erit vniuoca.

Difficultas autem tota est de anima rationali, de vegetatiua enim & sensitiua omnes fatentur esse actus informantes: de rationali est controuersia. Vnde quæ dicunt non informare, dicant esse definitionem analogam: qui dicunt informare, dicunt illam vniuocam esse.

Sensus ergo questionis est: an in animæ definitione cõprehenderit omnem animam, an actus tantum sumatur pro informante, & si vis clariùs: an anima rationalis secundum substantiam suam si corporis forma.

Et quantum sit multum in hac coniuncta, materia de immortalitate ipsius, nihil tamen hic ea de re tractabitur, sed suo loco lib. 3. solum ergo hic de informatione tractabo.

Sunt igitur quatuor sententiæ in hac parte. Prima est S. Thom. Alexandri, Augustini, & ferè Latinorum, quæ dicitur: esse vniuocam animam, quæ rationalis corporis ex forma informatis.

Alia est sententia Hilop. text. 11. & Simplicii. text. 7. qui animam rationalem non informatem credunt, sed solum videntem corpore, sicut nauta est in nauis: ita tamen, vt quilibet anima sit in suo corpore. Quæ sententia fuit Platoni, & Gregor. Nysseni. 2. de anima, cap.

Quid intelligamus per formam, solum per modum operationem quandam, sicut nauta vnitur nauì, quam mouet, & Intelligentia orbi, & talis dicitur forma assistens. Cùm autem forma his duobus modis sumi possit, pariter etiam actus. Erit itaque duplex actus, & informans, & assistens.

In quo consistat difficultas.

Sensus questionis.

1. Opin. S. Thom. Alexandri, &c.

2. Opin. Philop. & Simplicii.

cap. 5. Credebat autem Plato, quòd homo esset sola anima, corpus autem non esset hominis pars, sed instrumentum, & mobile, eum tamen non ita sit, sed verè homo ex vtroque essentialiter consistet.

3. Opin. Themistii. Tertia sententia fuit Themistii, 2. de anima, cap. 28. vsque ad 32. quòd anima intellectiua esset assistens solum, & substantia quædam incorporea, ac immaterialis, sempiterna vna cum eorum in omnibus hominibus. Credidit autem quòd homo substantialiter consistit in tali forma, imò nõ est aliud homo, quàm talis forma, quæ dicitur Intellectus.

4. Opin. Auerro. Quarta sententia est Auerro. 3. de anima, com. 5. differens ab omnibus Graecis, quam Bessarion, libro 3. contra calumniam Platoni c. 22. dicit solius fuisse Auerro. & ab Alberti tractu: contra vnitatem Intellectus, dicitur tantum esse illius. Ipse autem Auerro. dubitando dixisse id videtur, & rogando alios vt sua placita scriberent: & quòd ille dubitatiuè dixit, id quidam tanquam certissimè receperunt. Sententia ergo Auerrois, exponatur, & sit 2. pars, questionis ex his, quas proposuimus.

Sententia Auerro. consistit in tribus. Primò.

Sententia Auerrois consistit in his tribus. Primò, quod est quædam anima particularis hominis, ei essentialis, per quæ distinguitur à cæteris animalibus, quæ cogitatiua dicitur, & hæc est sensitiua tota organica, quantum ad omnes ipsius potentias, per quam sola singularia cognoscuntur, educiturque de potentia materie, & corrumpitur, corrupto composito, & generatur cum ipso multiplexque est, pro multitudine hominum, quilibet enim habet suam.

Secundò, esse quædam aliam animam intellectiuam, quæ nõ informat sicut prior, sed assistit, & per hanc homo non distinguitur essentialiter à brutis, nec ab ista suam sumit speciem: hæc autem est sempiterna, vna in omnibus hominibus, singulos præcedens, & post singulos manens, singulisque vni-

tur per phantasmata, & per eã quisque intelligit. Aduertendum autem, quod differt à Themistio multum. Nã Auerro. hominem putat non essentialiter consisti per intellectum, sed per animam cogitatiuam, at Themistius putat hominem esse ipsum intellectum: & hoc minus est absurdum, quia saltè saluat modum, quòd homo intelligat: quem non potest assignare Auerro. vt dicemus.

Dicit tãdem tertiò Auerroes, quòd Intellectus hic dicitur plures extrinsecè, quatenus diuersa phantasmata habent ordinem ad ipsum: sicut columna dicitur dextra & sinistra, respectu diuersorum, tamen in se vna est; ita intellectus hic multiplex est respectu phantasmatum diuersorum hominum, quibus operatur.

Dices: Quæ vno est ista? Dico, quod nec ipsemet Auerro. (credo) intellexit, & qui sequè, variè exponit: omnes autem modi sunt imaginarij, tamè dicam illum, qui ei conformior est.

Aduerte igitur ex 3. Physicis quòd eadem operatio, qua agens agit, & patitur patiens, vt eadè est res calefactio, qua calefacit ignis, & calefit aqua: ex quo sequitur, quòd sit vno quædam ratione huius operationis inter agens & patiens, quia vna est operatio. Cùm igitur obiectum habeat rationem agentis, & potentia rationem patientis, in respectu speciei, sequitur, quòd eadè est operatio, per quam phantasma agit in intellectus speciem, vel Intellectus sumit speciem à phantasmate: ob id ratione huius operationis nobiscum ille Intellectus. Et notandum, quòd qua parte recipit speciem, dicitur passibilis, qua parte agit, & intelligit, dicitur agens, vna tamè est substantia separata: hæc est impij Auerro. sententia.

Quinta opinio est non minus fatua, & impia, quàm Auerro. atque haud scio an magis asserentis, vnam esse animam rationalem, non assistentem, vt ille erat Intellectus Auerroisticus, sed in formam.

Notandum differt inter Themist. & Auerro.

Tertiò.

Dubium Auerro.

Explicatio eius.

5. Opin.

formantem in omnibus hominibus, est q; Mirandulani, lib. 3. 2. de euerfione singularis certaminis, sectione. 1. & lib. 3. 3. sect. 2. & 6. & Achilini lib. de Intelligentijs, quodlibeto. 3. dubio. 2. & 4. vbi uterque contendit per Philo sophiam, & ratione naturalē ita esse; & per Arist. quoque, quauis, per fidei dicant, aliud esse dicendum. Hęc opinio in nullo alio ferē differt ab Auerro, quā quod ille assidētē, isti verō eam ponant vnam, in forma; hoc ergo impium deliramentum post consultationem Auerrois euertemus; nunc iam rationes Auerois, & eius fundamenta refutemus.

Primò Probatur ergo Auerro, stultitia. Primò autoritate, quāuis re ipsa nulla sit in toto Arist. quā probet talem unitatem Intellectus; imò nec vllum eius referat vestigiū; nec ipse citat; nam adducam aliqua loca, quā pro illo ad ferri posse, alij videntur. Primò animæ text. 8. dicit, Intellectum esse antiquissimum, & secundum naturam dominum. Præterea. 2. animæ. tex. 1. dicit non esse actum corporis, & 3. de anima, text. 5. esse immixtum & separatum, & 2. de generatione animal. cap. 3. de foris venire.

2. Ratio. Probatur etiā secūdo argumento, quod facit Auerr. disput. 1. cap. 8. Omne quod plurificatur numero, habet materiā; sed Intellectus nō habet materiā, vt dicit Arist. 3. animæ, text. 6. ergo non potest esse plures numero: ergo erit idem in omnibus, & vnus.

3. Ratio. Præterea tertio ibidem arguit. Nā si plurificaretur, cum ipse sit immortalis, ac mundus ab æterno, secundum Aristotel. sequeretur, quod essent animæ infinite actū: at infinitum actū esse non potest.

4. Ratio. Præterea quartò, & hoc est fortissimum apud ipsum, quod sumpsit tamē à Themist. Si intellectus est in materia, ergo est singularis; sed singularis esse non potest, ergo non est in mate-

ria. Probatur minor. Si esset singularis, non posset recipere speciem vniuersalem, nec intelligere vniuersalia; cū autem intelligat vniuersalia, erit profectò vniuersalis, & abstractus.

Præterea quintò. Si esset forma, nō posset esse ante corpus, sed necesse ariò deberet de nouo produci: hoc autem esse non potest; nam sequeretur, qd esset corruptibilis: quod patet. Nam secundum Aristotelem, qd incēpit esse, non erit perpetuum. Nā. 1. Cæli, cap. 10. arguit contra Platonem dicentem, mundum fuisse factum, dicit, quod si factus esset, utiq; corromperetur.

Præterea sextò, ex Iand. 3. de anima. q. 5. si Intellectus informat, ergo pēdet ex dispositionibus sensibilibus materiæ; ergo illis remotis, corrumpetur (quod enim est in materia pēdens à dispositionibus ipsius, his remotis, corrumpitur) hoc autem falsum est.

Præterea ibidē septimò. Si Intellectiua anima secundum suam substantiam informat vniturq; materiæ, peto de illa vnione. Vel est substantia ipsius animæ, vel accidens. Si substantia; ergo, remota vnione, non manet anima substantia, & sic corrumpitur. Si accidens, ergo separabile, vel inseparabile. Si inseparabile, ergo, illo remoto, simul destruetur anima: aliter nō esset inseparabile. Si separabile: ergo non potest manere anima in materia absq; vnione, & sic erit vnita absq; vnione: qd est impossibile: ergo anima nō vnitur secundum se.

Præterea octauò sequeretur, quod homo nūquam esset corruptus: quod est falsum. Deducit sequelam sic. Si anima intellectiua est forma, ergo in homine nulla est alia forma substantialis, nisi illa: sed illa est incorruptibilis, similiter & materia & homo nō dicit aliud, nisi ista; ergo non corrumpitur, sed est quedam separatio.

Arguit nonò. Si intellectus est forma, ergo diuisibilis est, saltē per accidens:

5. Ratio

6. Ratio

7. Ratio

8. Ratio

9. Ratio

dens, quia cum sit in materia quanta, diuidi, & extendi debet extensione illius: at Intellectiua anima, indiuisibilis est: ergo nō potest esse forma.

10. ratio

Tandem est decimum argumentū nostrum. Si anima est forma secundum suam substantiam: ergo omnes ipsius potētia sunt organica: Sed hoc est impossibile: tunc enim non esset separabilis. Consequentia probō: quia si aliqua esset non organica, tunc talis esset abstractior, quā animæ substantia: quod esse non potest. Non enim accidēs est abstractius suo subiecto. Hęc sunt argumenta; quibus ista sententia innititur: & hæc est secunda pars quaestionis.

Cōfutatō impij Auerois.

Probandum est modò, talem sententiam esse prorsus contra Aristotelem & contra principia ipsius: & quidē hoc non est operosum probare: ad eum constat, vt Aristotelem videantur ignorare, & oculis obtinere elaudere, qui talem errorem ei adferunt. Incipiamus ergo id ostendere.

Quod eius sententia sit contra Arist. & Aristot. principia. Primus locus Arist. cōtra Auerro manifestus.

Est primus locus; 12. Metaphys. tex. 17. vbi dicit, eas causas efficientes esse ante suos effectus; tamē formalē simul esse cum ipsis, nec posse ante esse: vt sanitas non potest esse ante sanum: at à parte potest non ita est; non enim prohibet aliquam formalem causam manere post effectum, & hæc est anima: non omnis fortasse, sed mens. Hęc dicit Arist.

Vbi nota, mentem esse causam formalem, non antecedentem effectum: quod si non antecedit, producta est, si non antecedit informans est: nam assidens illa Auerro æterna est. Nec poteris dicere, quod per mentem intelligit cogitatiuam: nam cogitatiua non manet post effectum: est enim corruptibilis: at mens manet.

Reiciūt cōsfugge quæ cogitari possunt,

Nec poteris dicere, qd dicitur non esse ante omnes homines simul, nam hoc modo non diceret, qd manet post: loquitur ergo de singulis per se: Etiā

non poteris dicere, qd loquitur dubitativē: nam cum dixit, Fortasse, non dubitauit de mente, sed de omni anima: ad de mente, vt certum protulit.

Nec fuit ex sententia Platonis: quia id est contra ipsum: nec alterius Philosophi: quia nullius meminit vnquam Aristot. qui talem habuerit sententia: ergo id ex propria sententia dixit.

Vnde habes, mentem esse formam informantem, productam, & immortalē: ac consequenter multiplicatam, cum non antecedar effectum, & compositum. Hoc vnū sufficebat testimonium profectò, cum talis error nullus pro se testimonium habeat.

Sed notandum etiam secundum testimonium. 1. de anima, text. 66. loquēs de Intellectu immortali, dicit hæc verba: Ipsum intelligere, & ipsum speculari, immarecessit alio quodam interius corrupto: ipsum autē impassibile est. Cogitare autem, & amare, aut odire, nō sunt illius passiones, sed huius habentis illum, & prout illū habet. Hęc Aristoteles.

Secūdus locus Arist. cōtra Auerro, non minus efficax.

Nota.

Vbi nota, quod cogitare & amare, & passiones sensus, dicuntur esse compositi ex Intellectu seu anima intellectiua, & corpore, & quod nō per aliud principium cogitamus, amamus, odio habemus, & exercemus reliquas composita affectiones sensibiles, nisi per illud met principium, quo speculamur, quod si ita est, quomodo audeat dicere Auerroes, quod per Intellectum solū speculemur; & per aliam distinctam animam cogitemus, cum eidem principio hæc omnia tribuat Aristoteles? quod si idem est principium sentienti, & intelligendi essentialē, scilicet Intellectus, erit profectò forma informantis: nam principium sentienti nō potest esse abstractum, cum sentire sit compositum, & totius, nullo reclamante.

Sit tertium testimonium. 1. Ethic. cap. 7. volens indagare hominis beatitudinem, sumit principium hoc: Beatitudi-

3. Locus Aristot.

itudinem hominis esse ponendam in ea ipsa operatione, quae homini est propria, in qua à brutis distinguitur, atque ex hoc inferitur, quod non in vegetatiua, nec in sensitua collocanda est: haec enim communes sunt cum alijs: sed in solari rationali & intellectiua parte poni debet: haec enim est homini propria in qua à brutis distinguitur. Hec dicit Aristoteles:

Quomodo ergo dicit Auerroes hominem non per intellectum à brutis distingui, sed per animam cogitatiuam? ponenda ergo erat in huius operatione felicitas, Intellectus enim non pertinet per ipsum ad hominis naturam constituendam; nec est pars hominis, per quam ab alijs differt.

Inepris-
sima fuga
reijci-
tur.

Quod si dicat, quod Arist. loquatur ibi vulgariter? Profectò hoc est responsum indignum homine. Quis enim patietur Aristot. indagantem rem maximi momenti, scilicet hominis felicitatem, & finem vltimum, ac beatitudinem, quod procedat vulgariter, & ex principio falso?

4. Locus
Aristot.

Sit quartum testimonium. Proble. sect. 30. quæst. 4. qui locus est maxime nominandus, & dignus, ut ab omnibus legatur: in eo omnes hi Modernorum errores eradicanntur. Ibi querit Arist. cur senes vigeant magis mente, & facilius discant? Respondet in vltimis verbis: quia senes sunt iam pleni scientia, & perceperunt multa: cumque mens non sit infinita, ut infinita capiat, non potest de nouo recipere plura, sicut iuuenes, qui mentem vacuam habent.

Proble.
Aristot.

Quædã
Aristot.
dicta.

Vt tamen hoc explicaret ipse, præmisit aliqua, quorum primum est, naturam dedisse nobis duo instrumenta, cum nos fecit, manum, & mentem: mentem dedit animæ, manum corpori. Vtenim est manus instrumentum corporis, ita mens instrumentum animæ: notatque vtrumque esse opus naturæ.

Nota.

Perpende iam hic mentem non esse separatam Intelligentiam: non enim

esset animæ instrumentum, nec esset opus naturæ. Sed collige tu, mentem esse potentiam animæ rationalis, quod dixit. 1. Ethico. cap. 6. ut visus inest pupillæ, ita mens in anima.

Dicit illic secundò, quod sicut manus, quamuis sit à natura, non statim perfecta est, sed paulatim perficitur tempore succedente: ita mens, licet sit à natura, tamè non statim perfecta est, ut possit operari, sed post tempus.

Nota iterum, esse opus naturæ mentem, & imperfectam à principio: quæ non possit intelligere separata in se.

Dicit tertio, quod sicut manus instrumenta alia acquirat, quibus operetur perfecte, scilicet gladium, tibiam, calamum, & alia: ita mens sua instrumenta, & hæc sunt scientiæ.

Addit quarto, quod instrumenta mentis tardè acquiruntur: ob id dicitur mens contingere sensibus, non, quia non sit potentia animæ à natura data, sed quia tardè perficitur per scientias, & habitus.

Nota ex hoc, cum dicit Aristot. aliam mentem aduenire, non velle dicere, quod sit intelligentia separata, sed quod non à natura omnem suam habeat perfectionem, sed post tempus. Hoc enim clare ipsemet exponit. Vide tu quomodo ista quadrèt vni intelligentiæ sempiternæ omnibus solùm assistenti.

Nec poteris dicere, non esse ex propria sententia Aristot. quia nullus Philosophus est, cui tale possit adscribi.

Sed, ne à libris de anima discedamus, discurremus per eos libros de anima, in quibus mens Aristotelis magis apparebit, sit quintum testimonium ex 1. de anima text. 12. & 13. vbi inquit, an omnes animæ passionēs sint communes, vel aliqua sint propriae: dixitque conducere hoc maxime ad animæ separabilitatem cognoscendam. Dicit ergo, intelligere esse proprium, seu videri proprium ipsius animæ, tamè reliquas operationes esse communes animæ cum

Nota.

3

4

Nota.

Reijci-
fugaque
dam.

5. Locus
Aristot.
contra
Auerro.

Nota.

ma cum corpore. Absq; dubio de anima Intellectiua hic sermo est.

Si igitur anima Intellectiua est, quæ habet operationes communes, scilicet sentire, amare, & reliqua, & quæ videtur habere proprium, scilicet intelligere: rectè sequitur profectò, quod idem sit principium, eademque anima; quæ intelligere, & sentire nobis prouenit: ergo est forma informans: aliter non esset sentiendi principium. Quomodo ergo Auerroes duas ponit animas, vnam ad sentiendum in materia, alteram ad intelligendum abstractam, quæ nomen animæ non meretur?

6. Locus
Aristot.
contra
Auerro.

Sit sextum testimonium ex eodem 1. text. 33. Dixit esse fabulam Pythagoricam, quod anima subintret corpora varia. Et ratione dedit: quia corpus est instrumentum animæ. Vt autè ars non vititur instrumentis alterius: non enim vititur tectonica tibijs, ita nec anima vna diuerso corpore.

Nota.

Perpende ergo, si ista anima Intellectiua vna prorsus est, quomodo potest modò in me, post in alio, modò in h's, postea in alijs venturis esse profectò, nihil potest responderi, quod posset dicere Pythagoras contra Aristotelè: non igitur tale signum est doctrina Aristotelis.

7. Locus
Aristot.

Septimum testimonium est eodem 1. in text. 90. & sequentibus: vbi Arist. reprehendit Platònem, dicentem, intelligere, sentire, & appetere; & reliqua prouenire in vno homine à diuersis animabus, scilicet Intellectiua: quæ erat in cerebro, in corde sensitua, & in hepate vegetatiua: & hoc arguit, & vult vnam esse animæ substantiam, à qua omnino ista proueniant, secundum varias tamen potentias. Et hanc mentem Aristot. explicant insignes Philosophi, Simplicius, & Philoponus, elegantè ibi. Igitur idem est principium secundum substantiam, quo sentimus, & intelligimus: aliter enim totus ille corrumpit Aristotelicis discursus.

Nota. 1.

Sed accedamus ad secundum librum, & sit octauum testimonium: Anima omnis esse actus primus definitur. Si ergo anima Intellectiua est anima, ut omnes ipsæ etiam fatentur, siue vniuèrsè, siue analogicè sit, debet esse actus primus: ergo non vnitur solùm secundum operationem: sic enim esset actus secundus. Vide expressum testimonium, quod ipsi non aduertunt.

8. Locus

Nota.

Confir-
mat idè.

9. Locus
Aristot.

Adde etiam, quod *en-telecheia*, significat quod perficit, consumat, complet, quod propriè est actus & forma informantis, non enim dicitur nauta *en-telecheie* nauis.

Præterea sit nonnò ex eodem 2. textu. 7. Dicit, Non oportere dubitare, quomodo ex anima & corpore fiat per se vnus, quia & id, sicut ex actu, & potentia: at ex actu assistente, & corpore, impossibile est fieri vnus per se, cum vtrumque sit secundum se completum ex sola forma informante: vnus fit per se, cum materia, cum autem ex omni anima cum corpore fieri dicatur vnus per se, profectò forma erit informans.

10. Locus
Aristot.

Præterea est decimùm ex eodem 2. lib. textu. 74. & est hoc adèd testimonium expressum, ut responderi non possit. Dicit Aristot. quod duplici forma dicimur scire. Vna est habitus scientiæ, secundum quæ sumus potentes contemplari, sicut potentia sensitua sentire. Alterum est principium primùm formale, sicut sanitas e dicimur sani. Dicit statim, quod anima non est sicut illud prius, sed sicut posterius: anima. n. intelligimur, sicut sanitate sani dicimur. Vide clarè, animam Intellectiuam verè formam esse vnitam secundum esse.

Nota.

Et aduerte ibi, quod vbi dicitur, scientiam, Græcè dicitur, *epi-
stimon*, quod vocabulum, scientiam perfectam apud Aristotelem significare solet, ut intelligas de intellectu sermonem facere, non de cogitatiua.

Vndecimùm ex eodem text. 3. vbi Intel-

11. Loc9 Aristot. Intellectum dicit continere sensitivum sicut tetragonum, trigonum. Constat autem quod trigonus non est in tetragono formaliter, sed est una figura in substantia: est igitur una anima substantia in homine, que simul est sensitiva, simul & intellectiva.

Nota. Nec poteris dicere, quod intellectivum significat cogitativum illud Averrois: nam Græcè habetur *dianoicon* quod est discursivum, vel intellectivum quod ad mentem attinet: venit enim à *nois*, quod dicitur mens, & Intellectus.

12. Loc9 Arist. c6 tra Auc. Sed accedamus ad librum tertium, & sit duodecimum testimonium. Statim text. 1. dicit, De parte, qua anima sapit, & intelligit, oportet tractare. Peto, quid per partem intelligat? Necesse fariò dices, quod potentiam, nam aliter non diceret quod anima sapit per se: cum autem ista pars sit intellectus, ergo intellectus potentia quædam est anima, nõ substantia aliqua separata?

13. Loc9 Arist. c6 tra Auc. Accedat vltimū testimonium, quod est pulcherrimum, & consideratione dignum, paulò tamen latius est exponendus Aristoteles, volens sensum, & intellectū distinguere, textu enim 11. semper hanc viam distinguendi obiecta: dixitque aliud esse quid rei: aliud esse ipsius rei: ut aliud caro, aliud quid est caro. Cum autem illud sensu hoc intellectu dignoteatur, diversus erit ab ipso sensu intellectus. Dicit tamen, quod sicut quid, & esse rei non separantur, ita nec intellectus, & sensus, nisi ratione.

At videns Arist. quod intelligimus res separatas realiter, vel potius videns Intellectum esse in magnitudine, & non separatum à sensu, sicut quid est rei sensibilis, non separatur à re, dubitat in text. 36. an possit intelligere substantias separatas, ubi ipsam in materia supponit esse. Quid manifestius dici poterat? Hoc itaq; multum considerandum.

Ex quibus omnibus liquet, perfectò il

lud Averrois monstru, esse alienum à tota Aristotelica doctrina, ipsiusque proprium somnium esse, atque delirium quod melius foret ipsi, non ppalasse.

Ostendam tamen adhuc esse contra principia, que Arist. in sua observavit doctrina. Et primò Aver. hunc intellectum ponit substantiam immaterialem, per se subsistentem. Est enim Intellectus quædam, que varias recipiès species à phantasmatibus diversò rù individuo rù intelligit in multis, & per ipsam multū intelligere dicitur.

Examinemus ergo, que Arist. dicit de natura substantiarum separatarum à materia, & videamus, an conveniant huic Averroistica Intellectiva: sed prius ad hominè ipsū, ex Arist. iuxta eiusdem Averrois interpretationem.

Igitur Arist. 12. Metaphys. tex. 45. ait, separatas Intellectivas esse immutabiles, seu immobiles. Unde colligit Averroes, nulla eas recipere accidentia de novo: & tales, secundum Averroem, posuit Aristoteles substantias immateriales. Si ergo iste Intellectus substantia immaterialis per se subsistens est, quò recipit de novo species intelligendi? quomodo habitus?

Præterea: si recipit & intelligit, debet habere diversam potentiam, alteram, secundum quam recipiat: alteram, secundum quam sit agens, & intelligens: quia ab eadem potentia non proveniunt ista, secundum Aristotelem. Ac multò magis si quis putet, ut idem Averroes, Aristotelem fecisse substantias separatas puros actus, aut verò purissimos, & simplicissimos, ut quidam Averroistæ: nam tunc nec accidentia vel ab essentia diversâ, nec potèntias illas duas, quas diximus, habere possèt quibus agerèt, & reciperèt. Perfectò hoc puto esse ad hominè tam validum argumentū, ut non possit respondere.

Alterum dictū est Arist. de talibus substantijs, 12. Metaphys. tex. 51. ubi ex eius Averro. sententiâ docet, substantias illas,

Quod hæc Averro. sententia sit cõtra Arist. doctrinæ principia.

1. Ad hominè, ex Aristot. iuxta ipsius Averro. iterpretationem. Auer. in terprotatio.

Cõfirmatur idè.

Iterū ad hominè ex altero.

dicto Aristot. illas, quas ipse putabat æternas, nõ habere intellectiõnè distinctã à sua substantia, sed ipsarū intelligere ait esse propriã substantiã, aliter, inquit, lapsarentur. Quicquid de hoc sit, & an ita senserit Aristot. tamen hæc doctrinam esse Aristot. iuxta Averrois sententiã, palã est. Si ergo iste Intellectus immaterialis, æternus est, quomodo in se novas intellectiõnes recipit, secundum Averroem, & ab ipsis rebus? Si autem ista recipit, cur & alia non possunt recipere? Vides, quàm ista repugnet inter se: atque hoc ad hominè.

1. Principiū Aristot. cui repugnat Averro. Est autem alterum principium verè Aristotelis. Quis enim ignorabat Ideas ab Aristotele ubiq; impugnari? Peto ergo: Iste Intellectus existens in omnibus hominibus, vel est univèrsalis natura, vel singularis. Si univèrsalis natura: ergo est Idea prorsus? Si ergo singularis: ergo habet materiam, & non intelliget univèrsalia? Nam propter hoc argumētum Averro. cogitur ponere intellectum extra materiam, quia si esset in materia, inquit, singularis esset, nec posset univèrsalia intelligere. Si ergo eiusmodi argumentum valet, profecto Intellectus esset Idea: vel si singularis natura, nõ intelligeret univèrsalia. Pugnatur ergo talis ratio ipsius cū principio Aristotelis.

3 Principiū Aristot. Est tertium principium. 8. Physico. Dicit, debere esse proportionè inter motorem, & mobile: ut si mobile unū, motor vnus: si mobile æternum, motor æternus, & econtrã. Si ita est, quæ proportio est inter intellectum hūc æternum, & corpora humana; quorum omnia corruptibilia sunt?

Reijciit fuga Averro. Et quanvis, ut ipse dicit, non possint omnia corrumpi, quin aliqua maneant, tamen talis perpetuitas est per accidens, & in specie: at perpetuitas Intellectus illius est innatura vnica, singulari: & propterea quãvis detur, quod non deficiat individuum humanum, perfectò id non potest esse simpliciter necessarium, sicut Intelligentia illa: propterea non concluderet Aristot. ex perpetuitate Intelligentiæ, perpetuitatem orbis. Nam posset dici, quod fat est perpetuitas in specie, scilicet quod sit alius, & alius orbis.

ter necessarium, sicut Intelligentia illa: propterea non concluderet Aristot. ex perpetuitate Intelligentiæ, perpetuitatem orbis. Nam posset dici, quod fat est perpetuitas in specie, scilicet quod sit alius, & alius orbis.

Est quartum principium Aristot. Dicit, quod motus nobis, movetur ea que sunt in nobis: si ergo Intelligentia est in me, & solum in hominibus motis hominibus, movebitur saltem per accidens Intelligentia: quia homines mutant totum locum, & non sunt sicut cælum, quod intra unum locum movetur, ob id potest Intelligentia non moveri cum ipso: at in hominibus totum locum mutantibus non est intelligibile, quod non moveatur. At ipse dicit Averro. de anima, com. 66. quod nec per se, nec per accidens moveatur: quod hoc potest concordare, cõcordetur putò fieri non posse.

Quintum principium est Aristot. 5. Physico. solum tres modos ponit, quibus aliquid dicitur operari. Primus est secundum totum, ut ignis calefacit. Alter secundum partem, ut homo pulsatur: quia manus pulsatur. Tertius est per accidens, vel albū edificat, quia edificator albus est, nec aliū modū Arist. invenit.

Cum ergo illa ppositio sit verissima & dicta ab Arist. 1. de anima: Homo intelligit, homo discit, text. 64. peto. Vel per accidens intelligit: & hoc quis ferret, quod homo per accidens, & nõ per se intelligat: & quod hominis sit intelligere, sicut musici edificare, cum sit passio ipsius, & operatio propria, in qua beatitudo consistit?

Si non per accidens: ergo vel ratione totius, & hoc nõ, cū corpus nõ intelligat vel ratione partis: & ita Intellectus est pars hominis ipsum cõponens.

Nec patiatur aures impiam planè, imò & stultã doctrinã Ianduni indignam Philosopho non solum Christiano, sed etiam Ethnico. Dicit enim, quod cum dicitur, Homo intelligit, homo

4. Principiū Aristot. cui repugnat Averro.

5. Principiū Aristot.

Reijciit stulta & impia solutio Ianduni.

sumitur pro congregato simul cum intellectu, sicut dicitur, cæli se mouet, sumitur pro orbe cum Intelligentia.

Sed quis obsecro, ynquam dixit, hominem sumi pro tali aggregato, quod est per accidens, sicut lapis, & Intelligentia, vel Deus illi assistens? Homo enim nõ constituitur apud hos, nisi per cogitationem in tegre, & illud præterea exemplũ est ineptũ. Si enim Intelligentia nõ est forma cæli informãs, est totum per accidens, & tunc conceditur illa propositio. Sicut ista, amphora vini est in amphora vini: nullus tamẽ dicit, q. cæli intelligat: at homo per se intelligit, & non tale aggregatum: vanissima igitur est talis doctrina.

6. principii Aristotelis. Sextum principium est. 12. Metaphysicæ. Indagans numerum Intelligentiarũ solum vritur ministerio Astrologiæ, per orbium numerum multiplicans Intelligentias. Et in lib. 1. de Cælo, textu. 100. supra cælos etiam alias ponit Intelligentias, nec vtrobiq. meminit talis Intelligentiæ humanæ, nec in tota Philosophia: aut libris de cælo, aut alibi verbum illius fit, cum tamen ipsius his locis, aut alibi oportebat mentionem fieri, & præsertim in Metaphysicis, nã huius tractatio pertinet ad Metaphysicum: est enim abstracta: ergo non est secundum Aristotelis principia, ponenda.

7. principii Aristotelis. Adde septimum, quod est multum notandum, q. periret discursus, quo vritur Aristoteli ad definiendam omnem animã: dixit enim, ipsam esse substantiam, & hanc in formam, materiam, compositũ diuisit, probauitq. non esse compositum, nec materiã, inde colligit esse formã. Si ergo anima intellectiua anima est, vt ipsi sententur: ergo forma erit, & altera pars compositi?

Reijcit solutio. Nec satis est dicere, quod est forma assistens, nam Aristoteli diuisit formam contra materiam, & ex vtraque dixit esse corpus: propterea dixit formã esse, qua est hoc aliquid: hæc non insunt

nisi informanti. Quid ergo clarius spectas? colligamus ergo talem errorem esse perspicue contra Aristotelem, & contra ipsius principia.

Sed accedamus iam ad quartam partem nostrę disputationis in initio propositam: & probemus esse veram Philosophiam, & lumen naturale.

Primum argumentum est S. Thomæ, quod etiam fuit Alberti contundens capita Auerroistarum. Operatio propria non potest esse, nisi à propria forma dante esse rei: at intelligere est hominis operatio propria: ergo à forma dante proprium esse prouenire debet. Quis enim potest imaginari quod per oculos alterius possim ego videre? Quis etiam potest imaginari, quod per intellectum Intelligentiæ mihi assistentis, quæ non est pars substantiæ meæ, possim intelligere? reuerã id possibile esse, manifestum est. Nec valet solutio Ianduni, quod aggregatum intelligit: hoc enim iam superius reiecimus.

Est secundum argumentum. Cũ habitus & actus sint in isto intellectu, si vnus est in omnibus, fatendum est, quod in vno numero intellectu sunt innumerabiles habitus contrarij, hominum omnium, & innumerabiles actus, sic contrarij, & contradictorij, & varij simul, & vno in tempore. Quis autem capit hoc, quauis sonnet? Et aduertendum de hoc, argumentum non solum esse secundum rationem naturalem, sed etiam in doctrina Aristoteli, qui sæpè docet habitus, & actus contrarios, non posse simul esse in eodem numero subiecto.

Confirmatius fit: Hinc sequuntur tot impossibilia, & tot ridicula, vt nequeat quis risum continere. Sequitur, in quã, vt ille vnus intellectus in vno sit sapiens in alio insipiens, & stultus in vno error, in alio verè sciat, in vno sit bonus, in alio sceleratus: in vno iustus, in alio iniustus, in vno felix, in alio miser & hoc.

Quod hæc Auerrois sententia sit contra naturalem lumen. Euides S. Thomæ. 1. ratio contra Auerro.

Reijcit solutio, inepta Ianduni.

hoc simul, & semel eodem tempore. Hæc sanè sunt non solum impossibilia, sed planè ridicula.

3. Ratio. Præterea tertio. Si homo substantialiter differt ab equo per cogitativã, & per hæc constituitur, peto: Vel est ista anima rationalis, vel nõ? Si rationalis est: ergo cognoscat vniuersalia, & sic erit intellectus: non enim potest vti ratione, quin cognoscat vniuersalia: nullus enim est discursus sine propositione, nulla oppositio, vbi nõ sit aliquid extremum vniuersale: vt Petrus est homo. Si nõ rationalis: ergo est brutũ, expertus rationis secundũ se, ac consequenter expertus quoq. libertatis. Vbi enim nõ est ratio, non est libertas? Vide obsecro quales facit homines Auerro. tum bruta animalia, tũ absq. libertate: quod nec insani dicent: Sed nõ miror talem sententiã substinere, qui seipsum secundum suum esse, brutũ & irrationale existimauit.

4. Ratio. Præterea quarto. Hominem intelligere cum vult, manifestũ est. Si ergo intellectus est quid separatum, peto: Quod determinetur in me ad intelligendum: Non à phantasmate, quia stat phantasma esse sine intellectu non ab actu imaginandi, quia stat me imaginari absque eo, quod intelligã: non ab appetitu, quia contra meũ appetitum sensitium ego aliquãdo me conuerto ad intelligendum: nihil ergo est in me, quod determinet ad intelligendum. Quomodo ergo intelligo cum volo? nam Voluntas, & intellectus sunt Intelligentiæ illius communis omnibus, qui ex se non determinatur ad intelligendũ magis in hoc quã in illo. Igitur intellectiua anima pars nostra est, quam per voluntatem ad intelligendũ determinamus. Puto esse validum argumentum.

5. Ratio. Præterea quinto, contra id quod dicitur Intelligentiã vniuersalem, & assistere omnibus hominibus. Peto, Vel assistit etiã medio intersticio, & toti denique orbi,

vel solis hominibus? sed primum esse nõ potest, non enim medio, quia nullam habet operationem cũ ipso. Præterea sicut Intelligentia Lunæ nõ vñtur alteri orbi, q. suo, ita ista humana Intelligentia non vñtur cum alijs. Præterea, quia etiã posset intelligere equi, si in illis est Intelligentia, vtique intelligeret, cũ phantasmata ipsorum nõ differant specie à nostris?

Quod si in solis hominibus, cũ isti sint hinc inde dispersi quomodo potest Intelligentia præfens assistere his, & illis, non autem intermedio, cũ vnã sit, & indiuisibilis? Profecto est naturaliter impossibile: nam manifestè sequitur, aliquid esse in pluribus locis separatis, & distinctis simul: quod naturaliter esse non potest.

Præterea sexto: quia illa vnio per operationem non sufficit denominare re intelligente. Si enim ego intelligo quia à phantasmate meo Intelligentia sumit speciem: & paries videbit, quia à colore ipsius oculi recipit speciem.

Quod si dicas: Oculi non est intra parietem, sicut Intelligentia intra hominem? Hoc nihil refert: quia tota vnio non consistit nisi in operatione: & hæc verè est in oculo & pariete.

Præterea septimo, est contradictio in ipsa me opinionione: nam antequam Petrus esset homo, non erat ei Intelligentia assistens: postquam est homo assistens est ei, quomodo ergo assistit, cum antè nõ assisteret? Vel cognouit Petrus esse hominem, vel non? si non quomodo ei aduenit? Profecto naturalis motu veniet, sicut lapis fertur ad centrum, & tunc aliud mouens oportebit ponere: quod non conceditur.

Si per cognitionem eum non cognoscat nisi per phantasmata, nec sit vnde possit illud per se habere, videtur quod cognitione non potest aduenire & propterea necessario fatendum est moueri vel mutari: quod ille prorsus negat.

accidenti communi vnum accidēs potest esse in multis, si est vñ numero, quod tamen isti concedunt in forma substantiali vna numero.

Præterea non d, ex corpore ipso, seu materia idem probatur. Nā materia potest quidem esse sub varijs formis: tamen vel secundum diuersas portiones suas, vel successiue, diuersis temporibus. Et nō est imaginabile, quod eadem proportio materia sit sub diuersis formis eiusdē speciei simul: sed forma multo magis debet esse contenta, q̄ materia: ergo si hoc est impossibile in materia, multo magis in forma?

Confirmatur, Nam materia habet capacitatem ad totum actum formæ: ergo cum informatur à forma, nō erit possibile, vt eadem forma informet alias materias.

Confirmatur secundò: quia si materia informaretur à forma, ita vt forma posset informare aliam: ergo omnes materiae non essent plenè informatae, sed semi informatae, quare omnes homines essent semi homines, non perfecti homines.

10. Præterea decimò. Si hæc forma potest plura simul corpora informare, & ad hoc habet aptitudinem, inclinationem, & capacitatem, ac potestatem, quæro: Ad quot numero informanda? an ad duo tantum, vel tria, vel centum, vel mille, vel ad mille millia simul, &c, vel ad infinita simul corpora: informanda? Nō infinita simul corpora: quia esse non possunt, & frustra talis esset potentia, quæ non posset ad actum reduci, & inanis talis, naturalis appetitus. Si verò ad centum mille (v. g.) simul, vel mille millia simul: tam ergo si pauciores essent homines, vt eū peste moriatur, tūc illa forma esset violentior suo appetitu priuata: & contra, illo numero expleto non possent plures tūc alij generari homines, quousque illi morerentur: ac si vacarent generationi, non posset tunc illa plu-

ra corpora informari, sed omnia corpora nascerentur mortua: quæ sunt di-
turidicula.

Præterea sit vndecimū argumētum. Excogitativa, quā isti simul ponunt, à qua volūt homines habere distinctionem, eadem enim de hac dici possunt, quæ contra Auerroem, & plura. Nā hæc cogitativa, vel dat esse humanum vltimum, vel nō. Si dat, ergo rationalis non est informans, nec dat vltimum esse homini. Si non: ergo illa non dat vltimam vnitatem & distinctionem: nam distinctio sumitur ab vltimo actu, Aristotele. 7. Metaphysic. text. 49. testante.

Item, cogitativa illa, quæ informat, dat esse per se, ergo facit vnum per se, & nō per accidens: quæro, an illud per se sit homo rationalis, & intellectiuus, an sensitiuus tantum? Non, primum, quia illud facit anima rationalis superueniens: ergo est vnum per se sensitiuum: ergo tūc sequeretur, quod esset homo compositus ex illo bruto, & anima rationali: hoc absurdum esset.

Item, quia sequeretur eundem hominem esse bis indiuiduū diuense speciei: nam primò esset cogitativum. Secundò per rationalem informantem esse homo, & sequeretur habere duo esse, humanum, scilicet, & illud sensitiuum.

Denique omnes rationes, quæ sūt contra pluralitatem animarum, quibus illa etiam opinio erronea esse conuincitur, vt postea suo loco ostendemus, hanc etiam opinionem euertit, & impietatis planè conuincunt.

Tandē si ita placet delirare, vt vna sit informans anima in tota specie humana: posses etiam consimiliter delirare in alijs animantium speciebus, & eadem facilitate vtrumq; defendere, & ratione consimili, neque verò plura absurda ad hoc, quàm ad illud sequerentur. Sic autem asserere de alijs speciebus, esset noua res, & summa

Rub.

Sultritia, aut plus quàm Sultritia.

Confirmatur. Quia illud asserere, est contra omnes alias species non solum animalium, sed rerum omnium quæ omnes in indiuiduis habent vñ materiam numero differentē, & vñ similiter numero differentem formam.

13. Postremò, hicerret de vnitatem Intellectus in omnibus hominibus, damnatus est in Concilio. 3. Lateranē. sub Leone. X. antea citato, sess. 8. & locis antea citatis. Quocunq; ergo modo dicatur, siue assit, siue informet, error est, aut potius hæresis, si vnicus dicitur. Nā & hic sequeretur, vt aliquid ex Theologia proferamus, animam rationalem Redemptoris nostri, & Iudæ, esse eandem, atque ad eū esse cum Iuda damnatam: quod esset impijsissima hæresis: imò sequeretur, nullum esse discrimen electorum, & prædestinatorum, damnatorum, & saluandorum post mortem: qui ergo secundum rationem naturalem, vel secundum Philosophiā id esse verum, vel etiam probabile, diceret, tum fatuū, tum hæresicè erraret. Qui verò secundum Aristotelem assereret, non solum id falsè, vt ostendimus, diceret, sed magnā impietatis, & contradictionis notam ipsi Aristoteli, ne dicā sibi met, inureret, & in hac voce nō nihil quoque impietatis, subest, cum penè idem apud plerosq; valeat hæc vox: (Secundum Aristotelem) & Transit illa. (Secundum Philosophiā) in Cōcilio ad sextā lijs. condēnata. Et de his hætenus.

Accedendum iam erit ad sextā nostre disputationis partem propositā, vt ostendamus, quid secundum veritatem, & secundum etiam Aristotelem tenendum sit, & asserendum.

14. Sit itaque primum fundamentum. Quod Anima rationalis non est purè intellectualis substantia, nec purè sensitua forma: sed mediæ quædam substantia, vtrumq; complectens. Est enim sic intellectualis, vt sit principium sentientiæ, in quo ab Intelligentijs differt: sic

autem sensitua, vt sit principium intelligendi, vt differat à puris formis, & hoc vtrumq; sub vna simplici substantia continet, vnde dici solet horizon formarum spiritualium, & corporaliū, & cognouit Aristot. cum in homine idem fecit principium sentiendi, & intelligendi secundum substantiam.

Ex hæc natura sequitur primò, q̄ anima rationalis sit secundum suā substantiam forma informans: non enim aliter sentitiuam naturam comprehenderet, & tamē sic forma, vt per se possit separata existere, & in hoc includit intelligendi naturam.

Sequitur secundò, q̄ geminæ potētiæ ab anima procedant, quædam, quæ parte est principium sentiendi, & forma, & hæ sunt sensitua, quæ communes cum corpore sunt, cum ab ipsa, vt forma est, procedant, quædam intellectiua, & ipsius solius sunt, quia ab ipsa, vt apta est per se esse, sequitur. Idem dico de operationibus, quæ medijs potētijis exercentur.

Sequitur tertio, quod hæc est causa, quare hominis intelligere sit cum discursu, quia non est purum, sed à sensitiuo dependens, & cum eo essentialiter coniunctum. Nec est simplex intelligere, vt simul omnia intelligat, vt angeli: sed vnum ex alio, & vnum post aliud: & hoc significat illa differentia hominis, Rationale. Dicit enim discursum ex vno ad aliud: & ita etiam dicit sensitiuum cum intellectu, vel intellectu cum sensitiuo.

Sit secundum fundamentum. Anima rationalis, quantum ad intellectuam partem, habet tres status.

Primus est, cum solam habet potentiam ad intelligendum, sicut visus ad videndum: & hoc à natura habemus. Cum enim animam recipimus, statim est cum tali potētia producta: & oīd. dixit Aristot. 6. Ethic. cap. 11. Sensus, & Intellectus à natura sunt. Et scēt. 30. problem. q. 4. dicit, opus e. se nature

G. 5. men-

nalit. Et media inter sensitivas formas, & Intelligentias seu Angelos.

Ex hoc fundamētum sequitur tria. Primum, q̄ anima rationalis sit forma informans. Q̄ duo sint animæ potētiarū genera.

Quod anima sit nō pura intellectuina, vt angelus sed rationalis.

2. funda. Triplex animæ status.

1.

mentem, quam simul recepimus cum anima, vt manum cum corpore.

Secundus status est, in quo intellectus habet habitus, & artes, ac scientias: non enim per se poterat intelligere perfecte: & sic status non est à natura, sed longo post tempore: inuentione enim, & labore, ac studio ista consequimur: ob id dicitur Aristot. *Ethi. cap. 11. Nemo sapiens à natura. Et problema allegato: scientias, & artes esse opera nostra, mentem opus nature.*

Tertius status est, in quo est iam in actu perfectio, & intellectio: & hoc posterius aduenit, nec continuè durat: quia nō semper intelligimus: idcirco Aristot. *1. Metaph. text. 39. dixit, quod beatitudo nostra, quae in tali actu consistit, esse nobis paucò tempore. Hic autem dicitur Intellectus in actu, & duplex est. Quidam speculatiuus, cum cognoscimus res non in ordine ad opus. Quidam practicus, quò cognoscimus ad operandū. Et speculatiuus est triplex: Physicus, quo cognoscimus res physicas: Mathematicus, quo res mathematicas: Contemplatiuus, quo res abstractas, & hic est vltimus omnium.*

Cum audis tot distinctiones Intellectuum, ne putes esse multas potentias, sed vna est secundum varios status. Et praeculis habe has distinctiones, nam Aristot. & Philosophi diuersos loquendi modos habent, qui fuerunt occasio errandi ignoratibus. Cū ergo audieris, Intellectū contemplatiuum aduenire post, intellige, significare, quòd potentia tardè perficitur secundum talem actum. Similiter vltimū audieris, Intellectum non inesse hominibus omnibus, nec dormientibus, intellige, de Intellectu perfecto per habitum, vel per actum. Alia multa per hanc intelliges passim.

Ex his omnibus colligamus conclusionē: Quòd rationalis anima forma est informans, ac ob id multum simplex secundum multitudinem indiuiduorum, &

secundum veram philosophiam, & secundum doctrinam Aristotelis.

Quae satis ex dictis probata est rationibus, & testimonijs pro veritate contra Auerroem: quibus etiā, si quis rectè consideret, Themistij opinio, & omnium aliorum, qui animam faciūt assistentem, confutantur. Quod autem anima rationalis sit forma informans, & in singulis hominibus propria, non solum per Philosophiam veram tenenda est, sed Fide catholica, quae stabilita est in concilio Viennensi, sub Clemente V. & habetur in Clementinis, de summa Trinitate, & Fide Catholica, cap. vnico, & in Concilio Lateranensi, sub Leone X. sessi. 8. vt antea in propositionibus diximus, & de tenendas in initio primi libri positas, propositione tertia. Et in eodē Lateranensi error ille condemnatus, quòd sit vna in omnibus hominibus, vt illic diximus, propositione prima.

Et ex hoc quoque sequitur, definitionem esse vniuocā, & genericam, quāuis habeat aliquid improprie analogiae: in quoque enim genere est talis analogia, secundum quam perfectior est vna species, altera: & anima rationalis est alijs perfectior: sed hoc non aufert vniuocationem.

Superest, vt in vltima parte argumentis respondeamus, in quarū solutione multū declaratur res haec. Ad primū, quòd ex autoritate sumitur, dico, quòd ille locus, *1. de anima*, vt illic diximus, loquitur de Intellectu secundum sententiam Empedocle, qui erat Deus: illic enim contra Empedoclem loquitur.

Ad alia duo testimonia dico, quòd Intellectus sepè ab Aristot. dicitur separatus, & purus, non quia sit per se subsistens, vt malè intelligit Auerro. & falsò, sed quia possit per se subsistere, & non sit virtus organo alligata: neque inherens corpori, hoc est, ita ab eo dependens, vt non possit separari, & in extēsa, & immaterialis, & quia in telli-

telligere non exerceatur à corpore, neque etiam à composito immediate, sicut sentire, sed ab ipsa anima.

ad aliud testimonium.

Ad locum, *Degeneratio. animal. dico, quod si aliquid concludit, potius est pro Platone, & Pythagora, quod animae rationales praecesserint corpora: hoc enim illic videtur dicere de vnitatem eam Intellectus nec vllum verbū est.*

3. Solut.

At quia talis opinio Platonis, & Pythagorae est etiam contra Aristot. respondeo ad locum istum tripliciter.

Primò dico, quòd si in hoc loco dicit mentem antecedere corpus, in alio loco. *1. Metaph. text. 17. dicit, impossibile esse, mentem antecedere. Cū igitur isti duo loci sint contrarij, tūc argumentum vti oportet ad mentem Aristot. dignoscendā. Primò illic esse Aristot. sensum, fatendū est, cui plures alij loci consonant, sed ostendi superius qualiter vlli loco Metaphy. multi alij respondeant, non alteri: ergo talem esse sensum Aristot. probabile est.*

Confir- mat so- lutio.

Fatendum est praeterea, quia quae dicit in Metaphy. non possunt adscribi vlli philosopho: nullus enim tale dixit ante ipsum, at ille locus conuenit cum Platone: ergo credendum est illic secundum morem Platonis fuisse locutum, praesertim cū illic multorum sententias expresserit.

Confir- mat ite- rum.

Adde, quòd illic non erat locus id examinandi, quia historiam animalium docebat, hic verò est Metaphy. vbi id ex professo examinabat. Fatendum ergo est mentem hominis esse formā, non antecedentem tempore effectum, secundum Aristotelē, & profectò haec mea solutio mihi satisfacit.

3. Solut.

Dico tamen secundò, quòd illi loci non contradicunt. Cū enim dicitur, Intellectus de foris venire, non significatur, quod sit ante corpus ipsa anima: sed loquitur de Intellectu secundum habitum, qui perfectus est, cum quod tota perfectio Intellectus non sit à natura, sed magna ex parte post, & est opus

nostrum: ob id dicitur de foris venire. Et huc consonat quòd dixit Proble. sect. 30. q. 4. quod mens, non sit iam nobis contingit, quia habitus, qui ipsius perfectio sunt, nō sunt à natura. Et in hoc differt à sensu: sensus enim nō indiget habitu, sed statim à natura perfectus datur, propterea Intellectus cū habitu assimilatur sensui soli: vt docet Aristot. de anima, text. 59. & haec est bona expositio, vt vterque locus concilietur.

3. Solut.

Dico etiā tertio, quod anima rationalis dicitur extrinsecus aduenire, nō quod antecedit corpus: sed quod non educatur de potentia materiae, sicut caeterae formae. Quòd si dicas: Ergo iam admittitur creatio secundum Aristotelē? Negaanda est consequentia: nam Aristot. non vocat creationē, cū aliqua forma educitur de potentia materiae, vel producitur in materia: nā aliter lumē crearetur, & species sensibiles & intelligibiles, quae secundum ipsum nō educuntur de potentia materiae vel subiecti, sed inducuntur ab agente. Quòd illam vis vocare creationem, vocabis & hanc enim refert, quod sit substantia, vel accidens, quantum ad hoc: sed tamen hoc iussit, vt absolute nō dicat res ex nihilo fieri, siquid praesupposito subiecto, in quo fiat, licet non ex illo, atque ita haec simpliciter, & proprie non dicitur creatio, ac si Angeli produceretur, sed increatio, seu co-creatio.

Atque haec doctrina in Aristot. obseruanda est: nam secundum veritatem, certum est, animas rationales à Deo solo creari, at Aristotel. fortè produci credit ab vniuersalibus agentibus, simul cum proximis causis.

Not. an secundū Aristot. anima creetur.

Vel certe circa id nō considerant, aut si considerant, tamen tacui ea de re, & quauis Aristoteles creationem nō cognouerit, nec expresserit, tamē eius doctrinā principijs optime probatur. Et hoc est vni de anima rationalis creatione satis vehemens cum alijs, vt in lib. Physicorū diximus.

Ad 6

Not. va- rias di- functio- nes seu accep- tiones In- tellectus.

Not. val- de.

Concluf.

2. conclus.

Dissol- uuntur ar- gumēta contraria Ad pri- mum ex- autorita- te sum- ptum. Ad du- o alia te- stimo- nia.

Ad secundum.

Ad secundum, distingo maiorem. Dupliciter enim aliquid dicitur habere materiam. Vno modo tanquam partem sui, sicut composita physica, quae ex forma & materia consistant. Altero modo, quia est in materia receptum, ut formae accidentales atque substantiales. Dico ergo, quod non solum multiplicatur numero, quod habet materiam priori modo, sed etiam posteriori, ut satis patet in formis in animato- rum. Cum igitur rationalis anima vere sit forma in materia, multiplicabitur numero.

Cum autem Aristoteles dicit, Intellectum esse separatam, non intelligit, quod realiter sit abstractus a materia, cum text. 36. lib. 3. dixerit, esse in magnitudine: sed loquitur de potentia animae, quae intelligimus, quae separata dicitur, quia nulli affigitur organo, sed per se intellectiorem exercet, quod superius declaratum est satis.

Præterea. Substantia ipsa rationalis anima dicitur etiam separata a materia, quae licet informet, tamen non inhaeret, & non ita ab ea pendet, quin possit separari, atque etiam iam, quod est indivisibilis, & non extensa corpori, & immaterialis.

Ad tertium.

Ad tertium, quod est ipsum Achillem, scilicet de infinito numero animarum, examinemus, quod inconueniens ex hoc sequitur.

Auerro. in conuenientia.

Auerro. disp. 1. cap. 8. solum duo im-possibilia ponit. Vnum est, quod infinitum susciperet magis, puta, si modo sunt animae infinitae, plures erunt post centum annos. Alterum est, quod totum est aequale parti, nam, animae, quae modo sunt, & quae simul erunt, post mille annos tot erunt: quia vnum infinitum non est maius altero, & tamen numerus animarum, quae modo sunt, est pars illius numeri animarum, quae sunt, & erunt. Adde tu tertium inconueniens, quod Aristoteli 3. Physicorum. negat prorsus in finitum numerum esse.

In primis secundum veritatem, hoc nihil valet: tenemus enim, mundum non fuisse ab aeterno, nec potuisse esse.

At ut hoc diligenter in Aristoteli soluiamus, examinemus, an repugnet ipsius principijs. In primis, non inuenitur principium aliud, cui repugnet, nisi ille locus. 3. Physico. Sed quauis talis locus id exprimeret, nonne melius esset, a serere illud non esse verum, quam negare totum textum librorum de anima; & pervertere multa alia principia, ut deduximus.

Sed ille locus non contradicit huic dictio, modo id esse ex principijs Aristoteli euidenter ostendam. Non enim negat Aristoteli, quodlibet infinitum. Ipse enim mundum ab aeterno credidit, ut notum est. Dicat mihi Auerro. quot dies praecesserint? Necessario fatebitur esse in finitos, & quotidiè tamen adduntur de nouo dies, & ita illa sua sequentur inconuenientia. Iterum petam, quae sint plura, nam dies, an hora? Si dicet, Horas: ergo vnum infinitum dabitur maius altero? Si dicit neutrum esse altero plus: ergo pars est aequalis toti? quod igitur ipse reputat impossibile in numero infinito animarum, necessario fatebitur in numero dierum, imò Aristoteli ipse tenetur id fateri.

Dicit mihi Auerro. quod dies actu non sunt, sicut animae, ideò, quia in tempore id fit, non in animalibus.

Sed vana haec est responsio. Primum numerus dicit formam, scilicet multitudinem, & pluralitatem, & dicit materiam, scilicet ipsas res: peto, An repugnantia (quod non sit numerus infinitus) nunquid ex forma, an ex materia proveniat? Si dicat, Ex materia: petam. Quare repugnat, esse res infinitas ex parte rerum? Non inuenies aliam repugnantiam, nisi quia materia est finita, vel locus, qui non potest infinita capere. Haec ergo repugnantia in corporibus erit solum occupantibus locum, non in his, quae locum non occupant, ut acci-

Solutio horum in conuenientium.

obicitio

Auerro. confutatio.

identibus, & animabus, & punctis.

Si dicat, ratione formae, cum forma numeri consistat in multitudine: profecto impertinens est, quod res existat, vel praeterierit, quod minus infinitum esse non possit. At videmus Aristoteli concedere dies infinitos esse: ergo non negat infinitum actu quocumque, sed solum corporum, & partium, quae resultant ex continuo diuisione: talem enim numerum infinitum non esse docuit 3. Physicorum: non tamen quemcumque, aliter non posset dicere, mundum ab aeterno fuisse.

Adde vnum, quod docet 4. Physicorum. quod tempus dicitur existere, cum vnum nunc continuatum temporis adest, quomodo dicimus nunc esse tale mediè talem annum? Cum ergo totum tempus, praeteritum, & futurum, continetur praesenti nunc, & sit infinitum, iam secundum Aristoteli principia actu infinitum est.

Adde etiam, quod, secundum Aristotelem, sunt infinita puncta in continuo actu, non dico actu separata, sed actu existentia; & infinitae partes, licet non actu separatas, sed actu existentes, & in potentia separabiles: ergo non negat Aristoteli, omne infinitum numerum, nec ipsius principijs repugnat, animas infinitas esse: & quauis repugnet, potius oportebat dicere sibi non constare, quod melius esset, quam fatuam sententiam illi imponere.

Quarto, respondemus praeterea, ut antea dicebamus, Aristotelem fortasse non prauidisse hoc inconueniens infinitatis animarum, quod sequebatur ad suam illam mundi aeternitatem: sed posteros Philosophos hoc considerasse, & intulisse, & ideò hoc eis fuit causa variam Aristotele sententiè di hoc argumento perturbari: nam vnus ideò mortales fecit animas, ut Alexandri aliter vnicum posuit Intellectum, ut Auerroes, alius transmigrationem animarum induxit cum Pythagora, alius con-

cessit infinitas animas, ut Auicenna, quod in rebus partialibus, & incompletis non putauit inconueniens. Denique, ut mundi aeternitatem defendere, variè desirarunt, nescientes argumentum soluere: cum tamen multò melius contra collegissent, ex tali inconuenienti mundum ab aeterno non fuisse, ut habet veritas: sed, ut antea diximus, fortè Aristoteles hoc non cogitauit, nec considerauit: aut, si considerauit, certè id tacuit. Habes itaque sufficienter solutum argumentum.

Ad quartum respondeo, quod species intelligibilis potest dupliciter considerari. Vno modo secundum suum esse: est enim accidens quoddam, & sic singulare quoddam est: non enim est vniuersale aliquod existens extra singularia, & tale inhaeret Intellectui Altero modo, secundum quod representat, & sic dicitur vniuersale in representando: per ipsam enim vniuersale cognoscimus. Dico ergo, quod ut Intellectus recipiat speciem, non est opus quod sit vniuersalis, imò necessario debet esse naturae singularis, nam species est accidens quoddam singulare, quod a subiecto sumit singularitatem: sed sequitur, quod Intellectus non sit virtus organica. Nam singularitas non impedit cognitionem vniuersalem, sed organum: nos autem Intellectum non alligamus organo.

Quod si petas: Quae virtus organica non cognoscat vniuersalia? Respondeo, quia species recepta in organo, est accidens corporeum, & indiuisibile: nihil autem tale potest representare vniuersale, quod est immaterialis: at species recepta in Intellectu, spirituale accidens est, & indiuisibile: ideò quod representare potest naturam separata, & vniuersaliter. Est autem nota solutio, quae non solum soluit sufficienter argumentum, sed ignorantiam id asserentium ostendit.

Ad quintum dico simpliciter, illud esse falsum: Omne quod incipit, habet finem. Nam

Ad. 4.

Dubitium.

Solutio.

Ad. 5.

Nam est extus Aristot. in contrarium expressus, 12. Metaphysic. text. 17. Mens non fuit ante effectum, tamen manet post. quod autem dixit i. Caeli text. 102. solum loquitur contra Philosophos, qui mundum ex materia ali qua factum posuerunt, & duraturum semper. Contra hos argumentatur, quia si generatum est, corrumpetur, cum materia sit eiusdem rationis: emper, scilicet in potentia. Ex hac ratione colliges intentione ipsius. At anima non habet in se materiam, ratione cuius corrumpi possit, sed est in materia, & tantum probat, quod separabitur a materia: & hoc non negamus.

1. Solut.

2. Solut.

Secundo respondemus, illam propositionem esse veram de inceptione per generationem, videlicet per motum, & ex materia, id est, de qua loquebatur ibi, & intelligebat Aristoteles. Nam quod sic generatur, corrumpitur, & est ita generabile, est etiam corruptibile, et verò quod creatur, & non incipit per generationem, sed per creationem, non sequitur, quod corrumpatur, nec quod sit corruptibile, sed quod sit annihilabile, quod per eundem videlicet causam, & potentiam, per quam fuit creatum possit annihilari, scilicet diuinam, & hoc verum est. Sed non etiam sequitur necessario, quod annihilabitur re ipsa quia tam creatio, quam annihilatio ex ipsa Dei sola voluntate libera pendet, sed nec Deus opus suum destruet, & tantum opus.

Ad sextum.

Ad sextum facilis est solutio. Dico quod omne quod est in materia sic, ut in omnibus suis operationibus pendeat a dispositionibus materiae, corrumpetur utique, separatum a materia: at non sic est de rationali anima, licet sit in materia: non in omnibus ab ea pendet & ideo quantum ad haec manebit. Unde hinc etiam fit, ut non ipsa anima sed eius sola unio cum corpore pendeat a dispositionibus.

Ad septimum.

Ad septimum, cui multum confidit Iam-

dunus, respondeo dupliciter. Primo, idem retorqueo argumentum de materia. Materia est unita formae ignis secundum se. Peto de illa unione. Vel est substantia materiae, vel accidentis. Si substantia: ergo separata forma ignis corrumpetur materia, quia destruitur unio. Si accidentis, peto, Vel separabile, vel inseparabile. Si inseparabile: ergo corrupto illo, per destructionem formae, etiam destruetur materia. Si separabile: ergo poterit manere materia, cum forma unita absque unione? Vide simile argumentum esse contra ipsum text. quo apparet esse vanum argumentum.

Respondeo ergo, quod unio sumitur pro actione, qua duo coniunguntur: & non sic modo loquimur. Altero modo pro mutua habitudine conjunctorum, quae dicitur respectus quidam transcendentalis, & talis est separabilis ab anima rationali, sed tunc non manebit in materia, sed per se, sicut albedo separabilis est ab homine albo, sed non manebit albus.

Ad octauum satis est alibi responsum. Non enim materia, non forma producit, vel corrumpitur, sed compositum: quomodo cumque, aut compositum non sit, siue corrupta forma, siue recedente, dicitur corrumpi.

Ad nonum posset idem retorqueri contra ipsos. Nam ponunt animas brutorum perfectorum indivisibiles, & in formare: sed tamen dicimus, id non esse inconueniens: quod paulo inferius examinabimus in quaestione quadam circa hoc.

Ad decimum dico, quod anima non est prorsus ut ceterae formae, sed habet participationem cum incorporeis substantijs, quatenus, per se potest esse, ideoque potentias quasdam habet non organicas. Nec ob id dicuntur abstractiores potentiae, quam anima: quia licet non sint organicae, non tamen sunt per se, sed in subiecto, scilicet anima: res

Ad octauum.

Ad nonum.

Ad decimum.

ma: res autem magis abstracta est, quia magis per se esse non potest.

Alij concedunt id, quod abstractio sit potentia: sed melius mihi videtur, quod dixi prius.

Atque haec sint satis de hac quaestione, quae multa continet utilia, tum per se, tum ad ea, quae sequuntur. Sed iam ad Aristotelem redeamus.

CAPVT SECVNDVM.

Quoniam autem ex obscuris quidem. Text. XII.

De secunda animae definitione formali, seu per causam.

POST QVAM Aristoteles animae definitionem in communi posuit, nunc intendit aliam animae definitionem ponere, quae distinctius explicet animarum species & quae reddat causam praecedentis definitionis.

Quomodo procedendum & quae Arist. intentio.

Prius autem modum procedendi explicat, qui est. Ab obscuris, scilicet, natura, nobis autem notioribus, ad notiora secundum rationem procedere.

Nota de finitio-nis causa triplex genus.

Explicato modo procedendi, intentionem ponit, se velle definitionem animae aliam tradere, quae causam contineat, & causam det: quia non solum oportet tradere de re definitionem, quae sit, sed cur etiam sit, & explicat ex exemplo. Aduertendum tamen definitionum triplex esse genus, ut habetur i. Poster. ca. 7. Quaedam est definitio, quae per formam, vel materiam datur: ut, Eclipsis est privatio luminis astris: Domus est compositum ex lapidibus, lignis, &c.

1. Quaedam quae datur per finem, vel efficientem: ut, Domus est vas conseruatuum, seu contentiuum hominum. Eclipsis Lunae est interpositio terrae inter Solem, & Lunam: & haec proprie causaliter dicitur.

2. Alia utrumque comprehendit, & causam, & formam, seu materiam: ut, Eclipsis Lunae, est privatio luminis ex

terrae interpositione. Domus est constructum ex lapidibus, & lignis: densens nos ab incommodis externis.

Nota.


Prima definitio dicitur, ut conclusio: quia demonstrari solet per secundam, quae ob id dicitur demonstrationis medium. Tertia dicitur demonstratio positione differens: quia continet omnia, quae in demonstratione sunt, scilicet medium & praedicatum, nempe utranque definitionem, deest tamen forma syllogistica. Arist. solum duarum primarum meminit, prior dicit explicare quid res sit, seu rem ipsam: posterior vero explicare causam & utraque danda est in re habente illas.

Ad exempli Arist. intelligentiam, aduerte, quod dato uno quadrangulo rectilineo, potest dari unum quadratum tantam aream includens. Voco autem quadrangulam figuram quadrangularem duorum laterum aequalium, ut A.

Nota 2. Ad intelligentiam exempli Arist. de inuentione mediae lineae.




Quadratum vero omnium quatuor aequalium, ut B.



Quadrare autem quadrangulum, est dare, & inuenire unum quadratum aequale illi, quod sit per inuentionem mediae lineae. Media linea est illa: quae inter latus maius quadranguli, & latus minus ita se habet, ut in qua proportionem est maius ad ipsam, in eadem est ipsa ad minus, ex tali linea quadratum factum est aequale quadrangulo dato.

Inuenies illam sic: Coniunge latus maius & minus in rectum, & super illam totam lineam describe semicirculum, & a puncto.



puncto coniunctionis erige lineam vsque ad circumferentiam, & illa est media; ex qua fit quadratum aequale.



Euclid. lib. 6. conc. 9.

Idem ostenditur in numeris.

In numeris hoc est facile. Fac quadrangulum ex duodecim, cuius latus minus sint tria, sume numerum mediu, proportionaliter, inter duodecim, & tria, quae est sex, & fac quadratum, id est, sexies sex: tunc tantum resultat ex ter duodecim, sicut ex sexies sex. Respice factas figuras, & ex eis facilius intelliges.



Nota 3. Exepli Aristot. ad animae definitionem.

Aduertendum ergo, quod quadratorem, quae dicitur tetragonismus, possumus bifariam definire. Vno modo definitionem quid est, scilicet. Quadratio est constructio quadrati, aequa-

lis quadrangulo. Altero modo definitione explicans causam, scilicet: Quadratio est inuentio mediae lineae inter latera inaequalia quadranguli. Haec explicat causam, scilicet, quia est media linea, ob id est aequale.

Sic igitur prior animae definitio explicat quid sit: at ista secunda iam danda causam cur ita sit, nam quia est principium, quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus, ob id est actus primus corporis physici, & organici, vt dicimus post.

Notat Philoponus, quod tria sunt notiora nobis, a quibus incipere solet Physicus, Effectus, Vniuersalia. Composita. Et haec omnia obseruat Aristoteles in hac definitione tradenda: incipit enim a priori tanquam ab effectu huius. Similiter prior est vniuersalior, quatenus confuse explicat animae species: ista vero distincte. Praeterea in tradenda hac definitione: a composito incipit, scilicet, ab animato corpore, vt explicabitur.

Nota, quod plures definitiones dicit explicare quid est, scilicet esse per formam: quia solus Physicus est, qui per efficientem, & frequenter per suam definit proprie.

Dicamus igitur principium accipientes. Text. XIII.

Per opera vitae vult indagare definitionem animae, ac primo sumit, animatum ab inanimato distinguere, per vitam, vt ex hoc patet, animam esse principium vitae. Principium enim propriarum passionum subiecti, est principium ipsius esse subiecti.

At, vt multiplicitas animae appareat distinguit quatuor genera operationum vitae, quarum singulae dicuntur vita, & singulae, aut omnes, habens dicitur viuere: sunt autem vita, intellectio, sensatio, motio localis, ab interno principio actiuo, & vegetatio, quae comprehendit augmentationem, diminutionem, & nutritionem. Haec sunt vitae opera.

Nec mi-

nes applicacionem.

Nota 4. Ex philopono, tria esse notiora nobis.

Nota 5.

Quod anima sit vitae principium.

Quatuor genera operationum vitae, quorum singulae dicuntur vita.

Nota.

Nec mireris, si superius numerauit tantum vegetatiuam, quia illic loquebatur de communi vita, quae omnibus inerat viuentibus.

Vnde et vegetabilia omnia.

Text. XIII.

De vegetatioue.

1. Quod vegetatio prima inest plantis.

De vegetatioue seorsum tractat primum, ac tria docet. Primum, plantae participant vegetationem, quod probatur quia ab interno augentur, & aluntur, non solum ad vnam differentiam loci sursum, vel deorsum (sic enim videretur vegetari improprie, per ad ditionem, inanimata) sed ad omnem loci differentiam, & secundum omnem positionem, viuuntque dum alimentum possunt recipere.

Separari autem hoc quidem.

Text. XV.

2. Quod vegetatio potest separari ab alijs, non ab alijs separari, non contra.

Alterum, quod dicit de vegetatiuo, est, quod potest separari ab alijs, alia non ab ipso, in mortalibus: ac hoc dicitur. Reperiri potest viuens, in quo sola vegetatio fit, vt planta: non tamen reperiri potest viuens, in quo fit sensatio, aut intellectio, quin in eo sit vegetatio, vt patet in animalibus, & hominibus.

Nota.

Dicit tamen, in mortalibus, propter caelos, quos Antiqui crediderunt esse animatos sensu vel intellectu, tamen sine vegetatioue: sed de hoc alibi disputandum est.

Videtur igitur propter hoc principium.

Text. XVI.

3. Quod vegetatio fit communi viuenti.

Tertium est: quod ista operatio vitae, scilicet vegetatio, est communis omnibus viuentibus, cum sit in animalibus, & in hominibus.

Statim tractat de sensu, docetque alia tria. Primum est, quod sensus inest primo animalibus. Vt enim vegetatio est plantis primo insita, ita sensus animalibus: nullumque est animal sine sensu: habet igitur animalia viuere, scilicet vegetari, & ultra hoc etiam sentire.

Sensus autem primo inest.

Text. XVII.

Alterum est, quod iste sensus, qui animal constituit, est tactus: omnibus enim animalibus inest tactus, nec sine hoc possunt consistere.

Tertium est, quod sicut vegetatiuū separari potest ab alijs vitae operibus, vt accidit in plantis, ita tactus separatur a reliquis tribus. Sunt enim animalia, quibus non inest, nisi tactus, sub tactu continetur gustus. Gustus enim est quidam tactus: vt dicitur inferius. Alij tamen sensus non separantur a tactu: qui enim vident, audiunt, aut olfaciunt, necessario habent tactum.

Explicat, quid vegetatiuū, & tactiuum sit: dicens, quod vegetatiuum est animae species, quam plantae habent, principium autem tangendi animalibus inest, ipsorumque anima est.

Propter quam autem causam.

Text. XVIII.

Quia separari vegetatiuam ab alijs animae partibus, & tactum, a reliquis sensibus, docuisset, causam vtriusque in posterius referuat: alia autem duae vitae operationes, scilicet, motio, & intellectio, per haec nota relinquuntur: inest enim intellectio hominibus, ac principium ipsius, anima est.

Ex quo concludit definitionem animae: quod anima est principium vegetandi, sentiendi, & mouendi, & inelligendi: quauis forsitan alicui videatur, quod non solum hic definitionem constituat, sed etiam epiloget.

See melius est, si dicamus vtrumque pariter facere, scilicet epilogo dictorum definitionem colligere, postea diligentius probandam.

Aduerte, quod illud verbum, Cogitatio, non significat actum illius potentiae cogitativae, quam ponit Auer. sed idem est cum intellectu: o, vt hic notat Simplicius. Graecè enim habetur *dianoia*, quod est intellectiuo: nam verbum *dianoia* descendit a *nois*, quod est mens, & intellectus. Et primo Plotin. dicitur omnis doctrina, omnique

H

disci-

Concluditur animae definitio forma, scilicet, seu per causam.

Nota, quod per cogitatum hoc loco intelligat Aristot. quod est intellectiuo: nam verbum *dianoia* descendit a *nois*, quod est mens, & intellectus. Et primo Plotin. dicitur omnis doctrina, omnique

disciplina *diagnostica*, scilicet discursiua, & Intellectiua: ob id Argirop. verit Intellectiuum: & Boetius Cogitauum: sed hoc opus est mentis.

Vtrum autem in vno quodque.

Tex. XIX.

Duplex Arist. que fitio. 1: Quæstio. 2. Quæst. Arist. An anime potest ita se parare sint loco vt diuerse sint in diuersis subiecti partibus, id est, animalibus. Responsio.

DVas mouet quæstiones. Altera est: Cum hæc omnia, vel horum aliqua in vno animato sint, an procedant à diuersis speciebus anime? an ab vna potius, pluribus tamen potentijs illius? Et quia hæc quæst. vt dicit Simplicius, soluta fuit li. i. vbi determinatum est, vnam tantum in vno esse animam, secundum substantiam, multiplices autem illius esse potentias: ponit alteram quæstionem supposita hac determinatione. An tales potentie sint separate loco, ita vt diuerse sint in diuersis subiecti partibus? an simul insint subiecto, sola que ratione separatur? Ad hanc respondens dicit, quod in quibusdam dubium est, nec ita facile. Explicat autem primò, in quibus sit facile: postea, in quibus difficile.

Sicut enim in plantis. Tex. XX.

In quibus animalibus potentie non separantur loco seu subiecto.

IN quibusdam animalibus notum esse, dicit, quod potentie sola ratione separantur, scilicet in insectis, & in his, quorum partes decise viuunt: nam in illis partibus singulis, experimur esse motum, sensum, & appetitum, cum insit dolor: puncta enim cuspe refringunt: non ergo loco separantur hæc potentie, & per hæc animi alia de alijs fit iudicium, quorum partes decise non viuunt. Assimilantur autem ista animalia in hoc plantis, quæ decise viuunt, cum anima sit extensa per totam, vnaque sit actu, & multa potentie: quatenus per diuisionem actu multæ fiunt.

Nota 1. Nota, quod hæc per sensum intelligit tactum: hic enim est sensus sparsus per corpus cum appetitio, & loco motiuo.

Nota 2. Notandum etiam, quod phantasiam

uocat imaginationem quandam imperfectam, quæ caret organo determinato, sed simul est cum actu, de qua potest dicitur: nam perfecta est in cerebro, & hæc est in perfectis tantum animalibus. Per desiderium, appetitum intelligit.

De Intellectu autem et speculatione.

Tex. XXI.

EXplicat, in quibus dubium sit an separantur subiecto, dicens, dubium esse de Intellectu, & speculatione potentia, & per vtrumque eandem rem intelligit, vt Simplicius notat.

Dubium autem est, quod nondum manifestum est, an sit organica potentia Intellectus, an separata ab organo, vt dicitur 3. de anima, tex. 5. Quod si ita est, tunc non solum ratione, sed etiam re apta esse separari ab alijs. Et anima cuius talis est potentia, est alterius generis ab istis (sensitiua scilicet, & vegetatiua) potestque separari ab illis, & manere perpetua, & incorruptibilis.

Vbi notandum, quod non dicit separatam esse, sed posse separari: nam in corpore coniuncta est cum sensu, & vegetatiua potentia, tamen post mortem, potentie tales corrumpuntur, manetque anima cum solo Intellectu. Et hinc colligitur anime immortalitas, contra Alexandrum, qui locum hunc dicit legendum dubitative propter illud verbum. Videtur. At Simplicius & Philo. & alij docent, & bene, tale verbum a sertiuè intelligendum, ac si diceret: Manifestum est. At de hoc posterius exactè dicemus.

Reliquæ autem partes anime.

Tex. XXII.

Reliquas potentias sensitivas, & vegetatiuas in vno composito, non separari subiecto, docet, vt volebat Plato, qui sensitiuam in corde, appetitiuam in iecore posuit: sed solum ratione. Similiter etiam sensum & Intellectum ratione distinguere notum est. De distinctione enim secundi subiecti dixit superius, dubium esse, tamen de distinctione

In quibus potentibus dubium est an separantur subiecto.

Nota 2. pro anime rationalis separabilitate & immortalitate.

Potentias reliquas sensitivas & vegetatiuas non separari subiecto vt Plato volebat.

distinctione rationis non est dubium, quod per actus prior. Cum enim aliud sit opinari, id est intelligere, alia sentire, etiam diuersæ erunt potentie sensus, & Intellectus. Per operationes enim potentie, & operationes per obiecta distingui cognoscuntur.

Adhuc autem quibusdam animalium.

Tex. XXIII.

De distinctione potentiarum in diuersis animalibus. Quatuor animalium gradus.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

Ordo horum graduum.

Cum has potentias, qualiter in vno distinguere deberemus, docuisset, scilicet ratione, non autem omnes subiecto: nunc qualiter in diuersis compositis distinctè inueniantur, docet, dicitque in quibusdam omnes has esse, in alijs vnam, in alijs plures.

Primum enim quatuor gradus, & differentias viuentium secundum has sumere. Primus est eorum, qui sola operatione vegetandi gaudet: tales sunt plantæ. Secundus est eorum, qui propter vegetatiuam superaddunt solum sensum: huiusmodi sunt quædam animalia immota, vt conchæ, & spongiæ & alia. Tertius est eorum, qui istis motum localem superaddunt, vt animalia multa alia. Quartus eorum qui adhuc vtuntur Intellectu, vt sunt homines.

Est autem ordo iste, vt vbi sint gradus posteriores, sint priores: vbi enim Intellectus est, ibi & reliqua, vbi motus, ibi sensus, & vegetatio: vbi sensus, ibi vegetatio non e contra.

Iste etiam ordo constituitur inter quinque sensus. Quædam enim tactum cum gustu tantum habet: est enim tactus necessarius. Quædam superaddunt olfactum, quædam auditum, quædam omnes habent. Idemque est ordo.

Quomodo autem id, quo viuimus.

Tex. XXIII.

Intentio Arist. eliciendi animæ in nitione. Suppositio.

Aristoteles intendit ex his, quæ dicta sunt, definitionem anime elicere, ac per eam demonstrare sequentia. Ad hoc assumit duo.

Suppositio. Primum, quod sicut duobus dicitur scire aliquis, & duobus sanus esse: ita etiam duobus dicitur viuere. Scimus

enim scientia, tanquam forma quæ facit scientes: scimus anima, tanquam immediato subiecto in quo recipitur scientia. Similiter sani sumus sanitate, tanquam forma: sani etiam sumus corpore, vel aliqua corporis parte; vt subiecto. Ita duplici etiam principio viuimus, altero vt forma, altero, vt materia.

Alterum, quod supponit, est, formas & actus recipi in proprijs subiectis. Propria enim forma est in sua propria materia: vt sanitas in certo receptiuo corpore, similiter scientia in proprio receptiuo. Ita etiam id, quo viuimus vt forma, erit in proprio receptiuo: in vniuersum enim actus actiuorum sunt in patienti dispositio, id est, agentia non producant suas formas, nisi in proprijs & dispositas materias. Hæc duo sunt, quæ sumit Aristoteles, quarum vtrumque probauit à simili in sano, & sciente.

Ex his colligit definitionem hoc modo. Quo viuimus, sentimus, mouemur & intelligimus primò, aut est forma, aut materia seu subiectum. Sed anima viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primò: sunt enim ista animalium propria, vt dictum est: ergo anima est, aut materia, aut forma. Sed non est materia, nec subiectum: ergo anima est forma, actus, seu ratio, qua primò viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus.

Et nota, quod dicitur, Primò, ad excludendam ipsam operationem, qua viuimus secundò. Et iste est textus validissimus, quo probatur, animam intellectiuam esse formam secundum esse unitam, & non tantum secundum operationem. At quia minor illa, scilicet Animam non esse subiectum, sumperat id probat in textu sequenti repetita diuisione substantie.

Tripliciter enim dicitur substantia.

Tex. XXV.

Hic probat

dicimur viuere, hæc scire.

Suppositio. 2. Actus & forma recipiuntur in proprijs subiectis, ita enim id, quo viuimus. Nota 1. Actus & forma recipiuntur in patiente dispositio. Inferitur & probatur ex dictis, anime definitio quodam syllogismo. Nota.

Probat minor syllogismi, supposita diuisione.

Probat minorem, supposita substantiae diuisione. Quaedam est forma, quae dicitur actus. Quaedam materia, quae dicitur potentia. Quaedam est extrinseca composita. Probat solum, quod materia non sit compositum. Materiam enim non esse, certum est, cum sit communis animato, & inanimato: corpus, seu compositum, cum ex materia, & forma constet, non potest alterius esse actus, nec in alio recipi: ergo anima non erit corpus: nam anima recipitur in animato: ergo erit corporis animati actus.

Nota contra Auerroem animam intellectiuam esse formam in forma in Aristot. La quo runda antiquo, riu, alioru reprehensio.

Hic nota contra Auerroem, animam intellectiuam esse formam, ex qua cum materia dicit Aristotele fieri tertiam substantiam: ergo vniter secundum esse: aliter non fieret tertia substantia. Notanda est horum duorum textuum expositio.

Et propter hoc bene opinantur. Text. XXXI.

Audat quosdam Antiquos, quosdam reprehendit. Illi laudandi sunt, qui animam non esse corpus dicebant, simul tamen assererebant esse in corpore, & esse aliquid corporis, & talis corporis, scilicet Physici, organici. Illi autem reprehendendi sunt, qui nihil de corpore determinauerunt, nec expresserunt, quod & quale corpus sit, quod haberet animam, cum tamen constet, non quoduis, recipere quoduis, sed proprium actum esse in propria materia, & secundum rationem, ac conuenienter sit, proprius actus sit in proprio receptiuo.

Nota.

Alter dicitur scilicet, quo colligitur anima definitio prima ex hac secunda

Nota illud, Quauis quia ualere cum denotante causam, ut legit Philopon. Ex hoc sumitur alter discursus, quo colligitur definitio anima. Illa prior: Omnis actus, quo primo uiuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus, est actus corporis cuiusdam, & non cuiusquam: anima est huiusmodi: ergo erit actus corporis talis, scilicet physici, organici. Vide ergo causam, quare sit actus cuiusdam corporis, quia est particularis actus ad certas operationes.

An demonstratio definitionis anime sit a prioris Questio. III.

PER definitionem animae posterius traditam, ostenditur, nullam priorem: inquirendum nunc est, an talis demonstratio sit a priori, & per causam, ut uideatur Aristotele dicere? & statim uidebitur quod non. Primum, Operationes sunt effectus posteriores animae, cum sint actus secundum se, & posterior definitio reddit causam, ergo, &c.

Præterea secundum. Prius est esse actum primum corporis, quam esse principium operationum uitæ: ergo illa prior definitio potius est per causam, antecedens patet: nam postquam anima est in corpore, consequenter est principium operationum.

Præterea tertium. Vel ista posterior definitio est propria alicuius animae, vel communis omni. Si est propria alicui per ipsam non poterit demonstrari illa prior, quæ communis est. Si autem communis est: quomodo ergo dicitur propria, & distincta definitio specierum animarum?

Præterea quartum. Videtur nulli animae talis definitio conuenire, nisi soli rationali. Sensitiua enim, & vegetatiua non est actus seu principium, quo uiuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus.

Præterea quintum. Quia intellectiua anima non uidetur actus, & forma alicuius corporis, cum intellectio non sit corporis: ergo ut talis est, non est forma, nec principium, quo intelligimus, sed potius quod intelligit.

In hac questione multæ & variæ sunt sententiæ: ut autem distinguere eas possis, nota, controuersiam in tribus consistere, & in numero definitionis, & in demonstratione, & in qualitate demonstrationis. In numero quidem: nam Aegidius putat definitionem illam principium, quo uiuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus: non esse unam, sed quatuor, breuitatis causa, in unâ collectas. Putat enim esse quatuor animas, & singu-

1. argu. ad partem negat.

2. argu.

3. argu.

4. argu.

5. argu.

Opinantis uarietas, & controuersia, in tribus potissimum consistit. Primum in numero definitionum. 1. opinari. Aegidius esse

definitiones quatuor in unâ collectas.

2. Opinari simpliciter. Aegidius autem rationalis definitione. Nota.

Simpliciter asserere animam ipsam intellectiuam in substantia esse simul sensitiuam & vegetatiuam in homine.

Alij interpretes, hanc definitionem ut communem omni animæ, & uniuersalem, receperunt.

Circa demonstrationem adhuc est diuersitas.

Nam Auerroes putat nullam fieri demonstrationem, sed solum duas dari animæ definitiones, alteram in causa antecedenti, quæ explicet esse animæ, & hanc, quæ causam explicet finalem per operationem.

Ratio autem, quare Auerroes uult non fieri demonstrationem, est: quia medium in demonstratione debet esse notum naturaliter, & notius conclusioni: at utraque animæ definitio est naturaliter ignota, & ex probatione aliqua à posteriori pendet. Quod si petatur, quare ergo illa prior definitio dicitur ab Aristotele conclusio, & ista medium? Respondet, id ad similitudinem dici, non quia ita sit: sed ista dicitur medium, quia dicit causam, ista conclusio, quia est uelut huius effectus: amē non sit demonstratio, quia medium est ignotum naturaliter, id est, non est euidentius, nec ab alio sumit euidentiam.

2. & 3. in demonstratione definitio nis, & eius qualitate.

1. Opinari. Auerroem nullam fieri demonstrationem. Rō Auerro.

Dubij solutio. S. Tho. dicit esse à posteriori: quia est per effectus & per operationes.

Themistius & Philo. dicunt esse à priori: Caiet. Card. sequens Albertū putat esse à priori: notat enim subtili-

ter, quod esse principium uitæ, & aliarum operationum, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ut dicat actum ipsum; puta, quod actus sit principium operationum, & hoc posteriorius est, quod esse actum primum corporis. Altero modo in aptitudine quadam, & modo ipsius substantiæ animæ ut sit sensus: animam ex se talem esse substantiam, ut sit apta, principium esse uitæ: & sic dicitur prius natura animam esse principium operationum, quia esse actum corporis, & hoc pacto in presenti dicitur sumi, ac fieri demonstrationem à priori.

Aegidius improprie dici putat demonstrationem: existimat enim esse quatuor definitiones, quas dicit uocari causas: quia ex singulis inferitur illa communis, sed non e contra: ex particulari enim colligitur commune, non e contra. Valet enim: Est homo, ergo animal, non e contra affirmatiuè. Hæc sunt quæ ab ipsis expositoribus habemus, super est, ut quid sentit eundem sit, aperiamus.

Sit prima conclusio. Definitio ista posterior animæ, una est, & uniuersalis animæ. Hanc teneo contra Aegidium in primis: quia est expressa sententia Aristotele. Dicit enim text. 12. quod non solum danda est definitio animæ, ut conclusio, sed etiam, ut causa. Vbi docet, eundem esse has duas definitiones: sed illa prior est animæ in communi, ergo & ista.

Præterea, quia falsum est, esse quatuor animarum genera (ut putat Aegidius) & nos inferius id ostendimus: & propterea Aristotele in toto cap. semper uniuersaliter loquitur.

Secunda conclusio. Aristotele utitur demonstratione, per unam definitionem ostendendo alteram. Hanc teneo cum communi sententia contra Auerroem. Videtur enim extorsisse, quod ista sint intelligenda per similitudinem, ut dicit Auerroes.

Nec ipsius argumentum est validum: nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

ter, quod esse principium uitæ, & aliarum operationum, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ut dicat actum ipsum; puta, quod actus sit principium operationum, & hoc posteriorius est, quod esse actum primum corporis. Altero modo in aptitudine quadam, & modo ipsius substantiæ animæ ut sit sensus: animam ex se talem esse substantiam, ut sit apta, principium esse uitæ: & sic dicitur prius natura animam esse principium operationum, quia esse actum corporis, & hoc pacto in presenti dicitur sumi, ac fieri demonstrationem à priori.

Aegidius improprie dici putat demonstrationem: existimat enim esse quatuor definitiones, quas dicit uocari causas: quia ex singulis inferitur illa communis, sed non e contra: ex particulari enim colligitur commune, non e contra. Valet enim: Est homo, ergo animal, non e contra affirmatiuè. Hæc sunt quæ ab ipsis expositoribus habemus, super est, ut quid sentit eundem sit, aperiamus.

Sit prima conclusio. Definitio ista posterior animæ, una est, & uniuersalis animæ. Hanc teneo contra Aegidium in primis: quia est expressa sententia Aristotele. Dicit enim text. 12. quod non solum danda est definitio animæ, ut conclusio, sed etiam, ut causa. Vbi docet, eundem esse has duas definitiones: sed illa prior est animæ in communi, ergo & ista.

Præterea, quia falsum est, esse quatuor animarum genera (ut putat Aegidius) & nos inferius id ostendimus: & propterea Aristotele in toto cap. semper uniuersaliter loquitur.

Secunda conclusio. Aristotele utitur demonstratione, per unam definitionem ostendendo alteram. Hanc teneo cum communi sententia contra Auerroem. Videtur enim extorsisse, quod ista sint intelligenda per similitudinem, ut dicit Auerroes.

Nec ipsius argumentum est validum: nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nam ista posterior definitio, quamuis

nem à posteriori. 3. Opinari esse à priori dicitur demonstratio. Themistius opinari.

4. Opinari. Aegidius improprie esse demonstrationem. Rō. Aegidij.

1. Conclusio. Posterior definitio animæ definitio est una. Probat primò ex Aristotele.

2. Ratio.

2. Conclusio una definitio ab Aristotele per alteram demonstratur. Probat

tur Solu- secundum se non sit nota, tamen dis-
tione Ar- cursu & sensu fit simul nota, sentimus
gumentu- enim opera vitæ, & discursu tenemus
Auerro- ab anima esse: Vnde definitionem col-
is. ligimus. Et hoc sufficit, vt sit medium
sufficienter notum ad demonstratio-
nem Physicam: non est enim in omni-
bus qua certitudo querenda.

3. Cōcl. Tertia conclusio. Talis demonstra-
tio est à priori per genus causæ finalis.
monstra- Pro explicatione, scito operationes
tio secū- rei dupliciter posse considerari. Vno
dæ defi- modo, vt effectus ipse rei, à quo pro-
nitionis cedunt: & sic posteriores sunt. Altero
per pri- modo, vt finis, in quem res ordinatur:
mam est est enim res ob suam operationem, vt
à priori 9. Metaph. c. 9. dicit Arist. visum habe-
p. causā mus, vt videamus, vt visum habeamus
finalem. & sic prior est operatio, cū sit finis. Fi-
nis n. quantum ad executionē poste-
rior est (est enim sic effectus) tamen
quæcum ad intentionem prior est (est
enim sic finalis causa) sunt aut opera-
tiones maximè fines in rebus Physicis.

Nota 2. Aduerte ulterius, quod, sicut in re-
bus practicis finis, est regula & norma
formæ rei, ita etiam in Physicis. V.g.
quia terra est ad sciendum, inde est
quod talis est forma & materia: &
quia domus est ad talem finem, inde
talis efficitur. In physicis etiam tales
natura res facit, quales fines, vt oculus
talis est, quia ad videndum: reliqua
alia etiam secundum suos fines.

Ex dictis Ex quo sequitur, quod sit optima na-
pbatu- turalis demonstratio per finem, talis
cōclusio. est ista, finis enim animæ est, vt per
eam viuamus, sentiamus, moueamur:
intelligamus: si talis finis est, debuit
esse actus corporis organici primus
non ergo tales operationes, vt effe-
ctus, sed vt fines, sumendi sunt.

Nota 3. Mihi etiam placet Caiet. Quia ex
Quod sit se animæ esse talē substantiam, vt sit ex
etiam ve se principium vitæ prius est, & causa
ria Cai- cur sit actus corporis, sed quæuis illud
tani, sed verū sit, tñ non est talis demonstratio
physica, & per causam physicā, sed se-

re Metaphysica per quasdam rationes
formales. Arist. autē non videtur illo
modo definisse, sed operationes ipsas.
Ad primum & secundum argumen-
tum solutio patet. Nā quauis opera-
tio in executione sit posterior, & effe-
ctus, actus primus ipsius corporis, tamē
intentione est prior, cū sit finis.

Ad tertium dico, q. ista definitio dicitur
propria, non q. sit alicuius speciei animæ
sed q. per eam facilius colligi possunt
singularū definitiones, quæ ex prima.

Ad quartum respondeo cum Caiet-
ano Thien. & alijs, quod facit defini-
tio sensum distinctum in illis opera-
tionibus, aliter enim soli rationali cō-
peteret: sic autem omnibus, sicut in
definitione naturæ diximus olim.

Ad quintum: Ibi petitur difficultas,
an rationalis anima, vt intellectiua
est, sit forma? Dico igitur duo. Alte-
rum est, quod, ipsa, secundum suam
substantiam, & entitatem, formam ef-
se informantē non licet dubitare. Di-
co secundū, quod, an ipsa secundum il-
lum gradum intellectiuum informet?
non puto esse periculosum negare cū
multis affirmantibus, ipsam esse for-
mam secundum gradum sentiendi.

Tamen aduertendum est, cū ani-
ma in homine non solum det sensitiuum,
sed etiam det esse hominem, nō
solum, in quā, det esse animal, sed ani-
mal rationale: vnde hominis totius ef-
sentia est, esse animal rationale, non
solum est concedendū secundum gra-
dum sensitiuum informare, sed etiam
secundum gradum rationalis. Distin-
guendū ergo est. Aliud enim est sim-
pliciter intellectiuum, quod est, sine
discursu omnia simul intelligere, vt
Angeli intelligunt, & anima in sua vl-
tima & perfectissima contemplatione
attingēs vltimū Angeli. Aliud est ra-
tionale propriè, quod est, intelligere
cum discursu & vnum post aliud: & ita
anima propriè dicitur rationalis, & ho-
mo dicitur animal rationale, & non p-
priè

nō ita ad
mentem
Aristot.
Ad 1. &
2. argu.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

priè dicitur animal intellectiuum, vt
Angeli. Igitur dici pbabiliter potest,
licet non informet secundum gradum
vltimū intellectiuum, in quo conue-
nit cum Angelis: tamen informare se-
cundum gradum, non solum sensitiuum
& vegetatiuum, sed rationale quoque:
Est autem norandum, hos gradus ra-
tionalis, & intellectiui nō esse à parte
rei distinctos, sed solum ratione distin-
gui, ita, vt anima considerata sub il-
lato, non dicatur informare, vide-
licet vt intellectiua, sed, vt rationalis.
Sed mihi ad huc melius & securius vi-
detur, q. ipse adhuc secundum illū vlti-
mum gradū sit forma, quia licet intel-
ligere non sit corporis, vt organi & su-
biccti, est tamē ab ipso obiectiue, & an-
tecedēter saltē dependens, vt diximus.

Imò verò multo adhuc melius est,
si dicamus, vnicum esse simplicissimū
gradum animæ, tale scilicet medium
eminenter, hæc in se omnia continens
& ita informantē per se totum, & simpli-
citer: & quia medium est gradus, habet
operationes quasdam, & potentias cū
corpore coniunctas, & alias operatio-
nes, & potentias à corpore separatas.
Ac de his hæcenus.

An Anima sit in toto corpore? an vero in a-
liqua tantum eius parte?

Quest. IIII.

Sensus quæstionis notus est: peti-
mus enim, an anima toti corpo-
ri, & ipsius partibus omnibus in-
sit? an in aliqua tantum illius re-
spondeat parte? Et in primis videtur, q.
non in toto sit corpore:

1. Argū.
quod nō
in toto
sit corpo-
re.

Et argumētum primū est ab autho-
ritate Arist. libello de cōmuni anima-
liū notione Dicit exprsē totū animal
esse, sicut ciuitatē optimè institutam,
& animā sicut Regem, dicitque quod
sicut Rex non est in tota ciuitate, sed
in vna præcipua parte, ita nec anima
in toto corpore, sed in vna præcipua
parte, scilicet corde.

Præterea libro, de senectute, cap. 2.
& 3. De partibus animalium cap. 4.
dicit principium sensus esse in corde:
ergo ibi erit anima.

Præterea 8. physicorū tex. 84. Intel-
ligentiam non in toto cōlo, sed in cor-
li parte posuit: ergo anima non in toto
corpore, quia eadē est pportio Intel-
ligentiæ ad orbē, & Anima ad corpus.

Præterea est secundum argumētū.
Anima non est, nisi vbi sunt potentie:
sed potentie non sunt sparte per totū
corpore: non enim visus, auditus, & de-
nique sensus sunt in omnibus partibus
corporis: ergo nec anima.

Præterea tertio. Si anima esset in
toto corpore, etset in partibus simila-
ribus corporis, scilicet in ose, carne,
vena, & alijs: sed anima in talibus es-
se non potest, q. materia animæ est or-
ganica, & dissimularis, vt ex definitiōe
colligitur: ergo nō est in oib9 partib9.

Tandem quarto. Si in omnibus esset
partibus, singularis denominaret par-
tes, & qualibet pars diceretur anima:
sicut qualibet ignis pars dicitur ignis
quod tamen falsum est.

Aduertendum est, vtrōs doctostam
Philosophos, quā Theologos nō ef-
se conformes in hac parte. Citero r.
Tuscul. cum Platone, animam ratio-
nalem in mente posuit.

At Alb. tract. 1. cap. 7. animam sen-
sitiuam omnem in corde ponit, vel in
aliquo habente locū cordis, vt in spi-
na in animalibus, quorū partes deci-
se viuunt, scilicet anguillis, vermibus
& alijs: vel in annulis, in animalibus
annulosis, vt vespis, & apibus, & alijs:
ac ob id dicit, quod cū secundū latus
abscinditur, partes nō viuunt quia sic
scinditur annulus, vel spina nō manet,
at cū per longum, viuunt, q. in parte
spine integra vel annulo, manet ani-
ma in alijs animalibus perfectis homi-
ne, leone, & reliquis, aia est in corde.

Simō Portius, libello de mēte huma-
nā, cap. 7. contēdit eam esse in corde.

2. Argū.

3. Argū.

4. Argū.

Opina

tium v 2

rietas.

1. Opin.

Platon.

2. Opin.

Alber.

3. Opin.

Simonis

Adde etiam, quod Diuus Hieronymus lib. 2. super Matthæum, cap. 14. ponit animam nostram in corde, reprehenditq; Platonem quæ eam in cerebro collocauit; allegatq; illud Matthæi. 23. A corde exiit erogationes prauæ. Et Tertul. lib. de anima, cap. de hegemonico, id est, de principali gradu anime, multis testimonijs Scripturæ contendit ostendere, eam esse in corde, & lib. de resurrectione carnis, allegat illud: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Idem habet Philo Iudæus, opusculo de eo. Quod de ceteris potiori insidetur.

4. Opin. At in oppositum est S. Thom. disputat. de anima, argum. 30. & 2. contra gent. ca. 72. & Turrisanus monachus lib. 2. in microtechnum. Galea. comment. 12. dub. 4. & Landu. quest. 7. & Apollin. quest. 6. Caic. Thie. quod anima sit in toto corpore uiuentis.

Pro denominatione primò notandum, partes uiuentis, & præsertim animalium, esse in duplici differentia, ut docet ipse Aristot. 1. hist. cap. 1. Quædam sunt similes, quæ sunt eiusdem denominationis cum suis particulis, ut ossa, caro, neruis, vena: quælibet enim ossis pars dicitur os, & vena vena. Quædam dissimiles, quæ ex his componuntur, nec eadem habent denominationem cum suis particulis, ut caput, pes, cor, iecur: & tales partes vocantur membra, lib. 2. hist. cap. 1.

Aduerte vterius inter similes, quasdam alias esse partes in animali, quæ inseruiunt ad partium consistentiam aliam, temperiem, & nutritionem, & ad conseruationem vitæ: illæ enim erant partes solidæ, & consistentes, istæ sunt fluidæ: ut humores quatuor, pituita, bilis atra, & flaua, atque sanguis: hæc enim corpus temperant, & sanguis inter hos humores habet aliud quoddam, quod sit sedes vitæ, & præterea sit nutrimentum animalis: ob id plus alijs abudat. Inter has etiam

partes sunt spiritus: per hos enim & vita conseruatur, & operationes vitales fiunt, & species mandantur in organa interiora, sicut per medium æerem ad sensus exteriores ab obiectis: his etiam interuenientibus fit motus in neruis, & cor calefacit, & fouet partes corporis. Ex his ergo omnibus totum constat, & constituitur corpus animalis. Alia verò sunt, quæ non sunt partes animalis, sed ad ornatu pertinent, vel ab excrementis nutritionis partium proueniunt, ut vngues, capilli, barba, pili; hæc omnia partes non sunt animalis, nec ad ipsius integritatem faciunt, ut dictum est: nam his ablatis, animal manet integrum. Iuxta hoc respondetur questionibus.

Sit itaque prima conclusio. Anima secundum suam substantiam est in omnibus animalis partibus, quæ ab ipsius pertinent constitutionem. Hanc conclusionem probo primò ex Aristot. definitione. Anima est actus corporis organici. Vide, qualiter materia proximam animæ corpus ponit organicum: ergo anima est in ipso corpore organico. Præterea, text. 9. dicit. Sicut visus ad oculum, ita anima ad totum simul animal. Præterea text. 20. animam in omnibus partibus ponit, similitudine plantarum, quarum animæ per totum sunt corpus.

Sed probatur secundo ratione. Si anima in vno tantum parte corporis esset, reliquæ corporis partes aliam haberent substantialem partem, imò cum plures sint partes distinctæ inter se, plures essent in vno composito partes substantialiter, & specie differentes, sic autem non possent esse vnâ per se, sed totum per quandam aggregationem, tuncq; fieret argumentu Aristot. contra Platonem. 1. animæ, text. 99. quod non esset quo illæ plures formæ inter se vnirentur, ac vnum componerent.

Probatur tertio, & est forte argumentum. Potentia non potest separari à

ri à propria forma: sed potentia animæ sunt in toto composito, & in qualibet parte, similiter & operationes animæ: ergo ibi etiam est anima. Consequentia patet. Nam si est tantum potentia, & operatio animæ sine propria forma, & principio, sequitur, quod erit cum altera diuersa forma, & sic non erit cum ea naturaliter, sed violenter, sicut calor in aqua. Antecedens notum est: nam in ossibus est anima potentia & operatio, similiter in carne, neruo, reliquisq; partibus: erit ergo & ibi animæ substantia.

2. conclusio.

Explicatur & probatur ratione.

Secunda conclusio. Anima secundum omnes suas potentias, non est in qualibet corporis parte.

Aduerte quod potentia animæ quædam sunt in ipsa solum, ut Intellectus, & sic vbi ipsa est, ibi etiam Intellectus: & voluntas. Quæuis, quæ istis ministrantur ad intelligendum, non sunt in quavis corporis parte, sed in capite, vel etiam in corde.

Ad alia sunt totius coniuncti, communicata tamen ab anima, ut reliquæ omnes: tales cum sint simul in materia & anima, & non in quavis materia, sed certo modo disposita, non sunt, vbiq; est anima, sed in partibus talem dispositionem habentibus. Vnde in ossibus est potentia vegetatiua, non sensitua: quia caret dispositione ad talem potentiam: in neruis est motiua potentia, in oculo visua: in carne, neruis, alijsque multis tactus: in cerebro & capite imaginatiua: tamen anima vbiq; est secundum suam substantiam, similiter etiam & secundum vegetatiua potentiam.

In omnibus his, quæ vegetantur, & conseruantur, & per quas vita retinetur, est dans, non esse animatum, ut dicuntur viuere, sed esse simpliciter mixti, ut sanguini: nam anima, ut diximus, eminenter continet omnes alias formas inferiores, sensitiuam, & vegetatiuam, & simplicem mixti, & ita quibusdam partibus conuenit sentire, quibusdam vegetare, quibusdam esse tan-

tum mixti: anima enim sicut requirit corpus heterogeneum, & organicum, ita dat esse heterogeneum, & vna est animæ substantia in vno, ut dicemus post; varias communicans potentias varijs corporis partibus, secundum ipsarum variam dispositionem.

Tertia conclusio. In alijs, quæ partes animalis non sunt, nec secundum substantiam, nec secundum potentiam anima est. Non sunt igitur capilli animati, nec pili, nec vngues.

Probatur: quia quod non est pars compositi naturalis, non participat formam talis compositi: at illa non sunt partes, ut dictum est: ergo non participant animam, quæ est animalis forma.

Præterea: quia nulla in eis est operatio animæ: non ergo habent animam. Antecedens patet: nam si quæ esset, vegetatio esset: at hæc non est: non enim humusmodi, nisi per additionem ab extrinsecis augentur; non quod virtutem internam habeant attrahendi aliu ventum, ut pili, per iuxta positionem excrementi, & per impulsionem quandam crescunt, & superflui excrementorum humores per additionem: non ergo habent animam.

Obijcies Aristot. 3. histor. cap. 19. vbi dicit, solum sanguinem animari, & ita non solum esse acciperet ab anima, sed vitam? Respondeo, quod sanguis non dicitur animari, quasi quod habeat in se vitam & viuatur, sed quod solus est, qui in animatum conuertitur, cum sit nutrimentum.

Quæuis non caret aliqua probabilitate aliquo modo sanguinem participare vitam: nam verè participat aliquas operationes vitales, puta, motu localem ad omnes partes corporis, & fouendas; & nutriendas; & feruet, & conseruat vitam totius animalis, & animam ipsam in corpore conseruat, ita ut dicatur animæ sedes. Accedit hoc ipsum Aristot. testimonium, vbi ait expressè, Sanguis animatur, & feruet. Sed quicquid

3. conclusio.

Probatur primò ratione.

2. Ratio.

Dubium est sanguinem, an sit animatus, & pars,

Primum sumptum à vita ex Aristot. Solutio.

quid sit de hac re, an sit sanguis animatus, nec ne, & viuens: tamen hoc negari nullo modo potest, nec debet, esse verè partem corporis animalis, & spectare ad veritatem & integritatem naturæ, imò qui id negaret, videretur temerarius. Nā Concilium Tridentinum, sess. 13. de Eucharistia, cap. 3. aperte sanguinem numerat inter partes Christi, qui surrexit à motuis, & ex vi connexionis talis partiu natura, & cōcomitatis sub speciebus panis, non solum corpus, sed sanguinè ait, & animā Christi contineri: quia partes Christi inter se copulatur. Et conciliū Ephesinum ait, in epistola ad Nestorū: Verbum Dei hominem factū, assumptione carnis, & sanguinis: aliās nisi pars esset, nō esset vnitus hypostaticè: q̄. asserere, esset error. Sed & Aristot. lib. 3. historia animaliu, cap. 2. sanguinè inter partes similes numerat, & hunc ait earū omnium esse partem potissimam. D. Thomas, 3. part. q. 54. art. 1. Sanguis, inquit, vnitus erat Verbo, & vt pars humana corporis, & vt spectans ad vnitatem nature humanæ. Nec obstat, quòd dicatur etiam potentia pars: nam est quidem pars verè fontis animæ, vt diximus, & sustinens vitæ eius, & tuens, & conseruans, & corroborans animal: tamè pars talis, quæ est in potentia aliq̄ partes, quòd in eas potest conuerti, sicut etiā caro est pars, sed aliquando circa os conuertitur in os, & elementa sunt orbis partes, quantum conuertantur in mixta. Nec etiam obstat, quòd Aristoteles lib. 2. de partibus animalium, cap. 10. ait: sanguinè non sentire, quippe qui nulla pars sit animaliu. Nam intelligit, id est, animata pars, vel heterogenea pars, nec est membrum animalis, eliās eodem modo sequeretur, nec os esse partem, nec arterias & venas, & omnes aliæ partes, quæ tantum vegetantur non essent partes: quod manifestè falsum est, contra eundem.

Igitur cum sanguis verè sit pars corporis, & anima totū corpus informet, & omnes eius partes integrantes, necesse est & hanc quoque informet, sicut & reliquas corporis partes, cōmunicando, si non vitā saltem esse mixti & licet non diceretur viuens, tamen dicitur esse accipere ab anima.

Ad argumenta ergo respondetur. Ad primum locum Arist. est notanda solutio, quòd anima potest, dupliciter considerari. Vno modo, vt corporis forma, & sic in toto est corpore. Altero modo, vt motor est, & sic dicitur esse in præcipua parte corporis, quia quantum ad potentiam motiuam, est in certa parte: vt enim visus in oculo est, ita motiua potentia in neruis, & corde, vnde secundum Aristot. originem habent, quamuis secundum Galenum, à cerebro: per has enim partes mouet alias.

Arist. ergo illic loquebatur de anima, vt mouet. Et quia potentia motiua nō est in omnibus partibus, sed in quadam principali: hinc est, quòd dixit, non esse in toto corpore: quantum tamen ad informationem, in toto est.

Ad alium locum dico, q̄ sensus non solum est in corde, sed præcipuè dicitur trahere originē à corde: & quāuis in solo esse corde, nō ob id anima in solo corde secundū suam substantiam esset: sunt enim aliæ potentia, quæ in alijs partibus sunt, in quibus necesse est animam inesse.

Ad alium locum dico, q̄ non est similis intelligentia animæ omnino. Nā intelligentia est solū motor orbis, quare non est opus, quòd sit in toto orbe. At anima est simul forma, ideò que debet esse in toto corpore, quantum secundū potentiam motiuam sit in aliqua parte determinata.

Ad secundum argumentū: concedo q̄ sint aliq̄ potentia, quæ non sunt in toto corpore: sed non sequitur, q̄ anima nō sit in toto: quia illæ tales potentia

Ad primum argumentum.

Ad alterū locū Arist.

Ad aliū locum Aristot.

Ad 2. argum.

mentia non sunt in sola anima, sed in consuetudo, potestque eadem anima existens in toto corpore, in quibusdam partibus habere aliquas potentias, in alijs verò alias: imò cum in omnibus partibus non desit potentia animæ, sequitur, quòd in toto erit anima.

Ad 3. Ad tertium dico, quòd est duplex materia. Prima, & Secunda. Prima est in qua primò recipitur res: Secunda est, quæ primam cōponit. Materia prima animæ est, corpus organicum, secunda, partes similes, quæ organa componunt, in vtraque autem est anima. Cum autem dicitur corpus organicum esse materia animæ, sermo est de prima, & proxima.

Ad 4. Ad quartum dico, quòd forma non denominet, nisi materiam proximam & Primam: talis autem, est corpus organicum, ob id non quæuis pars dicitur animal, aliquo tamen modo denominatur: nam quælibet particula animalis dicitur animata, aliquo saltem modo: quædam quidem sensitivæ, quædam vegetatiuæ, quædam saltem quantum ad esse mixti simpliciter ab anima esse accipiunt. Et hoc sufficiat.

Vtrum omnis Anima sit indiuisibilis? Questio. V.

Nota tituli quæstionis sensum. Tribus modis a liquid dicitur diuisibile. Tertiò in partes quantitativas, & integrantes.

De qua diuisibilitate animæ sit quæstio & com-

mentia, ex quibus & generat & differentia sumuntur. Vnde non bene dixit Landua. q. 7. qui eam nullo modo esse totum essentiale affirmavit, cum tamen certum sit eam, cōpositam habere essentiam, cum non sit purus actus.

Similiter non est difficultas de diuisibilitate secundū potentias. Certum enim est, animā, quamuis vnā in sua substantia, multas habere virtutes, ac potestates. Sed de partibus secundum quantitatem difficultas est.

Vbi iterum nota, quòd tripliciter est aliquid secundum quantitatem diuisibile. Vno modo per se primò, puta, quòd ratione sui & non alterius extensionis partes habet, & sic sola quantitas diuisibilis est. Altero modo per se secundò, quòd non quidem ratione sui sed ratione alterius, quod tamen in eo est primò, diuisibile est, sicut substantia corporea & cōposita: hæc enim ratione quantitatis diuisibilis est, tamen quantitas in ea, vt in primò subiecto recipitur. Tertiò modo est aliquid diuisibile per accidens, quia est simul cum eo, quòd per se diuisibile est: sicut albedo dicitur diuisibilis per accidens, quia est in subiecto habente partes. Hoc etiam modo forma substantialis dicitur diuisibilis per accidens ad compositi diuisionem.

Aduertendam igitur, quòd dicitur quærimus, an anima sit diuisibilis per se primo, nec per se secundò: nec enim est anima quantitas, nec cōposita substantia physica: sed tantum quæritur, an sit diuisibilis per accidens.

Vt sensus: Sicut albedo, quæ est in tota manu, sic habet partes, vt quod est in vno digito albedinis nō sit id, quod est in alio: & tota albedo, nec sit in vno digito per se, nec in altero, sed in vtroque simul: Ita etiam anima sic sit in toto corpore, vt quod anima est in manu, nō sit id, quod est in capite, & hoc non sit aliud: sic enim erit tota anima

Nota 2. Tripliciter aliud quid est diuisibile secundum quantitatem.

1. 2. 3.

De qua diuisibilitate secundum quantitatem sit quæstio. Sensus quæstionis.

in toto corpore, & pars in parte corporis.

Quod si aliter se habet, & sit ita, ut id profus, quod est in manu, sed id q. in capite aliisque corporis partibus, tunc anima dicitur indiuisibilis omni modo, & tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, Secus vero erit diuisibilis per accidens: atque hoc quidem de omni anima quaerimus: & hic est quaestionis sensus.

2. Opin. erronea Hierardi, &c. oēs aīas etiā rationales esse diuisibiles aut saltem per solā fidem de rationali creatura, esse formam & indiuisibilem: nō verò p philosophiā. Primū pro hac erronea sententia argumētum.

Scito autem esse quatuor sententias hac de re: quarum duae sunt extremae, duae vero mediae. Prima extrema & erronea est cuiusdam dicti Hierardi, omnes animas, etiam rationalem, esse diuisibiles ad sensum expositum; nec multum dissentit ab hoc Iand. 3. de anima. q. 5. qui sola fide dicit se tenere rationalem animam esse formā, & indiuisibilem, lib. etiam. 2. q. 7. omnem formam in materia simpliciter putat esse diuisibilem. Pōpon. quoq; lib. 1. de nutritione, cap. 11. putat secūdum Philosophiam omnem animam diuisibilem, solaque fide tenet esse in diuisibilem rationalem.

Est autem pro horum erronea sententia argumentum primum. Omnis forma recepta in subiecto quanto, est diuisibilis: Omnis anima informās est recepta in subiecto, & materia quantā: ergo omnis anima est diuisibilis. Consequētia est certa cum minori. Maior probatur. Omne enim, quod recipitur, ad modum recipientis, recipitur: ergo quod in quāto recipitur, quāto coextenditur.

2. argu.

Probat. secundō. Substantia composita, scilicet homo, est, quod recipit quantitatem: sed homo non est aliud, quā partes simul sumptae, scilicet corpus, & anima: ergo anima simul quāti ratē recipit, & sic diuisibilis est, aliter sola materia reciperet quantitatem.

3. argu.

Præterea tertio. Quicquid identificatur cum extenso est diuisibile: at rationalis anima identificatur cum sensu

tiua, & vegetatiua, & hæc cum forma corporeitatis, quia nō est, nisi vna forma in vno composito: sed talis forma est diuisibilis: ergo & anima.

Præterea quartō. Quia pars hominis abscissa viuit, quantum partem: mouetur enim abscissa manus: & lingua scilicet Pauli locuta est in abscisso capite: ergo anima rationalis etiam diuisibilis est: quod si hæc est diuisibilis, etiam aliae erunt:

Altera est opposita sententia eorū, qui omnem animam, etiam plantarū, putarunt esse indiuisibiles, & hoc habet Marfi. Fici. lib. 6. Theolog. Platonis, & de hoc idē refert ex Plato. Plotin. & Porphir. Idem videtur dicere Simplicius. 1. animę, ex. 47. de animalibus, & in hoc secundo, lib. text. 20. de plantis, vbi dicit, quod in ramo nō manet anima, sed est in potētia proxima, ut si plantetur, producatur anima. Idem habet Caietan. Thien. in presentia & Hugo Senen. quem citat Pompon. cap. 100. dicitque esse modum rationabilem dicendi. Hi igitur omnes sunt in hac sententia.

Argumēta sunt duo, alterū sumitur ex argumētatione. Cū n. accedit nutrimentū, vel producitur noua particula animę in illo nutrimento, vel non, sed quæ fuit in materia prima, simul illā informat: Si noua producitur, iam tūc impropria est augmētatio, & per additionē: sic enim ignis augetur, quia cōburit lignū, ac sibi vnitur: Si autē def alterum, sequitur, q. est indiuisibilis: non enim potest vna eademq; anima simul informare, & materiam, quam habebat, & alteram, nisi sit indiuisibilis, & tota in qualibet parte.

Alterum argumentum est D. Augustini lib. de immortalitate animę, cap. vltimo. Verbis, si pungatur in cauda, se totum mouet: eodēq; anima, quæ est in cauda, illa eodē est in toto corpore, & sic indiuisibilis est. Hæc itaque sunt duæ extremæ sententiæ.

Tertia

4. argu.

2. Opin. Marfi. & aliorum oēs animas esse indiuisibiles.

1. Argu. pro hac secunda opinio.

2. argu.

3. Opin. media S. Tho. &c. animas perfectorum animalium & rationales esse indiuisibiles.

Tertia est media: putat enim animas plantarū, & imperfectorum animalium esse diuisibiles, animam autē rationalem & perfectorem animalium esse indiuisibilem. Et huic sententiæ faue. Arist. de senectute. ca. 1. vbi, post quā dixit, animas imperfectorum animalium esse singulas diuisibiles, vñ actu, plures potentia, subdit, quod in animalibus probē cōstitutis, anima est quam maxime fieri potest vna, & simplex. Hæc opinione sequitur D. Tho. 1. q. 76. ar. 8. & Thomistæ omnes, inter quos est Heru. 1. sent. d. 8. q. 4. & alij.

Caiet. 1. p. loco allegato volens reddere causam opinionis, notat tripliciter se habere formas ad materiam aliquam, quam in formant.

Primō quædam sic recipiunt aliquā totam materiam, ut a quæ primō respiciant partem illius, quales sunt in animaliorū, forma scilicet elementorum, & minorū: quæ ita primō ordinantur & recipiuntur in aliqua materia, ut possunt recipi in parte illius: & ratio huius est, quia dispositio tota necessaria ad talem formā, est in tota illa materia & in quavis parte: ut dispositio ignis formæ, calor est, qui tam primō, est in materia aliqua magna sicut in parua, quia in vtraque potest esse, ut octo.

Quædam alie formæ sunt in opposito extremo, qui sic habent ordinem ad aliquam totam materiam, ut nullo modo respiciant partem: q. prouenit ex perfecta dispositione, quā tales formæ petunt, quæ non possunt inueniri, nisi in tota simul illa materia, non autem in parte: & huiusmodi sunt anima rationalis, & animę perfectorum animalium: hæc enim non sunt nisi existente tali dispositione, quæ non est nisi in tota simul materia.

Alie formæ sunt mediæ, quæ sic respiciunt aliquā materiam, ut nō a quæ primō respiciant partem, sicut primæ, nec profus totam materiam tantum respiciant, sed aliquo modo & minus pri-

Rō Caiet. Nota tripliciter se habent formæ ad materiam.

1.

2.

3.

3.

cipaliter partem respiciant, eodē, quod non sunt tam perfectæ nec tantam partem dispositionem in materia: huiusmodi sunt animæ plantarum, & animalium imperfectorum.

Ex hoc vult Caiet. quod primæ formæ, quia respiciunt aliquam totam materiam, & partem eque primō, sunt diuisibiles in illa materia, ut pars formæ respiciat partem materiæ, ita ut possit separata per se esse. Similiter, & tertiæ, quia respiciunt aliquo modo partem materiæ, sunt extensæ, tamen quia æquæ primō non respiciunt illā partem, non possunt in illa sola multū permanere separata: at alie formæ, quæ nullo modo respiciunt partem, non sunt extensæ, sed in tota materia totæ & totæ in qualibet parte.

Hæc ratio Caietani mihi nullo modo placet: nam solam colligi potest ex hoc, quod animæ perfectorum nō sunt sic in materia, ut in qualibet parte, diuisæ possint perseverare, non tamē quod illis non sint extensæ non enim quia in partibus diuisæ non manent, inde colliguntur esse indiuisibiles: nā in minimo naturali aque forma extensa est, non tamē manebit partibus diuisis, defectu quātitatis: ita illa animę nō manet defectu dispositionis, prius tamen erant extensæ.

Imō potius sequitur oppositū illius quod præ tendit. Si n. elementi forma sic respicit aliquā materiam totam, ut æquæ primō respiciat partem illius, profectō erit in tota materia, etiā in qualibet parte tota, quæ omnia æquæ primō respicit & ex opposito, formæ, quæ nō respiciunt partem æquæ primō materia non erunt totæ in partibus.

Alia est vltima sententia, quæ magis ad vnum vergit extremum: omnes animas esse diuisibiles tam plantarū, quā animalium perfectorum & imperfectorum, præter animam rationalem, hanc subitinet Aegidius 1. Sent. d. 2. 2. p. illius distinctionis 2. princip.

Ex dictis inferitur conclusio.

Reijcitur hæc ratio Caietani.

1.

2.

4. Opin. Aegidij Appo. &c. omnes animas præter terratiles

q. 3. &

nalē est q. 3. & Landu. hic q. 7. & Apollinar. q. 6. & Marfil. l. Gen. q. 10. & Alber. Saxo. l. Gen. q. 12. & Auerr. 8. Physico. com. 78. vbi om̄em formam in materia putat diuisibilem, quauis non existimat Intellectum esse in materia.

1. Cōcl. Circa huius difficultatis resolutionē sit prima conclusio. Anima rationalis quam superius esse verē formam probauimus, est indiuisibilis, tota in toto corpore, & tota in qualibet corporis parte. Hæc est communis Philosophorum, & habetur à S. Agust. 6. libr. de Trinitate, cap. 3. Sunt autem duo exempla, quibus hoc explicari potest. Alterum est August. epistola fundamētico tra Manich. cap. 16. assimilatur Deum esse in mundo, anime existenti in corpore quantum ad hoc. Deus enim totus in mundo est, & totus in qualibet parte, ita vt quod hinc est, sit id, quod illic est, ita anima in corpore. Sed est differentia. Deus non informat mundum, sed assistit, nec includitur in mundo: at anima informat corpus in ipso quod concluditur.

Decla- ratur e- xemplo.

Alterū exēplū.

1. Ratio.

2. Ratio.

secundum veram Philosophiam: ergo anima rationalis non est diuisibilis.

Probatur sequela. Sit anima extēsa per corpus, & habeat partem in parte abscindatur manus, peto de parte anime, quæ erat in illa manu? Vel est retracta ad materiam proximā antecedentē? & hoc esse non potest. Impossibile enim est, quod duæ pars distinctæ formæ simul informēt eandē materiā: & præterea, quia nō possent vnū fieri, cū non sit talis motus excogitabilis, quo fiat vnū per se: debet ergo recedere cum manu. Petam: An ille sit mortalis, vel non? Diceret esse immortalem & ex vna anima rationali fieri duas immortales, imò innumerabiles secundū innumeras diuisiones, quæ fieri possunt, est aded absurdū, vt impugnatione non egeat.

Si autē omnes particule mortales sunt, cū sint omnes eiusdē rationis, erit tota mortalis? Hoc argumētū puto habere multū roboris, & concludere.

Sit tertiu argumentum, quod ex hominis augmentatione, & diminutione sumitur. Sequitur enim, si extēsa est quod in augmentatione noua anima semper producit in nutrimento, & aliqua pars in diminutione destruitur atq; ita eadem, quæ superius deducebamus, incommoda sequerentur: & præterea, debemus fateri, quod anima rationalis educitur de potētia materia: quod si non educitur, ergo noua pars, quæ producit, non poterit continuari cū præcedenti, sicut nec duæ anime duorum hominum.

Est in diminutione corrumpitur, sequitur, quod post multum tempus & assiduam diminutionem homo amittit animā rationalem, quam habebat, & habitus ascēntias, quæ in ea erāt: quæ omnia sunt absurdissima, & impossibilia: Ergo anima non est diuisibiliter existens in corpore.

Sit quartū argumentum ex cognitione vniuersalis. Intellectus enim cognoscit

3. Ratio.

4. Ratio.

noscit vniuersale absque figura, loco, quantitate: ergo est omnino indiuisibilis, aliter enim, si esset extēsus, per speciem extēsam intelligeret: at species extēsa non potest representare nisi rem extēsam, & in loco. Et hoc est argumentum optimum.

5. Ratio

Quintum est. Intellectus cognoscit, quod est in sensu communi, & imaginatione, ac memoria sensitua, ac omnia inter se comparat, si ergo est extēsus per illa tria organa, ita, vt pars quæ est cū sensu Communi, nō sit, vbi alia sunt, impossibile est iudicare simul de istis: quia iudicium non est nisi ab eo, quod omnia cognoscit: ergo fateri oportet, quod Intellectus est prorsus idem in sensu communi, & imaginatione, & per totum corpus, ita, vt quod hic est, sit illic, & in quavis parte. Ita ratio est Simplicii & Philop. l. de anima, text. 47. & sumpta est ab Aristotele.

2. cōclū.

1. Ratio

Secunda conclusio. Mihi est probabilius, omnes alias animas perfectiorum ac imperfectorum animalium esse diuisibiles. Hanc mihi persuadeo: quia omnes educuntur de potētia materie quantæ. Omnia autem forma educta ex potentia materia quantæ, per accidens est quæta: aliter enim tota educeretur ex qualibet parte materia: quod est imaginabile. Tota enim de tota, & pars de parte educitur, sicut albedo à subiecto.

1. Cōfir- matio.

2. Cōfir- matio.

2. Ratio

Imò hæc est potissima via respondēdi, & occurrēdi dubijs circa indiuisibilitatem anime rationalis, nisi quia non est educta de potentia materia.

Adde etiam, quod nulla prorsus est ratio, quæ re magis probetur indiuisibilitas animarum in perfectis, quam in imperfectis animalibus.

Secunda ratio. Præterea ratio, quæ quælibet anima propter rationalem producit, est diuisibilis, quia in quāto est: ergo & anima. non enim actio à termino distinguitur, nisi ratione sola. Est autē notatū dignum hoc argu-

mentum ad conclusionis probationē.

Sit tertia conclusio. Anime perfectorum animalium aliquo modo sunt indiuisibiles: aduertendū autē, duplici forma diuidi posse. Vno modo in partes, quæ diuisæ permaneant, quomodo diuidi potest in partes, quæ nō consistant, sed diuisione corrumpantur: sicut si minimū naturale aqua diuidat, utiq; forma aquæ nō manebit in partibus.

Hoc est igitur discrimen inter animas perfectiorum, & imperfectorū animalium: quod perfectiorum anime diuisæ non consistant partibus, sed diuisione corrumpantur: ac ob id indiuisibiles dicantur. Et hoc voluit indicare Aristot. de senectut. cap. 1. nō tamen, quod nō essent extēse, ac imperfectorū anime diuisæ consistunt in partibus per aliquod tempus, plantarum enim consistunt, & iterum ad perfectionem reducantur: sit enim ex ramo arbor. Et hic est sensus propositæ conclusio.

Dubitabis: Quare ex ramo abscissa animalis, non sit iterum simile animal?

Land. q. 6. & alij, respondet: quia anima in ramo durat plus temporis, quia minorem requirit perfectionē, quam anima animalis, quæ citò recedit. Hæc responsio non mihi videtur rei difficultatem euacuare, nam ego petam: Quare abscissa manus nunquam reperatur, cum tamē in corpore reliquum multum temporis maneat anima?

Sciendum igitur, quod in animalibus sint partes, quæ non nisi ex spermate per virtutem feminalem fabricantur, vt diximus. l. Gene. & hæc non reparantur per humidum nutritiale: vnde abscissæ semel, nō restaurantur. At plantæ ex semine non nisi paucas partes habent: ramos enim ex nutrimento habent: ob id reparare possunt ipsos.

Tertio dici potest, hæc reparari posse quæ habet feminale virtutē sparsam & vim fructus, & fetus producendū

3. cōclū.

Not. dupliciter formam posse diuidi.

Explicatur & re ducitur ratio cō clusiois.

Dubiū.

Solutio. Reijcit.

2 soluti.

N O T A

3. solut.

vnde-

vnde quaque per omnes ramos: nō ita animalia, sed in quadam parte tan- si generatricem sortiuntur.

4. cōclu. Sic quarta cōclusio. Essentia animę, in qualibet parte, est tota: non solum anima, sed etiam cuiuslibet formę ac accidentalis, & substantialis.

Ratio cōclusio nis. Quolibet enim particula albedinis habet eandem naturam, & definitionē cum tota, & qualibet etiā pars formę, similiter & animę: & hinc est, quod quilibet particula est principiu vegetandi, & sentiendi, si fuerit sensitiua: est enim similis forma. Ex his habetur resolutio huius quęstionis.

Solutio argum. 1. opini. erroneę. Superest modō ad argumēta eorū, qui dicunt, etiam animam rationalem esse diuisibilem, respondere. Sed pro solutione aduertendum primō, quod aliquid esse tale dupliciter cōtingat. Vno modo formaliter, altero modo virtualiter. V.g. corpus per albedinē formaliter est album: at albedo nō est alba, nisi virtute & potestate, quia album facit. Sol non est formaliter calidus sed virtualiter: denique quicquid potest facere, quod alterum facit, dicitur esse in virtute illud. Vnde fit, vt quauis aliquid non sit, nisi vnum formaliter, possit tamen esse multa virtualiter, & in potestate, quia potest facere, quę plura faciunt.

1. Nota dupliciter aliquid esse tale.

2. Nota potestatis for- marū ordinem.

Aduertendum vterius: quod iste est ordo vniuersi, quę quę perfectiores sint formę, possint simul, quę possunt inferioriores, & aliud quid. Cum autem animę sint formę superiores alijs, faciūt, quę alię faciunt, & aliud quid. Vnde sicut forma totā informat materiam, & ita anima: & inter has, anima rationalis, quę nobilissima est, virtute includit omnia, quę in alijs sunt: est enim principiu sentiendi, & vegetandi, & componendi substantiam compositam: est enim vna in substantia, in virtute multa, vt optime explicat Augustinus, libro de spiritu, & anima.

Ex hoc sequitur vnum maximē notandum, quod cum aliquid est tale in virtute, non est philosophandum de eius substantia, ac si esset illud formaliter. Vnde si anima informat, si componit substantiam corpoream, nō statim est argumentum, quod prorsus eodem modo se habeat, sicut & alię formę, quę animę non sunt.

Cumque anima rationalis sit omniam nobilissima forma, non statim erit, sicut & alię formę, diuisibilis: virtute enim facit, quod alię, tamen modus substantię non est idem, vt magis declarabitur, in solutione singulorum argumentorum.

Ad primum, neganda est illa maior. Non enim omne, quod est in materia quanta, est diuisibile, nisi id quod est principiu primum recipiendi quantitatem, scilicet ipsa materia: compositum enim per materiam recipit quantitatem: at non omne, quod quęcunq; modō est in quanto, est diuisibile: aliter Deus in mundo existens, & angelus in loco diuisibiles essent.

Hoc autem est necessarium omni existenti quocunq; modo est in quanto, quod sit presens, & sit per totum illud: & sic anima est in toto corpore. Quod autem sic sit in quanto, quę pars sit in parte, hoc nō est de natura eius, quod est in quanto, nisi accedant alię causę, putā, quod sit principiu primum recipiendi quantitatem, vel siteductū de potentia quanti, qualis non est anima rationalis.

Vt igitur dicatur recipi ad modum recipientis, fat est, quod sit in ipso toto, ac si esset diuisibilis, quauis nō sit diuisibilis: est enim talis virtute, sed nō formaliter, scilicet extensa. Et hæc solutio est notatu digna.

Ad secundum respondeo, quod tota substantia composita est subiectum proximum quantitatis: ex hoc tamen nō sequitur, quę anima rationalis sit diuisibilis per accidens, sed quod sit in tota

Illatio ex dictis: quō sit aliqua re philosophandū quę est virtute multi plex.

Ad primum argumentum.

Ad secundum.

tota materia, ac si esset diuisibilis, & ita se habet: non enim est indiuisibilis ita vt in puncto, sed est in tota materia diuisibiliter tamē, sicut Angelus toti alicui loco. Totum autem sicut sit rationale ratione animę, ita fit extensa ratione materię extensę.

Ad tertium solutio est facilis: anima enim rationalis est idem quod ad substantiam, cum corporeitatis forma & vegetatiua & sensitiua: hæc cum corporeitatis forma non sunt diuisibiles in homine: non enim sunt formaliter, sed in virtute, & potestate animę rationalis, quę facit, quod alię omnes formę faciunt.

Ad quartum Albertus Magnus in Summa de homine. q. 2. ar. 3. dicit, quę motum partium quorundam in animalibus perfectis, præsertim in homine (abscessa enim manus mouetur) nō prohenit ab anima, sed a virtute, & spiritu relicto ab anima, V. g. cū quis projicit lapidē, lapis mouetur & quiescente iam projiciente, quia manet imperus impressus. Ita similiter spiritus & calor sunt velut imperus, quo anima mouet partes, non anima relicta in manu, mouentur enim manus a spiritibus manentibus.

Obiectio solut. Quod si dicas: Idē posset dici de imperfectis animalibus? Respondet, non ita esse, quia in his durat per multum temporis, quod nō posset esse nisi ibi esset anima: & propterea videtur habere rationē: si enim pugnantur, refugiantur

NOTA. Aduertendum tamen, quę sint aliqui motus, qui nō possunt tribui causa naturali. Quod enim abscessū caput Sancti Pauli locutum sit, miraculum fuit, nec crederet Aristot. naturaliter fieri posse. Ipse enim 3. de partibus, ca. 10. dicit, istu traiecta præcordia risum attulisse, verisimilis est quam quę referunt de capite, quod abscessum sit locū vbi asserit, id fieri non posse.

Non tamen negare oportet, quę ablato capite manere possit anima in res-

for. dia. phi. agma re.

dua corporis parte per aliquod partium tēpus, nec tunc quod residuum est ablato capite, dici debet pars, sed imperfectum, quod Aristot. vocat Colobon. scilicet in metaphisicor. cap. 1.

Hic etiam aduerte, quod in parte animalis imperfecti, secundum aliquos non manet pars animę, quę erat antē sed dicit, quod corripitur, quę erat antē, & duę de nouo produuntur: in vna parte vna, & in altera altera: sicut cum diuiditur linea, corrūpiunt punctum continuans, & duo de nouo produuntur cum vtraque parte. Hoc dicit Caietā. Thien. & Marsil. Ficin. vt defendant animas esse indiuisibiles: non enim diuiditur præcedēs, sed corripitur, & in singulis partibus, alię de nouo produuntur.

Circa ramum autem plantę Simplicius dicit, quod ibi non manet anima, sed dispositio proxima ad animā. Sed omnia ista aperte sunt contra Aristot. qui animam esse diuisibilem putat, & potestate esse plures, non quod fiat productio de nouo, sed per separationem solam, quomodo lignū vnum est plura potentia, non quę partes generentur per diuisionem, sed separationem facta sint per se: & opposita Philosophia est figmentū. Quis enim capit, vnicō instanti per solam diuisionem produci multas animas realiter distinctas de nouo, & antecedentem corrumpi? Sic igitur patet solutio ad argumenta primę opinionis.

Ad alia duo alterius opinionis respondetur, & quidem ad primum satis diximus 1. de Genera. Quauis enim in viuentibus præter hominem, non a pars formę producat in nutritione, non ob id augentur vel nutriuntur, sicut in animalibus illa enim per intus susceptionem, & ad omnem differētiā per se nutriuntur & augētur: & in hoc differunt, habentq; virtutem in ernā at tractiuam, & auctiuam: Imō Aristot. volens probare text. 14. plantas augeri,

Quorundam sententia de anima - lū imp - tiorū scio - ne.

Reijciē - hęc sen - tentia.

Ad ar - gū. opi - niōis. 2. Ad 1.

geri, sicut viuens, non aliter probauit quam quia secundum omnem positionem augetur.

Ad 2.

Ad secundum dico, quod ille motus totius prouenit: quia tota anima continua est, & dum mouetur vna pars, scilicet cauda, totum moueri potest, sicut cum vnam ligni partem moueo tangendo, mouentur reliqua, ob continuationem.

Et praeterea, per *symp ad ei* in possunt etiam aliae partes condolere, vel etiam per influxum quandam doloris communicati ad alias partes, vel doloris cognitione. Sed de his postea dicemus. Ad quaestione autem dicta sunt satis.

CAPVT TERTIVM.

Potentiarum autem animae.

Tex. XXVII.

De potētis animae & animatorum gradibus.



M Vm vitae operationes, ac potētias non omnibus in esse superioris dixisset, sed quibusdam omnibus, alijs aliquas: nunc distincte hoc docet, & praesertim de potētis. Primum autem numerum ipsarum constituit, docens esse quinque, puta, vegetatiuam, sensitiuam, appetitiuam, loco motiuam, & intellectuam. Secundum has potētias cōstituit quatuor animatorum gradus, qui superioris conueniunt, & scilicet sunt, quartum ad operationes. Primus est, in quo solum est vegetatiuum, & ista sunt plantae. Secundus gradus est eorum, quibus inest vegetatiuum, simul etiam sensitiuum, & appetitiuum: est autem ista potētia appetitiua simul coniuncta cum sensitiuo. Non est enim sensitiuum, quod non sit appetitiuum, ob id non facit nouum gradum.

Appetitiua potētia si sita prius diuisione ipsius appetitus. Est enim quidam rationalis, & dicitur cum sensu duplici probat ratione, facta prius diuisione ipsius appetitus. Est enim quidam rationalis, & dicitur voluntas: est alter sensitiuus cuius du-

plex est genus, Cōcupiscibilis, & Irascibilis, quos vocat iram & concupiscentiam: quos superioris declarauimus. Hic autem de appetitu sensitiuo loquitur cum hoc enim est sensitiuum potētia.

Hoc praemissum, facit priorem rationem, quae potest sic componi. Quibus cuoque inest tactus, inest voluptas & dolor: at quibus inest sensus, inest tactus: ergo, quibus inest sensus, inest voluptas & dolor: sed talia sunt appetitus, ut notum est: ergo quibus inest sensus, inest appetitus. Maior patet. Nam tactus est doloris & voluntatis. Minor etiam patet. Nam tactus est sensus necessarius: nulli enim inest sensus, cui non tactus.

Auerte circa doloris naturam. Aucten. sen. 2. doct. 2. capit. 19. dicit, dolorem esse sensibilitatem contrarij. Vocat sensibilitatem sensationem: tactus vocat contrarium, quod est vehemens, ita, ut dissoluat temperie metallicis enim contrariae qualitates aeternae, quae tactus sit dolor est.

Ponit duas doloris causas: vna est contraria qualitas fortis, altera solutio continui. Partes enim naturalis corporis sensitiui habeat quandam continuationem in se naturalem, cuius solutio efficit dolorem: has duas causas Galen. lib. 1. de locis affectis cap. 2. vōcat species.

Auicenna tamen reprehendit Galen. qui lib. de symptom. cap. 6. non aliam causam posuit doloris, quam continuationem. Conciliator disse. 76. varias in hoc Medicorum ponit factiones.

Mihi videtur dicendum, doloris causam non solum esse contrarium, nec solum solutionem continui, sed simul vtrumque: ut sensatio contrarij solutio continuationem, vel solutionem inducentis contrariam qualitatem, sit dolor. Nec oportet, quod fiat solutio ista continuationis per sectionem: facta est, quod fiat contractionem, vel dilatactionem partium,

sitiua: & ideo non facit diuisionem gradum.

Suppositio diuisiones appetitus. 1. Rō ne dicitur.

Nota Auic. doloris definitionem.

Doloris causa.

1. Sentē.

2.

quae fit calore distrahente, vel frigiditate comprimente: vtriusque autem sensatio, dolor est, tamē formale obiectum, & causa, est ipsum contrarium: hoc enim est tangibile. Solutio autē continuationis, est velut materiale. Et haec sunt satis de hac re.

Aduer. autem alimentum sensum.

Tex. XXVIII.

2. Ratio.

Secundam facit rationem, qua appetitum simul cum sensu esse, docet, & potest sic ad formam reduci. Quibus inest sensus alimenti, inest appetitus: at quibus inest tactus, inest sensus alimenti: ergo quibus inest tactus, inest appetitus. Vterius: Quibus inest tactus, inest sensus: ergo quibus inest sensus, inest appetitus. Maiorem probat. Quibus inest tactus, & sitis, inest appetitus: quia fames est appetitus calidi & sicci: sitis verō appetitus frigidi & humidus. Sed quibus inest sensus alimenti, inest fames, & sitis, ut notum est: ergo quibus inest sensus alimenti inest appetitus. Et haec erat maior. Probat minorem illam, scilicet, quod tactus sit sensus alimenti. Sensus alimenti, est, quod sentimus alimentum: sed tactu percipitur alimentum: ergo tactus est sensus alimenti. Minor probatur. Nam alimentum est calidum, siccum, humidum, frigidum: horum autem tactus est.

Obiectio prima solut.

Quod si dicas. Alimentum est etiam coloratum, & odoriferum? Respondet id esse per accidens: non enim nutritur alimento, nisi ut mistum est, quia ut talia sumus, corrumpimur, & deperdimus substantiam, & sic per talia reparamus.

Alterius obiectio nis solutio.

Quod si dicas: Sapor est per se in nutrimento? Respondet, quod non est tanquam necessarium, nisi ut condimentum quoddam: natura enim in necessarijs, ad conseruationem animalium, operationibus apposuit delectationem quandam, qua ad exercitium inuitaret, & sic in cibis apposuit sapor-

r. ē Quod, si dici solet: Quod sapit, nutrit, & res boni saporis, esse bonum alimentum? Id fit, quia sapor ostendit commisionem qualitarum temperata, vel intemperata, in qua per se consistit nutrimentum, seu alimentum, & alimentum bonitas, vel malitia. Pendente hos discursus: sic enim sensus Aristot. ordinatus videtur, nec facile ex litera ista eos ordinare poteris.

Dubitā de fame & siti. Solutio. Dubitabis de fame: Quomodo dicitur appetitus calidi & sicci: quia non sit etiam humidus & frigidus? sed quia id, quo vescimur, comparatione eius quod potamus, est magis calidum & sicci.

Notandum itaque, quod cum animalis substantia sit in continua destructione, natura prouidit, ut per nutritiones repararetur aliquid modo, recepto alimento, & sumpto ab externo, facta me autem significauit defectum talis alimenti. At quia nutrimentum erat graue & consistens, ut non possit facile prolabi per partes & vias artas corporum, addit potum rerum fluidarum, quibus cibis deferatur per vias, & huic vsui est aqua, & potus, simul etiam, ut refrigeret calorem vehementem concoctionis. Et defectu huius potus excitatur passio, quae dicitur sitis, quae est appetitus humidus & frigidus, praesertim tamen humidus.

Exactius autem manifestandum.

Tex. XXIX.

Quia aliqua de alimento dixerat, quod non est praesentis loci discutere, remittit se in alium locum, vbi exactius de hoc dicitur: similiter etiam de Imaginatione alibi dicitur, an in sit omnibus, vel aliquibus. Aduertendum autem, quod loquitur de imaginatione perfecta, quae est potētia sensitua interior, habes organum in parte media cerebri. Haecenus de secundo gradu viuentium dictum est, quae per vegetatiuam cum sensitiuo, & appetitiue constituitur.

Dubitā de fame & siti. Solutio.

3. Gradus animatorum. Tertium statum ponit, qui est corum, qui ultra predicta habent potentiam motuam secundum locum.

4. Gradus animat. Et quartus est eorum, qui ultra omnia predicta, habent cogitativum, & Intellectivum: & in hoc gradu sunt homines, & si quid est hominis melius: quod dicit propter Intelligentias, & caelos, quos Antiqui animatos crediderunt, quibus inest Intellectus potentia.

Nota. Aduerte, per cogitativum, discursivum intelligi, & per intellectivum, contemplationem, non quod sint potentiae diuerse (vna enim est potentia Intellectus) sed has res a phantasia pendentes cognoscimus: & dicitur cogitativum, ut *dianoia*, res abstractas, & dicitur Intellectus.

No. contra intel. Vbi nota hic contra Auerroem. Si enim per intellectivum intelligit Aristot. humanam illam intelligentiam, non diceret Aristot. quod inest alijs ab homine. Praeterea non computatur inter potentias anime, cum sit substantia, cuius tamen oppositum facit Aristot. Vides ergo quam manifeste ipsi Auerr. Aristotelis textus aduerletur.

Adde etiam, quod cogitativum Graece est, *dianoicon*, quod est opus & potentia mentis: venit *animus* quod mens. Manifestum igitur est, quod.

Quomodo se habeant animae definitiones ad ipsam animam quoad similitudinem explicat. **A**bsolute definitione animae in communi, & ipsius operationibus, ac potentij enarratis, distinctionem animarum venaturus, definitionem animae, & ipsam animam comparat, ac exemplo explicat: dicitque, quod definitiones datae animae, sunt sicut definitio figurae in communi. Est autem similitudo in duobus. Alterum: definitio figurae non est alicuius figurae realiter abstractae, ab omnibus, quae in nulla particularium inest: ita definitio communis animae non est alicuius animae communis naturaliter abstractae a particularibus, qualem ponunt Idearum assertores.

Alterum est: sicut definitio communis figurae, est alicuius rationis communis, quae tamen ipsi particularibus nec realiter sit ab eis separata: ita etiam definitio animae. Ex quo mouet duos errores extremos cauendos. Alter est velle definitionem dare alicuius communis separati, quod non fit in particularibus. Alter vero, velle statim definire particularia, neglecta definitione communi. Non enim vniuersalia prorsus rejiciuntur: sunt enim, sed non per se exit entia.

Ex hoc loco manifeste renunciantur qui definitionem animae putant analogam, & aequiuocam, ut nullam communem rationem dicat, cum tamen aperte dicat oppositum Aristot. & fateatur esse communem genericam, nisi velis dicere, figuram esse, aequiuocam, quam tamen Aristot. in praedicamento qualitatis genus esse docuit. Sola ergo animae definitio habet analogiam perfectionis, quia non aufert vniuocationem, sed est in omni genere.

Similiter autem se habent ei, quod est. *Text. XXXI.*

Nvacipsam animam figuram comparat in alijs duobus. Alterum est: Figuram enim consequenter se habent: est enim vna post alteram. Ita etiam & animae: est enim ordo perfectionis inter eas: est enim vegetatiua omnium infima, postquam sensitua est, supremum gradum continet intellectiua. Alterum est: Figuram sic se habent, quae priores sunt in consequentibus, non actu, sed virtute & potentate: ut, Triangulum in Tetragono, & Tetragonum in Pentagono, & sic de alijs: ita etiam est in animalibus. Vegetatiua enim est in sensitua, non actu, sed potentate: quia potest sensitua praestare operationes, quae vegetatiuae sunt, & vtraque est in Intellectiua.

Vnde dicit esse considerandum, quales sit anima in horum vnoquoque, quia diuersam habent formaliter animam

Comparatio animae cum figura.

mam. In plantis inest vegetatiua: in animalibus sensitua formaliter, virtute sed vegetatiua: in homine intellectiua formaliter, sed virtute alia duae.

Nota contra ponentes plures animas in vno composito realiter distinctas. Nota etiam contra Auerroem, quomodo distinguit hominis animam a sensitua, docens esse tres animas, & in hominis anima esse virtuales duas: quod de cogitatiua illa intelligi non potest: est enim formaliter sensitua, sicut anima equi, aut aliter: tunc autem non oportet tria genera distinguere.

Propter quam autem causam.

Quod dixerat de operationibus virtutis, putat, quarendam esse causam, propter quam separatur haec operationes ab alijs, idem nunc de potentij dicit, in quo se preparat, ut de singulis disserat ordine, incipiendo ab his alijs quae aut alijs separatae inveniuntur, scilicet vegetatiua.

Nunc autem numerat iterum gradus, sed magis in particulari, numero sensitui. Facit autem quinque. Primus est eorum, quae vegetatiuum tantum habent. Secundus eorum, quae habent simul sensitivum, & haec habent vegetatiuum. Tertius est eorum, quae habent alios sensus propter tactum, nam in secundo solus tactus computatur.

Et sensitiuorum alia quidem.

Text. XXXIII.

Quartus gradus eorum, qui super addunt motum secundum locum. Vltimus est eorum, quae Rationem habent & Intellectum: quod supra declarauimus: & vocat minima & vltima. Sunt enim homines dicti Minimi, quia non diuiditur iam homo in species. Vltimi, quia est supremus corruptibilium rerum.

Dubium.

Dices: quare iterum hi gradus numerantur.

Respondeo, quod aliter quam ante. Solutio. Supra enim solum distributione eorum secundum subiecta considerauit, hic autem quod a quo separaretur.

Vnde de nouo docet, quod posteriora a prioribus non separantur: bene tamen e contra. Vegetatiuum enim, quod non sit sensitivum, non e contra. Similiter, habens alios sensus, habet tactum non e contra. Similiter habens Intellectum, in mortalibus, habet reliqua, sed non e contra: quod ob Intelligentiam dicit, in quibus est Intellectus purus absque alijs. Cum autem dixisset non omnibus inesse rationem, dicit quod alijs animalibus rationis expertibus quibusdam inest imaginatio, quibusdam non, loquitur autem de perfecta imaginatione, de qua nihil modò dicimus quia inferius de illa erit iermo sine huius libri.

De speculatiua autem Intellectu.

Philoponus, & alij, per speculatiuum Intellectum, eandem potentiam cum ratiocinatiua intelligunt, sed ratione diuersam, ut Intellectus dicatur contemplatiua secundum intellectiuenem eorum, quae a phantasmate non pendet, cuius consideratio physica non est.

Auerr. putat per speculatiuum Intellectum intelligi non Intellectum hominis, sed Intelligentias separatas quarum consideratio physica non est. Vtraque expositio est bona, haec tamen magis in quaestione examinabitur.

Distinctis igitur omnibus his potentij, concludit vnum, scilicet, quod cum de istis particulariter dictum fuerit, etiam dictum erit de animabus in particulari: quae enim de potentij vegetatiuis dicentur, haec animae vegetatiuae propria erunt: quae verò de sensituius, sensituae: quae autem de intellectiuis, intellectiuae, pari modo.

Quae a quibus separantur.

Quid sit speculatiuus Intellectus. 1. Exp. 6.

1. Exp. 6.

Quomodo anima animabus singulis discernendum.

An sint tria tantum animarum genera? Quest. VI.

EX his, quae capite isto discussa sunt, tria genera animarum colliguntur: scilicet, Vegetatiua, Sensitiua, & Intellectiua. Vt autem melius percipiatur hoc, ponuntur aliquot argumenta.

1. Argu. ad partem negatiuam.

Primum est. Potentiae fluunt immediate ab anima: ergo penes numerum potentiarum genere debet sumi genericus animarum numerus. Sed quinque sunt potentiae genere, scilicet Vegetatiuum, Sensitiuum, Appetitiuum loco Motuum, & Intellectiuum: ergo tot erunt animarum genera.

2. Argu.

Præterea secundò. Saltem penes animatorum gradus sumetur numerus animarum: sed quatuor sunt gradus animatorum, & viuientium, ut sæpè dictum est: ergo etiam quatuor erunt animarum genera.

3. Argu.

Præterea tertio. Ita se habet anima hominis propria ad hominem, sicut anima equi ad equum, & leonis ad leonem, & alterius speciei ad ipsam: sed istæ animæ non faciunt nouum genus aliter: innumera essent animarum genera: ergo nec anima hominis faciet genus ab alijs duobus distinctum.

4. Argu.

Præterea quartò. Anima hominis non comprehendit multas species sub se, sicut vegetatiua, & sensitiua. ergo non est genus: anima. genus enim species, sub se continet.

5. Argu.

Præterea quinto. Plantæ habent suum proprium appetitum: ergo non solum appetitiuum est in animalibus, & sic erunt sex potentiae animæ, & non tantum quinque, ut dicit Aristoteles.

1. Fundamentum animarum numerus dupliciter sumi potest.

Pro horum resolutione sunt aliquot fundamenta notanda. Primum est Animarum numerus dupliciter sumi potest, & utroque modo sumit S. Tho. Vnus modus habetur à S. Tho. r. p. q. 78. art. 1. Alter in presenti capite. Prior autem est in hoc capite, & pro

cedit, supposito fundamento, animam esse eorum quandam eleuatam, & altioris nature, quàm sint forme materiales, & corporeæ: & hoc notum est. Anima ta enim sunt altioris generis ac perfectioris, quàm sint inanimata corpora.

Ex hoc sequitur, quod secundum modos, quibus aliqua forma potest eleuari in Esse, supra formas materiales, erit numerus animarum genericus. Tripliciter autem potest vna forma eleuari in Esse. Quod vt intelligas, aduerte, quod vnum, & idem potest sub triplici Esse considerari. V. g. lapis primo in Esse naturali: est illud quod habet in se materiale sensibile, & corruptibile. Secundò, sub Esse profus intelligibili & immateriali, & sic se habet prout representat in specie Intellectus: illic enim nõ representatur nisi in yniuersali abstractus à loco, tempore, & accidentibus. Tertio sub Esse medio, nec omnimò materiali, & sic se habet lapis, vel representatur sub specie sensus: illa enim species nõ habet in se qualitates & materiã lapidis, ob id aliquo modo immaterialis est: nõ tamen omnimò, quia representat lapidẽ in materia, & ipsa est in materia: scilicet in organo. Vides igitur triplex Esse vnus. Iuxta hoc triplex est genus animæ. Prima est intellectiua, quæ ob id eleuatissima est omnium sensibiliũ formarum, quia ipsa est, in qua res habent Esse eleuatũ primum, scilicet intelligibile: species enim illæ immateriales in ea Esse habent. Altera est sensitiua, secundam quam res habent Esse eleuatius naturali, sed non omnimò immateriale. Tertia est vegetatiua, quia ob id dicitur habere Esse naturale eleuatius, quia in se, & à se operatur. reliqua extra se operantur. Vides ergo tres formas diuersimodè leuatas supra formas corporeas. Erit ergo triplex animæ genus.

Alter modus sumendi animarum numerum, est à posteriori penes operationes

Alter modus à

acc

posteriores: est enim anima principium operationis eleuatæ supra operationes corporeas inanimatorum.

Quæ eleuatio triplex esse potest, secundum quod tria insunt operationi animarum corporum inanimatorum. Primum est, quod sint à principio exterioris: quæ enim agunt, extra se agunt: quæ patiuntur, ab externo principio patiuntur: nulla est ab eterno operatione in his. Alterum est, operationes hæc modis, qualitatibus primis exercetur, vt instrumentis, solum enim illæ in anima quatuor actiue, sicut in inanimatis, vel torum.

- 1. omnes tales operationes in coniuncto recipiuntur, nõ in nuda forma, sed vel in composito, vel in materia.

Tribus modis eleuari supra has. Sunt enim quædam quæ ab intrinseco sunt principio, reliqua tamen habent, scilicet, sunt in corpore, & exercentur virtutis qualitatis primæ: talis est augmentatio, seu vegetatio: hæc enim sunt à principio interiore in planta, tamen exercentur virtute caloris naturalis, & in coniuncto recipiuntur.

Aliæ sunt quæ magis eleuantur, quæ non exercentur virtute qualitatis primæ: vt sensatio, & motus localis non enim virtute qualitatum primarum sunt, sed virtute potentie ab anima precedentis, quæ non est vlla ex illis qualitatibus, tamen recipiuntur adhuc in corpore.

- 3. Aliæ sunt quæ nec in organo recipiuntur, vt intellectio: & ita est eleuatissima. Iuxta has tres operationes diuersæ eleuationis constituitur triplex animæ genus.

Nota, cur anima hominis vnũ faciat genus distinctum à sensitiua quia altioris est Esse, & operationis: at reliquorum animalium animæ solum diuersas species faciunt: non autem

nouum genus, quia nullam habet operationem, nec esse alterius quam in operatione & Esse animæ sensitivæ.

Sit secundum fundamentum. Animæ potentie, & animatorum gradus non eodem modo, quo animarum numerus, sumuntur: potentie enim penes operationes vite diuersas multiplicatur, quæ quinque sunt genere, scilicet, vegetari, sentire, appetere, moueri secundum locum & intelligere, ob id quinque sunt potentie, harum operationum immediata principia. Gradus autem animatorum non sic, sed penes diuersitatem subiectorum, in quibus hæc potentie, & operationes separatæ inueniuntur, sumi debent. Et quia quadrupliciter separantur ista secundum subiecta, in quibusdam inest solum vegetatiuum, in alijs vegetatiuum cum solo sensitiuo, & appetitiuo, in alijs vltra illa loco motiuium, in alijs simul intellectiuium: ob id quatuor sunt gradus animatorum. Sunt igitur animarum genera tria, animatorum gradus quatuor, potentie quinque.

Est autem hoc conueniens: semper enim principia pauciora sunt: & quod magis receditur à principijs, eò maior est multiplicatio: quæ in vna anima percipi potest. Anima hominis vna est: potentie, quæ immediate ab anima fluunt multæ: habitus, qui sunt in vna anima multæ potentie, ita in vna potentia multi habitus. Actus autem qui post habitus, sunt adhuc plures: ab vno enim habitu multi sunt actus, & adhuc plures res: nam per vnum actum multas res comprehendimus. Et simile est in arbore: ab vno trunco rami; & ab his alij plures & plures multiplicantur. Ita animarum numerus minor est: maior animatorum, adhuc maior potentiarum ipsorum animatorum numerus, vt patet.

Sit tertium fundamentum. Quod in rebus naturalibus considerare possumus

2. funda. quod anima potentie & animatorum gradus non eodem modo sumuntur.

Not. cur pauciores sint animæ quàm animatorum gradus & habitus potentie. N O T A

3. funda. de potentia appetitiua in rebus

turalibus, mus triu. Prima est, propria rei forma, & secundum talem formam, perfectio. Alterum est, inclinatio in perfectionem propriam, quae dicitur appetitus. Tertium est, operatio, qua res propria consequitur perfectionem.

Est autem ordo, ut post formam sequatur appetitus, post appetitum operatio, & motus: appetitus ergo semper sequitur formam aliquam rei.

Cum autem tripliciter se habeant istae formae, tripliciter etiam se habeant & appetitus. Est quaedam forma naturalis, quae, simul atque res est, ipsam à natura habet, substantiaque ipsus est, ut forma ignis igni, & lapidis lapidi, & aliorum formae naturales ipsi, quorum formae sunt, à natura sunt. Inclinationes autem, quae secundum tales formas sunt in rebus, dicuntur appetitus naturales: unde inclinatio lapidis, & ignis, & aliorum in perfectiones secundum proprias formas, dicitur appetitus naturalis.

Et hic est triplex, puta, appetitus elementis, mixti, inanimati, & vegetabilis: quilibet enim est inclinatio in id, quod secundum talem formam naturale sibi conueniens est: imò iste appetitus per cuncta vagatur, quatenus vnumquodque inclinatur in perfectionem, quae propria ei est secundum gradum entis, quae à natura recipitur.

Alia est forma, non per naturam recepta, sed per cognitionem apprehensam. Animal enim dum cognoscit, res ipsas, per ipsarum imagines, in se recipit, & ex his oritur quidam appetitus, quo in id, quod sensu perceptum est, inclinatur: & dicitur appetitus sensitivus, qui tam in perfectis, quam in imperfectis reperitur animalibus, licet multo perfectius in perfectis.

Est autem hic appetitus multiplex secundum multitudinem modorum, quibus una res potest per sensum apprehendi, ut alibi dicemus.

Alia est forma per Intellectum ap-

prehensa, & hanc sequitur appetitus rationalis, qui in hominibus, & Angelis reperitur, diciturque voluntas. Vides igitur, qualiter appetitus semper consequatur formam aliquam rei, siue natura habitam, siue per sensum, siue per Intellectum.

Aduerte ulterius, quod sicut est appetitus triplex, & varius, ita operationes, quibus res in id, quod appetunt, tendunt, sunt variae. Nam appetitum naturalem elementi consequitur motus suus naturalis: per hunc enim, consequitur id, quod appetit, scilicet esse in suo loco: similiter generare, per quod consequitur perfectionem, id est, conseruare se in esse appetitum mixti, propria sua operatio consequitur: & motus appetitum plantae sequuntur vegetatio, nutritio, augmentatio, & generatio: per has enim operationes, quid appetit planta, consequitur: appetitum animalis, sequitur motus localis, si ad sint instrumenta motus, vel aliae operationes particulares appetitum rationalem sequuntur operationes humanae, per quas consequitur quod appetit. Hic est igitur ordo appetituum, & operationum.

Aduertendum ulterius, quod res corporeae mixtae sunt superiores, & eo plures appetitus congregant, ac operationes: unde in plantis est appetitus corporum inanimatorum, quatenus plantae corpora sunt, & sic locum deorsum appetunt: est etiam suus appetitus proprius in animali, est naturalis, & sensitivus: in homine vero omnes, variis rationibus, & sic multae operationes sunt & plures quam in alijs.

Dubitabis aduersus hoc fortasse. Nam Aristotele dicit, quod quanto res perfectiores sunt, tanto debent paucioribus operationibus perfectionem consequi, perfectiusque est una perfectio nem consequi, quam pluribus: quomodo ergo operationibus consequitur suam perfectionem?

Sicut diuersi sunt appetitus, ita & operationes eorum.

Quod res corporeae mixtae sunt superiores, & eo plures appetitus congregant, ac operationes: unde in plantis est appetitus corporum inanimatorum, quatenus plantae corpora sunt, & sic locum deorsum appetunt: est etiam suus appetitus proprius in animali, est naturalis, & sensitivus: in homine vero omnes, variis rationibus, & sic multae operationes sunt & plures quam in alijs.

obiectio

Respon

Solutio.

Respondeo, quod respectu eiusdem finis, & perfectionis, melius est paucioribus operationibus consequi finem, quam pluribus: tamen cum perfectio ac finis melior est, & maior, tunc perfectius est consequi talem finem, quam pluribus actionibus, quam finem inferiori paucioribus: & sic fit in praesenti. Est enim maior perfectio hominis, quam aliorum, & animalis, quam plantarum, & haram, quam inanimatorum. Angelus autem, quia perfectior est homine, eandem, imò maiorem perfectionem consequitur paucioribus, quam homo.

Dubitium de appetitu naturali plantae.

Ex his patet solutio cuiusdam dubij, quare Arist. appetitum plantae non computat inter potentias animae: operationes autem plantae sic, animalis vero appetitum, & operationes inter potentias, opera animae regulat.

Respon.

Respondeo, quod appetitus plantae, licet ab anima proueniat, tamen sequitur formam à natura datam, in quo cum appetitu elementi, & inanimati continetur, non numeratur inter animae potentias. At operationes plantae inter vitae opera sunt, quia in his differt ab operationibus inanimatorum: sunt enim illae à principio interno. Appetitus vero animalis computatur ab Aristotele, quia non sequitur formam naturalem, sed formam habitam per cognitionem, quae est opus vitae, & quia iste ab appetitu naturali differebat. Et haec satis de appetitu.

4. fundam. De vitae operibus, quae sunt quinque. Duae scilicet orium ab alijs separatae reperiuntur.

Sit quartum fundamentum notandum quinque esse vitae opera, vegetatiōne, sensatione, appetitione, motione secundum locum, & intellectiōnem.

Haram duae extremae, id est, prima, & quinta, inueniuntur purae, & ab alijs separatae: vegetatio quidem in plantis, & intellectio in substantijs separatis: haec enim viuere dicuntur, & multo melius, quam inferiora ista corpora, ut docet Aristotele. 1. Caeli, cap. 9. & 12. Metaph. text. 39,

Sed horum duorum viventium, primum est Physicae speculationis, vltimum ad Metaphysicum spectat. Non enim intelligere purum ab alijs secretum inuenitur in physicis substantijs: & hoc voluit dicere Aristoteles, text. 15. cum dixit, in mortalibus non separari intelligere: & forsitan hoc vocat Intellectum speculatiuum, quod dicit esse perpetuum, & esse alterius considerationis. Et obserua multum hanc expositionem: hoc enim non intelligentes finxerunt intellectum separatum in hominibus, cum Aristotele nihil tale somniauerit.

Reliqua vitae opera non sunt pura, nec reperiuntur separata, sed in animalibus est sensitivum cum vegetatiō solo, in hominibus sensitivum cum intellectiō, & intellectiuum cum sensitiuo: vtrumque enim anima rationalis substantia complectitur.

Unde natura animae rationalis, mirabilis est, esse enim videtur intellectiuum contractum sensitiuo: & sensitiuum contractum intellectiui, ita, ut videri possit forma physica differentiam habens quodammodo metaphysicam, & forma quodammodo metaphysica differentiam habens physicam. Si enim inter formas physicas sensibiles consideratur, tunc differt ab alijs per intellectiuum, si vero inter intellectiuas metaphysicas, tunc differt per sensitiuum.

Quaquam melius dicitur, simplex essentiae gradus medius inter corporeas formas, & pure intellectiuas, scilicet Angelos, & ideo eminenter continet inferiora, & in summa attingit superiora, ut antea diximus, & ideo quaedam habet potentias, & operationes communes cum illis, & communes cum istis.

Ex quo intelliges quod dixit Albertus lib. 2. de animalibus, cap. 6. quod homo plus quam specie differt ab equo, & ab alijs. Bene dixit: nam plus differunt homo, & leo, quam leo, & equus. Differt enim homo per differentiam

Ad quae scientiam dicitur trahtare peccata.

Notandum est in intellectu in homine separatum.

Reliqua vitae opera non reperiuntur separata ab alijs.

Notandum est anima rationalis naturam.

Notandum est cum Alberti.

altioris generis, id est intellectiua. Similiter dicere posses eodem sensu, quod anima plus quam specie differt ab Angelo, & magis, quam vnus Angelus ab altero, quia differt quodam modo per differentiam inferioris generis, scilicet sensitium, & quia est forma informans.

1. Cocl. Triata sunt anima genera Explicatur & ex dictis probatur conclusio.

His igitur suppositis, sit prima conclusio. Tantum tria sunt genera animarum.

Hec est contra Aegidium, & Caietanum, qui quatuor animarum species faciunt, vegetatiua, sensitiuam, motiuam secundum locum, & intellectiuam: & tamen non ita videtur. Nam motiuam potius est species sensitiuam: non enim dicitur operatio eleuationem, quam sit operatio sensitiuam, imo ex eodem gradu eleuationis prouenit vtrunq; quod si non omnia sententia mouentur, id prouenit defectu instrumentorum, quae natura non omnibus concessit.

Eateor igitur, sensitiuam diuisi in sensitiuam, motiuam, & non motiuam tamen non ex aequo est diuisio haec facienda cum intellectiua, & vegetatiua sed prima diuisio est in tria genera: rursus vnus in alia diuiditur admodum sub diuisio.

2. Cocl. Potentia animae coes sunt quinque, aia toru gradus quatuor.

Secunda conclusio. Potentiae communes animae quinque sunt, animatorum autem gradus quatuor. Haec nota sunt ex his, quae diximus in fundamentis.

Superest modo, ad argumenta respondere.

Ad 1. & 2.

Ad prima autem duo, responsio patet: non enim ex potentiarum numero, nec ex gradibus animatorum sumendus est numerus animarum, cum principia pauciora sint quam ea, quae ex principijs deducuntur: sumitur tamen secundum modos dictos in primo fundamento.

Ad 3.

Ad tertium, concesso antecedenti, negatur consequentia. Anima enim hominis dicitur genus operationis altioris supra operationes inanimatorum, & sensibilem; animae vero aliorum ani-

malium non dicuntur operationem eleuationem, quam sit sensitiuam: ob id omnes animae brutorum solum specie differunt.

Ad 4.

Ad quartum, respondeo, quod anima rationalis dicitur esse aliud genus non quod sit genus, sed quod collocata sit sub alio genere formarum, scilicet intellectiualium, quarum non considerat Physicus aliam, nisi animam, quia reliquae sunt prorsus ad materiam abstractae. Eodem etiam modo dicitur albedo esse aliud genus entis ab homine, quia est in alio genere, sed non est sit genus. Secundo, dicimus esse aliud genus animae: quia videlicet, medius est, ut vidimus, essentiae gradus inter animam sensitiuam & intellectuales substantias, per se distinctas ab utroque genere: & ita, quauis sit species, est tamen tanquam quoddam genus medium.

Ad 5.

Ad quintum dico, esse appetituum in plantis: sed quia hoc est eiusdem generis cum naturali, (sequitur enim formam substantialem naturalem, ut diximus in tertio fundamento) ob id non computatur inter peculiare potentias animae. Et hoc satis sit de ista quaestione.

An in inuoluenti sint plures Animae? Quae. VII.

Circa Tituli intelligentiam aduerte, aliud esse, in vno plures formas substantiales ponere, aliud plures animas. Qui ponunt plures animas, plures etiam ponunt, in vno substantiales formas, sed non omnes, qui ponunt plures formas, cose quenter ponunt plures animas. Scotus enim 4. Sent. dist. 11. q. 3. & alij ponunt in viuente formas plures, sed illarum tantum vnam dicunt animam.

Nos disputamus in presenti solum de animarum pluralitate, ut sit sensus: An in animali sint duae animae distinctae, altera sensitiuam, altera vegetatiua & in homine praeter has sit etiam intellectiua?

Tituli expositio. Nota. Aliud est plures esse formas in vno composito concedere, & aliud plures esse animas. Sensus quaestio- nis.

lectiua? an potius sit vna in vnoquoque in substantia, in virtute cotinens plures?

1. argu. ex Arist. ad partem affirmatiuam.

Videtur autem, plures esse in vno distinctas. Primum ex Arist. 2. Genera. animalium, cap. 3. homo prius viuere vita plantae, post, vita animalis, tandem vita hominis. Loquitur autem de prioritate temporis, vt ex textu notum est. Si ergo homo paulatim perficitur recipiendo plures animas: ergo plures in homine profecto animae sunt in substantia.

2. argu.

Secundo. Vbi est operatio propria alienius formae, ibi dicit Philosophus esse tale formam, sed in homine ultra Intellectionem, sunt operationes propriae aliarum animarum: ergo sunt & aliae animae: & in animali est operatio vegetatiua: ergo & ipsa vegetatiua.

3. argu.

Præterea tertio. Operationes contrariae non sunt ab vno principio: sed sensus, & ratio sunt contrariae: (Caro enim concupiscit aduersus spiritum) ergo non potest esse ab vna anima. Hoc est argumentum Philoponi, & Manichaeorum.

4. argu.

Præterea quarto. Vbi sunt operationes genere differentes, ibi sunt formae etiam differentes: in homine sunt operationes genere differentes, puta, intellectio, sensatio, vegetatiua: ergo & animae differentes.

5. argu.

Præterea quinto. Corruptibile & in corruptibile differunt genere. 10. Methaphy. cap. 13. ergo non possunt in vna conuenire substantiam: sed animarum rationalis est incorruptibilis, reliquae corruptibiles: ergo non possunt esse vna substantia.

Confirmatio.

Præterea. Quia anima rationalis non est educta ex potentia materiae, reliquae vero sic: ergo sunt plures in homine.

6. argu. ex Auerro.

Præterea sexto, ex Auerro. 6. Physico. com. 50. dicit quod cor, & caput, & huiusmodi partes differunt specie: ergo habent diuersas animas. Confirmatur: quia os non sentit, caro sentit: ergo non potest eandem habere animam. Hae sunt praecipua eius argumenta, quae contra

tra veritate sunt, quibus probare eadem aliqui, plures esse in homine, & in vnoquoque animali, animas.

In hac parte sunt variae Philosophorum sententiae. Prima est quorundam erronea, quam refert Albertus in Summa de homine. Hi non solum in vno viuente, vnā esse animam dixerunt, sed in omnibus viuentibus vnā tantum esse animam, quae ratione diuersarum in corporibus dispositionum varia operatur.

Duplici explicabant exemplo. Alterum est: Sicut in homine vno, vna est anima secundum veritatem: at in oculis vnū operatur, in neruis aliud, in oculis aliud, aliaque alijs in partibus: sic de hac anima dicitur, respectu omnium viuentium.

Aliud exemplum. Ignis quibusdam calorem, vt lapidi calefacto, quibusdam etiam lumē, vt ferro candenti, quibusdam etiam suam impertitur formam, vt ligno & stupri: vnus tamen est, qui in omnibus operatur, ita anima.

Probatur hoc: quia anima non habet differentias oppositas, quibus multiplicetur: maxime enim esset vegetatiuum, sensitium, & Intellectiuum: sed haec non repugnant cum vni insint homini.

Alter sententia etiam erronea est Philoponi. 1. animae, tex. 91. qui non consentiens Aristoteli, circa vnitatem hominis animae, ponit esse tres non discretas loco, vt dicebat Plato, sed in vno eodemque subiecto, quauis lib. 2. Generationis animalium cap. 3. non videatur id probare: sed forsitan secundum Aristotelem loquebatur, qui vnā ponit in vno animam. Idem videtur dicere cum Philop. Ockam, quod lib. 2. quaestio. 2. & Manichaei, vt refert Augustinus. 10. super Genesim ad literam, cap. 14. Idem Iandunus, lib. 1. quaestio. 12. in fine, dicunt in homine esse tres animas distinctas realiter, vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam.

Tertia

1. Opin. seu potius error.

1. Exemplum plū huius opin.

2. exempl.

ratio huius opin.

2. opin. quae est etiam erronea.

3. opini. etiam cr-
sona. Tertia sententia est Pauli Veneti, Summa de anima, cap. 5. qui non solum confusissime loquitur, sed male & erronee, contentus enim sententia Averro. de intellectu vno, nec verbu dixit pro veritate.

Dicit igitur Paulus duo. Primum, quod in plantis vna est anima vegetatiua, & in perfectis vna est anima, & ea sensitiva. Secundo, in homine esse duas animas totales, sensitivam, corruptibilem, intellectuam, immortalem, & ultra has esse plures vegetativas speciei differetes secundum multitudinem partium, & vnam in oise, aliam in carne aliam in corde, & reliquas eodem modo.

4. opini. communis, Quarta sententia est communis, vna in vno secundum substantiam animam esse, in animali sensitivam, in homine intellectivam, quae virtute alias continet: quod declarabitur in conclusionibus. Hac sunt philosophorum placita.

1. conclusio. Pro quorum resolutione sit prima conclusio. Anima non potest esse vna in omnibus viventibus. Hae est contra illam primam sententiam. Et quavis multa possent argumenta adduci: tamen, quia ipsius impossibilitas nota est, paucis agemus. Supposita illa veritate iam demonstrata, animam esse formam substantialem, informantem, est argumentum. Diversae materiae quantitate seiunctae nequeunt vna numero forma informari, talia sunt corpora viventium in se: ergo nullo modo possunt vnam numero habere animam, Discursus est notus cum minori. Maior probatur. Omnes enim formae divisibiles in materia, quales sunt plantarum & animalium animae, multiplicentur continuè: ergo diversae sunt in diversis continuis.

Reprobatur exemplum opin. Nec est simile de anima in vno: nam partes vnius ordinantur ad vnam partem, scilicet cor, a quo dependent, vel certe ad vnum totum individuum per se existens, & habent colligationem quandam inter se: non autem sic ha-

bent viventia omnia simul. Nec est idem de igne, qui est causa efficiens, & operatur producendo aliquid extra se: non sic autem anima.

Præterea. Si vna esset in omnibus anima, vnum esset unum animatum, cum non esset aliqua causa multiplicationis: quod si vnum esset animatum, non oporteret in multis repeti easdem operationes, sed in vno videret, in alio autem dicit, corpore, variasque in varijs, non eadem, exerceret operationes.

Præterea tertio. Sequeretur esse eiusdem speciei hominem & leonem, & equum & arborem, &c. quandoquidem eandem haberent animam, & solum corporali dispositione differeret: quo quid absurdius dici possit, vix poterit excogitari.

Præterea quarto. Vbi in aliquo toto reperimus proprias dispositiones ab alijs distinctas, & proprias operationes, easque naturales & permanentes, & semper tales, necesse est concedamus ibi proprium & diversum esse principium earum operationum, propriumque conservans & vniens illas dispositiones & accidentia, ne dissipant, accipiant, & ita propria in singulis & diversis anima. Atque hæc dicitur proxime rationes non solum probant, non esse vnam numero, sed nec vnam esse speciem in omnibus animantibus.

Præterea quinto. Cum plantarum anima & insensibilis sit extensa, vt ex diuisione patet: sequitur, aliam esse partem in vna, aliam in alia, atque ideò multo magis in totis diuersis. Cumque corrumpantur plantae (vt experientia videmus) necesse est alteri ex duobus concedere, vel animam migrare de subiecto in subiectum, vt Anaxago. tenebat, vel si non migrat, separatam remanere: quorum vtrumque est absurdum. aut si corrumpitur (vt veritas est) esse diuersam in diuersis. Denique consimilibus hæc opinio argumentis probari posset, quibus Parmenidis opinio,

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

2. conclusio. in vno homine vna est anima & ea rationalis virtute alias continens. Aut heres celeberrimum philosophum Theologi, huius sententia.

Primo probatur ex testimonijs Aristot.

2. Ratio

nio, asserentis; omnia esse vnum. Sit tamen secunda conclusio secundum Philosophiam, tum Fidei catholicae maxime consentanea. In homine vno, vna est anima, & ea est rationalis virtute alias continens. Dici ut autem virtute continere alias: quia potest omnia, quae alia faciunt, præstare, licet substantia ipsius sit ab alijs distincta: & quia enim nenter essentialiter eas continet.

Hæc conclusio est August. multis in locis, præcipue tamen in libro de Ecclési. dogmatibus, cap. 15. contra Manichæos. Idem docet Albert. tracta. 2. cap. 1. lib. de origine animae, cap. 4. dicens hæc verba: Error est contra omnem veritatem naturae, sensitivam, & vegetativam plures facere substantias in animali: nec vquam vllus Peripateticorum dixit hoc, sed quidam Philosophiam ignorantes, errantes confinxerunt. Idem dixit S. Tho. 2. contra gent. cap. 58. & 1. part. q. 76. arti. 4. & disput. de anima, arti. 11. Est etiam Simplicij, vt diximus superius, & Auicennae. 6. Naturalium, par. 1. cap. 3. & aliorum insignium.

Probatur primo autoritate. 1. de anima, in text. 91. vbi Arist. reprehendit Platonem, quod plures in vno posuerit animas, volens esse in vno tantum vnam secundum substantiam, potentias autem plures, & eodem text. 66. ab vna anima docet provenire, intelligere, amare, irasci, cogitare: & lib. 2. text. 31. expressè docet, esse vegetativam in sensitivo, & hoc in intellectu, sicut est figura inferior, in superiori, scilicet trigonum in tetragono, & tetragonum in pentagono.

Probatur secundo, ratione, vt arbitrator, validissima. Si anima intellectiva, non est idem cum sensitiva in substantia, sequeretur, quod non posset esse forma. Consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur sequela: quia tunc maneret pure intellectiva, at pure intellectuum non potest corpori vni secundum se: debet ergo conigi-

cum aliquo per se habent ordinem ad corpus, scilicet sensitivo, & sic fiet natura media apta informari.

Et hoc mihi facit suspicionem, in illa Synodo generali superius allegata Viennensi (& habetur in Clemetina, de summa Trinitate & Fide catholica, capite vincto) damnatam esse hanc sententiam, quam habet Philoponus, & Paulus Venetus: quia vidit Concilium perinde esse, dicere, non esse idem cum sensitiva, & vegetatiua, rationalem, & dicere, non esse formam informantem, quod est error. Vnde hæc sententiam aut puto erroneam, aut valde periculofam.

Probatur tertio, argumento Auicennae. Omnes actiones animae in vno mutuo se impediunt: nam contemplatio impedit sensationem, imò ipsam nutritionem, & sensatio contemplationem, vt notum est: ergo ab vnicâ proveniunt anima. Si enim essent plures formae, quae operarentur, vtique vna non impediret necessarîo motum alterius. Et hac ratione contentus Auicenna non vult aliam ponere.

Probatur quarto. Si in homine est totius aliqua sensitiva, & vegetatiua propter rationalem, peto: Vell illae formae sunt vniuersales, vel particulares. Non erunt vniuersales, essent enim idem: ergo in particulari, & in indiuiduo debet sumi: erit ergo vnus homo triplex indiuiduum in triplici specie: indiuiduum in aliqua specie plantæ, & indiuiduum aliud in specie animalis tantum sensitivi, & in specie hominis: quod est falsissimum.

Præterea quinto. Eset totum per accidens, & per aggregationem, cum habeat diuersa esse perfecta in substantia. Nam dicere, quod anima vegetatiua & sensitiva in homine sunt, sicut potentia & materia: hoc nihil est proprius. Nam cum sint indiuiduae, & eiusdem rationis omnino cum anima arboris vel plantæ alicuius, vtique ipsa vnum

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

unum per se constituer, & reliquæ cū ipsa unum facient per accidens.

6. Ratio

Præterea. Quia illa anima sensitiva si est informas corpus, ergo facit unū, & non quidem per accidens: ergo per se: igitur homo esset cōpositus ex bruto & anima rationali, scilicet ex illo bruto præcedente, & superueniente anima rationali, si utrunq; manet. Confirmatur. Quia etiam antè erat sub aliqua specie, & aliqua essentia sensitivum, illic in ventre matris, putà, sensitivum quoddam. Confirmatur. Si nūc fieret coniunctio, aut fieri imaginaretur animæ rationalis cum quovis bruto alio, putà, cū leone, vel equo, id quod resultaret, esset compositum ex bruto, & anima rationali: ergo & tunc idem confiteri coguntur.

Confirmatio.

1
2

Confirmatur. Quia ex duobus per se, non potest fieri unum per se: & ex duobus in actu, unū in actu: & ex duobus esse, unum esse.

7. Ratio

Præterea. Quia si ita esset, per aliud esset animal, scilicet per formam sensitivam: & per aliud, homo, scilicet per animam rationalem: & ita hæc esset falsa: Homo est aial: nec intrinseca, nec per se, sed sicut ista: Album est dulce.

8. Ratio

Præterea. Anima rationalis est sub genere formarū: nam continetur sub formæ genere, & est quædā forma specifica, & cōtinet gradus entis vsque ad ens, subordinatos, licet eos contineat, ut pars: ergo dabit etiam esse genericum quatenus in ea est genericus gradus: quæro, Quod esse genericum dabit, nisi esse sensitivum?

Confirmatio.

10.

Confirmatur. Ab anima etiam ratio nascitur animatum non minus, quàm a sensitiva, & vegetativa: ergo dabit etiam genus animati: igitur genus animati esset à tribus animabus. Aut, quod peius est, in uno & eodem essent tria genera animati, ut animatum. Alia vero genera & species ab una tantū anima sumerentur, vegetatiuū à vegetativa, sensitivū à sensitiva, &c. Hæc cau-

tem sunt absurda & manifestè falsa.

Præterea. Potentia generatiua est propria animæ vegetatricis, ut pluribus locis ait Aristo. Iam ita in brutis anima sensitiva generat sensitivam: ergo habet ipsammet potentiam generatricem. Sed hæc potentia nō potest esse formæ vegetatiuæ, quia vegetatiua forma, aut potētia eius non possunt generare nisi vegetatricē formā non sensitivam: ergo necesse est confiteri illam esse potentiam sensitivam: ipsiusmet animæ, qua generat sensitivam: ergo, cū hæc potentia generatrix sit propria vegetatricis animæ, cōsequitur in virtute contineri, & eminenter in sensitiva, alioquin sensitiva non posset sensitivam generare.

Quod si dicas: Anima vegetativa, quia est coniuncta cum sensitiva, provenit, ut sensitiva possit generare aliā sensitivam?

Respondendum est, etiam si esset coniuncta vegetatiuæ: tamen nō eius virtute posset generare sensitivā, quæ non potest ascendere ad tantum effectum: ergo virtute propria ipsiusmet sensitivæ generat. Item aut sensitiva nihil agit, & tunc neque generaretur sensitiva: aut si agit, ergo habet in se generandi virtutem.

Præterea decimò & vltimò ratione Theologica idem cōprobemus. Quia in morte Christi, Redemptoris nostri, aut anima Christi sensitiva esset mortua, aut non. Si mortua, ergo mors nō solum fuit animæ Christi à corpore separatio, sed etiam eius alicuius animæ corruptio, & ita sanctum eius vidisset corruptionē, & quod semel assumpsit, diuississet: quæ sunt erronea & contra Patres, ac sacras literas. Et postea etiam eius anima sensitiva resurrexisset post eius corruptionē: quæ sunt Patribus inaudita. Aut non fuit mortua: & tum, aut mansit in sepulchro unā cum corpore unita, & ita corpus adhuc esset vivens, & non mortuum:

9. Ratio

Solutio
reijcit,
quæ da-
ri posset

10. Ratio

ant

aut descendit una cum anima rationali Salvatoris ad inferos, ita ut eius duæ animæ simul descenderint: aut mansit alicubi seorsum sola separata, quæ omnia sunt erronea. Præterea, sequeretur, posse etiam separari sensitivam animam, sicut rationalem, à corpore, & per se subsistere: & hinc etiam sequeretur, non solum rationalem, sed etiam sensitivam, esse immortales.

11. Ratio
Ex San-
ctorū, &
concilio-
rum au-
toritate

Adde Sanctorum etiam Patrum, & Conciliorum pleraque testimonia, unam tantum animam in homine esse rentium, & non esse diversas in homine sensitivam, & rationalem, ut initio primi libri in propositionibus fide tenendis ostensum est, propositione secunda: & inter alios D. Augusti. 10. su per Genesin ad litteram, cap. 12. refer ex sententia Manichæorum, duas esse animas in homine, alteram sensitivā, alteram intellectuam: quod idem habuit Philon Iudæus, in opusculo inscripto: Quod deterius potior insiditur. Oppositū verò docet ipse D. Augusti. non solum ibi tanquam hæreticorum sententiam eam proferens, sed alijs locis: ut de Ecclesia. dogm. cap. 15. supra citato, inquit: Nec duas animas esse in homine dicimus, unā animalem, qua animetur corpus, & immista sit sanguini: alteram spiritualem, quæ rationē ministrat. Sed dicimus unam esse, & eandem animam in corpore, quæ corpus sua societate vivificet, & semetipsam sua ratione disponat. Hæc Augusti. Idem omnino, & ferè eisdem verbis dicit, lib. de spiritu, & anima, cap. 9. Idem dicit, libro de fide, & Symbolo, & Damasceni. secundò de fide, cap. 12. & est expressa huius determinatio Actione. 10. Canon. 11. octavæ Synodi generalis, quæ est Constantinopolitana quarta, ubi sic ait: Apparet quosdam id temporis in tantum pietatis venisse, ut duas in homine animas impudenter dogmatizent. Quos omnes, & similia sentientes cū vetus & no-

uum Testamentum, & omnes Ecclesiæ Patres, unam animam rationalem in homine asseruerint. Sancta & universalis synodus anathematizat. Hæc ibi. Quare sententia illa, plurimum in homine animarum, non solum veræ Philosophiæ aduerfatur, sed tanquam hæreticæ erronea, & temeraria rejicienda est.

Tertia conclusio. In animali uno, una est anima. & ea est sensitiva virtute continens vegetatiuā. Hæc ex præcedenti nota est, atque probata.

Quarta conclusio. Quavis in uno, una tantum sit anima in substantia; tamen potētia ipsius multæ sunt. Explico. In homine est una anima rationalis in substantia, tamen in ipsa est Intellectus, sensus, & vegetatiua potētia. In animali una est anima sensitiva in substantia, tamen sensus, & vegetatiua potētia sunt in ipsa. In plāta una est anima vegetatiua in substantia, sunt etiā potētia vegetatiuæ, scilicet nutritiua, auctiua, generatiua.

Pro cuius intelligentia, notandum est, quòd ista vocabula Intellectiuū, Sensitivum, Vegetativum, possunt sumi, & usurpari tripliciter. Primò, ut significant potētias operatiuas, & sic de suis subiectis per se prædicatur, sicut passiones, & omnes formaliter sūt in homine, & vegetativum in animali etiam. Unde homo formaliter est intellectiuus, sensitivus, & vegetativus, & animal est formaliter sensitivū, & vegetativum: similiter plāta est vegetatiua. Omnes hæc prædicationes sunt per se in secundo modo: licet quædam immediate, quædam mediatè.

Secundò, possunt considerari, ut dicunt principium essentiale operatiouis determinatum & particulare, ut intellectiuum sit, quod principium essentiale intelligendi: sensitivum, principium essentiale sentiendi, & non intelligendi: & vegetativum principium vegetandi, & non alterius: ita ut ab im-

For-
verè.

3. Cōcl.
In uno
aialivna
& ea sen-
sitivavir-
tute con-
tinēs ve-
getati-
uam.

4. cōclu.
vni9 ani-
mæ mul-
tæ sunt
potētiæ.
Explicat
tur con-
clusio.

Not. tri-
bus mo-
dis acci-
pi voca-
bula
hæc, ve-
getati-
uū, & sen-
sitivū, &
intelle-
ctiuum.

1. Modus

2. Modus

perfe-

perfectiori excludatur perfectius: & sic sunt diuersa, nec de inuicem prædicantur, imò sunt differentie oppositæ, Intellectuum hominis, sensitiuum bruti, vegetatiuum plantæ.

3. Modus

Tertio, possunt considerari, præsertim duo vltima, pro principio essentia, absque exclusione, vt vegetatiuum sit, quodq; principium habens essentiale vegetandi, siue intelligat, siue sentiat, siue non: & sic est genus, quod de omni animato prædicatur. Similiter sensitiuum pro habente principium sentiendi essentiale, siue intelligat, siue non: & sic differentia est generica, quæ de homine, & de bruto prædicatur.

Præmissa op. soluitur

Ex huius distinctionis ignorantia procedit argumentum illius primæ opinionis, & per hanc soluitur facile.

Ad primam principalem argum. soluitur. S. Thom.

Superest ad argumenta superiora posita respondere. Ad primū, S. Thom. disput. de anima, argu. 11. dicit, quod prius tempore homo viuit vita plantæ: quia semen recipit animam plantæ, & postea animam sensitiuam: hæc tamen adueniente, destruitur vegetatiua præcedens, & post venit intellectiua, & per hanc destruitur sensitiua, ita vt vna maneat tantum in homine. Satis probabilis hæc est responsio:

Obiect.

Quod si obijcias: Si illud semen habet animam plantæ, ergo erit essentia liter planta, & in aliquo genere, & specie, ac indiuiduo plantæ: similiter in animali, imò, vt videtur, perfecta planta: quia formæ substantiales non suscipiunt intensiorem?

Solutio obiectio nis.

Respondendum est, esse quasdam formas vegetatiuas, atque etiam sensitiuas, quæ ad alias ordinantur, & non intenduntur per se à natura, sed propter aliud perfectius, & vt perfectioris formæ dispositiones, quæ cum sint multæ & magnæ, possunt quidem in materiam paulatim introduci, & aliter introduci non possent: & hæc sunt formæ imperfectæ in eo genere, quas vocamus formas embryonis, quæ quidem

non valent dare esse perfectum, in eo genere, aut permanens, aut per se, sed tanquam in via ad aliam, ad cuius finem ordinantur. Et ideo hæc non debent manere, sed expelli, adueniente forma perfectione, quod non solum in animalium foetibus cernimus, sed etiam in plantarum, vt (v. g.) in amygdalibus, prius est aqua quædam, deinde lac, postea congelatur, demum durefcit, & fit fructus amygdalæ: alia, quæ præcelserrunt formæ, dici possunt, non amygdala proprie, sed amygdala secundum quid, & imperfecta. Sic ergo respondeo, proprie illam non vocari plantam; quæ in foetu animalium præcedit, nisi imperfecto quodam modo, & secundum quid: sed, quæ sit verè alicuius speciei & indiuiduum, tam è nomine generis sic exprimi, scilicet tale vegetatiuum imperfectum: hoc est embryonem, aut tale sensitiuum imperfectum.

2. soluti.

Secundò, & facile respondere potest, genus vegetatiuum habere duas sub se species, seu genera, vt alterum sit planta, alterum embryo: & similiter sensitiuum, alterum perfectum, vt animal, alterum imperfectum, vt embryo, cum sentit solum.

3. Solut.

Tertio, respondeo, si quis nollit illas formas admittere, quod aliud semè non habet animam quousq; disponatur & organizetur per virtutem feminalem, qua dispositione facta inducitur anima rationalis: hæc autè non statim oēs suas exercet operationes, sed temporis successu: primò, n. exercet opera vegetatiouis, postea motum, post sensum, tandem intellectiue: ac ob id non dixit Aristot. prius esse plantam, sed viuere vita plantæ. Ista interpretatio est Alber. Sūma de homine: & Philopo. eodè loco Aristot. Ex hoc autem non colligitur pluralitas animarum in vno, imò vnitas quantum ad substantiam.

Ad. 2.

Ad secundum, dico, quod vbi est operatio propria alicuius formæ, ibi est ipsa, aut secundum se, aut virtualiter, & em-

& eminenter, vt ibi est calefactio, ibi ignis, aut formaliter, at subesse perfectior est. Sic pariter, vbi est vegetatio, ibi aut est formaliter vegetatiua anima, qualis est in planta, aut anima altioris gradus virtute ipsa continens.

Ad 3.

Ad tertium dico, quod non sint omnino contraria. Sensus, & Ratio: respiciunt enim obiecta diuersi generis: sensitiuum enim appetitus respicit delectabile, ratio verò honestum: quamuis autem essent contraria, non idcirco diuersas animas oporteret colligere: nam contrarij actus non solum ab vna anima, sed ab vna potentia possunt procedere. Ab intellectu enim assensus, & disensus contrarij proueniunt: à voluntate multi pariter contrarij actus.

Ad 4.

Ad quartum dico, quod diuersæ operationes arguunt diuersas formas, supposita diuersitate subiectorum: at in vno subiecto solum arguit formam altioris, & eminentioris naturæ, virtute multa continentis, diuersis que vtentis potestis, qualis est anima, & inter has intellectiua, & post hanc sensitiua.

Ad 5.

1. Solut.

Ad quintum, respondeo primò, quod per genus Arist. intelligat materiam quæ diuersa est in caelis incorruptibilibus, & in inferioribus istis: atque idè genere dicuntur differere, sed non genere logico. Intellectiua verò quia nullam habent materiam, plus quam genere differere dicuntur.

2. soluti.

Dico secundò ad rem, quod anima sensitiua, & vegetatiua in homine, cum idem sit cum intellectiua, quantum ad substantiam, est immortalis, & non educta de potentia materiæ: idcirco non est implicatio v. la. Argumentum autè supponit animam sensitiuam in homine esse mortalem & eductam quod falsum est.

Obiect.

Quod si dicas: Ergo homo non erit animal sicut leo, cum sensitiua hominis sit incorruptibilis?

Solutio.

Respondet S. Thom. 11. disput. de anima ad argumentum decimum quar-

tum quod non valet consequentia. Nam quod in genere ponitur, non est anima, sed tota substantia, scilicet homo, & illa corruptibilis est.

Ad 6.

Ad sextum respondeo, quod illa partes dupliciter possunt considerari. Vno modo, vt partes vnius totius, & secundum suam substantiam, & sic vnius speciei sunt: habet enim formam eadem substantialem. Altero modo, vt organa, & instrumenta ad varias operationes, & sic specie differunt non essentia, sed accidentali: quia forma instrumenti, vt instrumentum est, est potentia ipsa, & quia sunt potentia specie differentes in varijs, idè aliquo modo specie differre dicuntur: quod si in oculo non est sensus, inde non colligitur, non habere eandem animam: nam anima vna non omnes suas potentias omnibus communicat partibus: alias in oculo esset auditus, cum sit eadè anima in utroque.

CAPVT QVARTVM.

Necessarium autem est, cum. Tex. XXXIII



ENUMERATIS potestis animam, nunc singulas tractare aggreditur, ac primò methodum obseruandam in ipsarum tractatione proponit per duas conclusiones, quarum vna est. Primum constituere oportet in tractatione, & doctrina cuiusque potentia, ex dictis quid ipsa sit: postea autem, quæ sint attinentia, id est, quæ passionis, quæ accidentia, quod organum ipsius.

De singulis potentis, qua via, & methodo agendum.

2. Cōcl. Nota.

Altera conclusio est. In constituenda definitione potentia, obseruandū est, vt prius, quid actus ipsius sit, proponatur, & ante actum, quid obiectum: vt si de visu agendum sit, quid visibile quid visio, tandem quid visus sit, dise-ratur, similiter in qualibet alia potentia: vt si quid intellectiuum, prius

Potentia per actum & actum, obiecta cognoscendi.

obiectum ipsius, puta, intelligibile, & quid actus, scilicet intelligere. Si quid sensitiuum, prius sensibili, post de actu, id est, sentire. Si quid vegetatiuum quid alimetum, quod est ipsius obiectum & quid actus, ofendatur.

Ratio autem huius est. Quia id quod est prius ratione, quam alteri, debet in doctrina antecedere: sed actus est prior ratione, quam potentia, cum potentia definiatur per actum: ergo debet actus in doctrina antecedere. Et eadem est ratio de actu & obiecto: ut n. potentia per actus, ita actus per obiecta definiatur: ob id ab his primo incipiendum est in potentiarum definitione.

Quare primum de alimento.

Tex. XXXVIII.

Vt traditam methodum, cum de vegetatiua potentia prius, quam de alijs agendum esset, proponit, prius se tractaturum de alimento, quod est eius obiectum, deinde de actibus, qui sunt tres, generare, nutrire, augeri, & haec duo sub vnico nomine claudit, scilicet alimento, ut n. in nutritione, & augmentatione, est conuersio alimentum viuens, quauis sub diuersa ratione.

Quo autem ex his, quae dicta sunt probat, Alterum, quod prius de vegetatiua potentia, quam de alijs sit agendum. Alterum, quod generare sit operatio ipsius. Prius probat dupliciter. Primo ex causalitate: quia per animam vegetatiua non inest alijs omnibus viuere: nam ob id viuere est, scilicet nutrire & augeri quae anima est vegetatiua aut formaliter, ut in plantis, aut virtualiter, ut in alijs.

Secundo ex vniuersalitate. Nam ista potentia omnibus inest viuētibus: quare ob haec duo ab ipsa est incipiendum.

Alterum probat ratione. Opus naturalissimum viuētis ab ipsius anima procedit: at generare est naturalissimum opus viuētis, ergo ab ipsius anima procedit, maior est certa: est enim forma, & anima natura magis

principali, unde quod magis naturale

est, ab ipsa existimandum est procedere.

Explicat autem, quid sit generare, & quae viuētia generent. Generare est sibi simile in specie producere, Generant autem viuētia, quae habent tres conditiones. Prima est, quod non sint imperfecta, id est, ad statum perfectum nondum peruenierunt. Unde pueri non generant: natura enim intenta perfectioni ipsius, totum alimentum in substantia indiuidui conuertit, nihil relinquit ad generationem. Secunda est, quod non sint mutilata, ut eunuchi & frigidi ex natura, & alijs impedita causis: haec omnia mutilata dicuntur, nec generare possunt. Tertia est, quod non sint sponte generata, id est, ex putrefactione: haec enim non generant, quod in quaestione declarabitur. Ex his colligitur, quod generare, viuētium est omnium, si tamen perfecta sint.

Minorem illam probat, quod hoc sit opus naturalissimum. Probat autem ex fine ipso, qui perfectissimum quid est, est autem finis generatiuis, assimilari Deo in esse, ac se perpetuare, quod non solum viuētia, sed & omnia naturalia desiderant: conseruant autem se in esse per generationem, quae simile producant in quo conseruatur, si non in indiuiduo, saltem in specie.

Ipsam autem, cuius natura.

Tex. XXXV.

Finem distinguit dupliciter: est enim finis Cuius, & finis Cui. Finis Cuius, est id, in quod vltimo res ordinatur, ut sectio est finis Cuius, ferrae, & visio Dei, est finis Cuius, nostrum. Finis Cui, est id, in cuius utilitatem est finis Cuius.

V.g. si quis faciat malleum alicui artificis, finis Cuius, est operatio mallei: finis Cui, est ille cui fit malleus. Ita in presenti, finis, gratia Cuius, est perpetuitas, & Dei assimilatio, finis Cui est ipsum viuens.

Alius esse potest finis Quo, scilicet id, quo consequimur finem, gratia Cui

Quid sit generare, quae viuētia generent

Probō minoris ex fine. Not. Finem generationis assimilari Deo, & ut res possint, perpetuari. Duplex est finis, Cuius & Cui, & etiam in generatione.

Alius finis Quo,

ius, & hic est generatio: hac enim obinetur perpetuitas.

Explicat tamen, quod non est omni moda perpetuitas, sed qualis potest esse in generabilibus, scilicet in specie, non in indiuiduo.

Adhuc quibusdam inest magis, utpote his, quorum species nullo tempore deest actu: quibusdam minus, utpote, his, qui non nisi statutus temporibus veniunt, ut aliqua animalia ex putrefactione, & aliqua herbae.

Patet igitur, esse hanc operationem naturalissimam, id est, ad quam natura maximè inclinatur, ac inde in viuētibus ab anima est, in reliquis à forma, quia haec magis natura. Hunc generationis finem docuit etiam libro de generatione animalium, cap. i.

Est autem anima viuētis.

Tex. XXXVI.

Constituto vno, scilicet ab anima vegetatiuae potentia esse incipientem, ab ipsiusque operationibus, & obiecto: nunc ipsam causam effectiuam tantum motum esse, vult ostendere, ad cuius declarationem, animam in triplici genere causae principium esse corporis viuētis, docet: est enim causa formalis, finalis, & efficiens, secundum tamen diuersa.

Primo, esse causam formalem viuētis dupliciter ratione probat. Prior est. Quod dat esse rei, est forma ipsius, at anima dat esse viuēti: ergo est ipsius forma. Minor probat: quia anima dat viuere viuēti: at viuere est ipsius viuētis esse: ergo anima est causa ipsius esse. Sumitur autem hic viuere, non per operationem vitae, sed per ipso esse esse vitali viuētis corporis.

Circa maiorem nota, quod aliquid dupliciter dat esse. Vno modo extra se producendo aliud, & sic efficiens causa, & finis dant esse. Alio modo seipsis, ita, ut ipsa sint partes illius esse, sicut albedo seipsa facit album, & hoc modo materia, & forma dant esse, sed differenter: nam materia est indetermi-

nata, & communis: at forma contrahit, & limitat, datque determinatum, consummatum & distinctum esse.

Sic est maior intelligenda. Omne enim dans seipso determinatum & perfectum esse, est forma: talis autem est anima respectu viuētis: est ergo ipsius forma, quae essentia dicitur, & substantia. Posterior ratio est. Actus alicuius potentiae terminatiuus, est forma: at anima est actus potentiam materiae terminans, & cum ea vnum per se faciens: ergo est forma.

Manifestum est autem et cuius gratia.

Tex. XXXVII.

Causam finalem esse, nunc ostendit supponitque vnum, quod sicut Intellectus agit propter finem, id est, quae Intellectus, & arte operantur, propter finem aliquem agunt. Sic etiam natura & naturalia agentia agunt propter finem, ut dictum est secundo Physic.

Sumit ex hoc argumentum. Finis est, propter quem agunt, quae agunt, & propter quae alia sunt: sed anima est finis, propter quem corpora naturalia sunt, ergo ipsa finis est secundum naturam, id est, non per artem, seu ab Intellectu intentus, sicut artificialia, sed per naturam intentus.

Probat minorem. Quia corpora viuētium instrumenta sunt ipsius animae: ut enim est tibia artificis ad sonandum, ita organa corporis sunt viuēti bus ad animam. Quod declarat. i. de partibus, cap. 5.

Statim repetit distinctionem finis, scilicet Cuius, & Cui, & per finem Cui, possumus intelligere ipsum viuens, per finem Cuius, animam, in quos fines organa ordinantur corporis. Vel per finem Cui, ipsam animam, quae per organa operatur.

Nota, quod dicit, omnia corpora esse gratia animae, non vniuersaliter debent intelligere: sed limitat statim, scilicet corpora animalium, & plantarum:

Quod sit anima causa finalis. Suppositio.

Reperit distinct. finis Cuius, & Cui.

Nota.

Rō redditur pra scrip tae methodi.

De vegetatiua potentia, ac primo de alimento eius obiecto agendum esse, secundum operationibus. Cur de vegetatiua potentia prius agendum. Arist.

Ratio. Arist. Quod generare sit actus vegetatiuae potentiae. Ratio.

hæc enim animæ organa sunt.

At vero et inde primum.

Quod anima sit causa efficiens. s. opera rationis & motus viuētis.

2. Ratio
 Hac ergo ratione probat. Motus, quia animatis, & non alijs insunt ratione animæ proueniunt: sed omnes prædicti (vt notum est) non nisi animatis insunt: ergo ab anima proueniunt, non formaliter, nec materialiter, vt certum est: ergo effectiue. Ex quo habetur, quod istæ operationes vegetatiuæ ab anima effectiue procedunt.

No. cui9
 sit aia cā formalis cuius efficiens, & finis.

Empedocles autem non bene..

Tex. XXXVIII

Confu-
tatio er-
roris
Empe.
 qui motum augmenti tribuebat elementis, dicens: idē plantā deorsum auferi, quæ partes terræ quæ in ea sunt, descendit deorsum: parte autem ignis, sursum. Hoc duplici ratione rejicit. Prima est: Quia, si ita esset tunc rationis, dices dicerentur deorsum, rami verò sursum. Sed hoc contrā accidit: nā rami deorsum, radices sursum dicuntur.

1. Ratio
No. quo
 modo su-
 do sumitur sursum & deorsum in omnibus. In mundo enim sursum dicitur, quotendunt leuia, deorsum, quo & deor- tendunt graua: & hoc ex natura rei, sum in & non respectu nostri: quauis enim viuētibus, nos essemus supra cœlū, adhuc locus & non vi- gnis sursum diceretur. In animalibus autem non sic illa sumuntur, sed sur-

sum dicitur, quo alimentum sumitur, deorsum, quo excrementa expelluntur, siue sic, siue aliter se habeant in loco. In animatis pariter non ex natura rei, sed respectu nostri sumuntur.

Cum igitur radix sit qua alimentū sumitur, dicitur sursum: & rami quibus excrementa expelluntur, qui sunt fructus, dicitur deorsum. Nam instrumenta non aliter diuersa vel eadem dici debent, quā ex operationibus. Cum ergo radix in plantis, & os in animalibus, eiusdem sint operationis, sit vt eiusdem rationis sint instrumenta, & vtrumque sursum dici debeat, non autem penes ordinem vniuersi de his iudicandum sit.

Ad hæc autem quid est.

Tex. XXXIX.

Secundam facit rationem. Quia illa elementa, vel continentur & coercentur ab aliquo, vel nō. Si non, vtiq; distrahitur vnumquodq; in suum locum, & mistum dissoluetur. Si autem ab aliquo alio, continetur in planta, id iam erit talis motus principii primum, idque erit anima, quæ erit principium vegetandi.

Videtur autem quibusdam.

Tex. XL.

Alteram impugnat sententiā, quæ erat Democriti, & Leucippi. Hi enim ignem putabāt esse causam nutritionis, & augmenti, innixi tali argumento: quod ignis inter elementa maximè nutriri & augeri videtur: ob id is simpliciter & vniuersaliter erit causa nutritionis in omnibus viuētib.

Hic autem con causa quidem.

Tex. XLI.

Partim probat, partim reprobat positam opinionem. Probatur quidem, quatenus ignis aliquo modo est causa nutritionis, scilicet per calorem: est enim calor necessarium instrumentum: quo fit nutritio, & augmentum. Calore enim alteratur alimentum.

Cōcludi
fratic.

2. Ratio
contra
Emped.

Confu-
tatio er-
roris De
moc. &
Leucip.
 quod ignis esset causa nutritionis & augmenti

Appro-
batur ex
parte ho-
rū sentē-
tia, & ex
parte re-
probatur.

Repro-

1.
Reprobatur tamen, quatenus ignis nō est causa principalis augmenti, nisi anima ipsa. Quod probat: qui ignis augmentum ex se non habet terminū, sed crescit sine limite, quantum materia ei additū fuerit: at viuētia omnia, quæ dicuntur natura constantia, certum limitē suę quantitatis habent quos transgredi non licet, quantum cunque eis alimenta addantur.

2.
Nota.
 Probat etiā alia ratione. Quia augmentatio magis sit secundum formā, quā secundum materiā: at alimenta in mistis potius sunt, vt materia. Hic posset tractari Quæstio de termino quantitatis corporū, sed supra, i. Phisio. satis diximus.

Quoniam autem eadem potentiā.

Tex. XLII.

De potē-
tia ipsa
vegetati-
ua, quæ
in tres di-
stinguitur.

Postquam constituit, motum augmenti, nutritionis & generationis esse ab anima: nunc de potentia vegetatiua tractare aggredietur, quæ includit sub se generatiuam & nutritiuam: & augmentatiuam: quas duas vocat hic nomine vegetatiuæ, dicens, quod hæc eandem potentiam pertinent, id est, sub vna genere (potentia) continentur, atq; vegetatiua in his operationibus dictis, ab alijs secernitur potētij.

De ali-
mento &
eius ob-
iecto,
quid &
quatuor-
plex di-
stinguitur.

Cum autem prius ab obiecto sit incipiendum, ab alimēto exorditur: hoc enim est obiectū ipsius, & de hoc tractat, quid sit, quale, & quod duplex sit & quæ ab ipso denominationē habeant.

Videtur autem esse alimentum.

Tex. XLIII.

Tres cō-
ditiones
alimēti.

Nunc, quid alimentum sit, docet, assignans tres ipsius conditiones. Prima est: quod sit contrarium alimēti, debet enim mutari in ipsum. Non esset autem mutatio, nisi aliquo modo esset contrarium.

1.
2.
 Secunda: quod sic exilis contrarijs quorum mutatio sic se habet, vt vnus mutatio alterum augeat.

Nota.
 Est enim duplex mutatio contra-

reriorum. Vna est, cum vnum subiectū ex vna contraria forma transit in alteram, vt homo ex albo fit niger, & materia ex aere fit aqua. Altera est, cum non solum ex vna mutatur in alteram formam, sed vnitur cum contrario, a quo mutatur: vt cum aer mutat in se aquam, & ignis in se aerem, & talia contraria dicuntur sua mutatione augere contrarium, huiusmodi debet esse alimentum, ex illis, putā, contrarijs, quæ mutata augent contraria.

Tertia est: quod sic augeat, vt non sit mutua mutatio. Non enim alitum in alimentum, sed alimentum in alitum conuertitur, quod exemplo probat. Aqua enim alimentum est ignis, non tamen ignis aqua.

In hoc exemplo non negat, ignem conuerti posse in aquā: sed dicit, quod ista conuersio ignis in aquam, nō dicitur augmentum: sicut eum ex aqua fit ignis, quia ignis, est elementum velut forma, aqua, vt materia: quia verò augmentatio est secundum formam, ob id ignis ex aqua magis augeri dicitur, quā aqua ex igne: nec est vera augmentatio, qualis in viuētib. est, vt alibi satis diximus. Vel certè idē dixit Aristoteles, quia fouetur ignis humido, tanquam paulo.

Ex his patet, quid alimentum sit. Est enim alimentum contrariū, quod sua mutatione animatum crescere facit, non autem ipsum crescit animati mutatione.

Nota tamen, quod nondum integra habetur ista definitio ex his, quæ hæctenus dixit Aristot. quousque doceat in text. 46. alimentū referri ad animatum.

Dubitationem autem habet.

Tex. XLIII.

Quia alimentum contrarium dixerat, nunc id in dubium vertit. Sunt enim duę Philosophorum opiniones.

3.

Nota.

Conclu-
ditur sit
alimen-
tum.

Nota.

Dubiū,
An ali-
mētum
debeat
esse con-
trariū a-
lito, an sī
mile.

Quidam dicunt, esse simile alito: quorum ratio est. Ex eodē nutrimur, & augemur: sed non fit auctio, nisi ex simili: ergo nec nutritio.

1. Opin. Alij contrarium, vt diximus, dicunt alimentum, quorum ratio prior est. Non fit mutatio nisi in contrarium, aut in medium, quod etiam contrarium est: sed alimētum mutatur in alitum: ergo debet esse ei contrarium, & non simile.

Adhuc autem alimentum. Tex. XLV.

2. Ratio. Posterior horum ratio est. Alimētum patitur ab alito: digeritur enim & concoquitur: ergo debet ei contrarium esse. Nam simile non potest pati à simili.

Notat vnum, quod alitum non patitur ab alimento, sicut faber non patitur à ligno, sed solum lignum à fabro patitur: quauis verum sit, quod aliqua mutatio est in fabro, secundū operationem: quia prius non operabatur, & post operatur: similiter viuens antea nō alebatur, postea alitur, sic mutatur, sed non, vt in alimentum conuertatur, sicut alimentum in ipsam conuertitur.

Nota. Et ita debes intelligere, quod alitum non patitur ab alimento, putà, secundum substantiam non conuertitur in alimentum, sicut alimentum in ipsum: quauis negari non possit, alitum aliquo modo: repati à qualitatibus alimentis reagentibus in ipsum alitum, & viuens.

Disoluit dubium, postea distinctione. Soluit dubium, postea distinctione. Alimētum enim dupliciter potest considerari. Vno modo, vt est imperfectum, indigestum, & in coctum. Altero modo, vt digestum, & perfectum est, ac factum simile aēndæ parti: sic enim est proximum subiectum, & materia nutritioni. Multum autem differt, hoc vel illo modo considerare. Si enim imperfectum consideretur, tunc

est contrarium, & dissimile: si autem proximum, simile est. Vnde fit, vt utroque modo cōtingat. In principio enim est contrarium, in fine verò simile: & sic vtraque opinio dicit rectè, sed non omnino: quia alimentum vtrumque est putà, contrarium, & simile.

Aduertendum autē, quod contrarium alimentū est prius tempore, quā sit pura nutritio: cum tamen est simile solum est prius natura.

Quoniam autem nihil alitum non participat. Tex. XLVI.

VT naturam alimenti compleat, quale ipsum sit, explicat, dicens, alimentum habere ordinem per se ad animatum: quia nihil alitur, quod sit expers vitæ, & animæ. Ex quo colliges integram definitionem alimenti superius positam.

Aduerte, quod aliquid dupliciter potest ad alterum referri. Vno modo per se, cum ita referatur ad illud, vt ta li ablato, non amplius referretur, sicut pater per se referatur ad filium, & ablata ratione filij nō amplius referretur. Altero modo per accidens, cum hoc cōiungitur cum eo, quod est per se, & quauis ipsum auferretur, adhuc non auferretur relatio, quo modo pater dicitur referri ad Philosophum, si filius Philosophus sit: sed id est per accidens. Alimentū ergo nō per accidens ad animatum, sed per se, ordinem habet: nec putes alimentū nō esse aliud, quā relationem: est enim relationum secundum dici.

Est autem esse aliud alimento. Tex. XLVII.

Nunc quot modis alimētum sumatur, exponit. Tripliciter autem considerari potest. Vno modo, secundum substantiam; & sic est obiectum nutritionis. Substantia enim reparatur substantiā. Altero modo, secundum quantitatem: est autem sic augmentatum, & augmentationis obiectum. Tertio, vt est in se, id est in se, id est

Vt alimēti definitio cōpleatur, ostēditur alimētum habere ordinē ad animatum. Nota aliquid dupliciter ad alterum referri per se, & per accidens.

Quod tribus modis alimētum sumatur proportionē ad tres vegetatiuæ potētiās.

I.

Nota.

ti: & sic generatiuum non eiusdem numero viuētis, est hoc iam sit, & quod est, non generatum: sed alterius similis in specie.

Notandum, quod non dicitur alimēti superfluum, quasi sit excrementum & materia scelerata: imò semen est ex purissimo alimento: sed dicitur superfluum, quatenus est illud alimentū, quod natura reliquit: quia improprium indiuiduum per nutritionē vel augmentationem non conuertit, sed illud in vasa quædam mandat, vbi ad generationem id conseruatur. Vnde generatio debet esse, facta nutritione tunc enim natura apta est ministrare materiam ad generandum.

Atque id in causa est, vt illusiones nocturnæ carnis post mediam accidat noctem, cum nutritionis tempus verus hinc properat, atque idē contra, maximum est remedium sobrietas & abstinentia, vt subtrahatur materia, vnde id generatur.

Vide igitur quo pacto tripliciter alimētum considerari possit, sicque ad tres animæ vegetatiuæ potētiās ordinetur: in communi autem alimentum ad potētiām vegetatiuam, & vegetatiōnem in communi, ordinē habeat.

Quare huiusmodi animæ. Tex. XLVIII.

Definitio nutritiæ potētiæ. Quid alimētum, & quod duplex sit, exposito, nunc ad potētiās transit, vnamque definit: reliquas enim eodē modo definire facile est. Est igitur potētiā nutritiua, vis animæ ad conseruandam ipsam viuētis substantiam, vt viuens est.

Definitio augmentatiuæ. Augmentatiua verò, est vis animæ ad perficiendam viuētis quantitatem. Generatiua autem, vis ad generandum simile in specie: per distinctionē enim illam alimentū definire potētiās facile est: alimentū enim est obiectum & preparatio operationis potētiæ, sine quo non est operatio.

Facile etiam est operationes definire. Nutritio enim est mutatio alimēti in propriā substantiā viuētis. Augmentatio est mutatio alimenti in propriā quantitatem viuētis. Generatio est productio viuētis ab interno.

Dico, ab interno: quia viuens ex se præbet materiā generationis, scilicet semen: non viuentiā, ex materia externa generant. Vide igitur breuiter omnium horum naturas.

Quoniam autem sunt tria. Tex. XLIX.

Explicat tandem quot denominationem ab alimento sumant. Sunt autem tria, quod alitur, quod alit, quod alitur. Quod alit, est ipsa vegetatiua anima, hæc enim motus primum principium: quod alitur, est compositum ipsum viuēs: quo autem alitur, est alimentum.

His positis ipsam animam Vegetatiuam definit. Definitionem autem à fine dicit esse sumendam: est autē finis generatio. Hæc enim est nobilissima operatio. Est igitur anima vegetatiua principium primum generandi simile viuens sibi: at huic est potētiā, quæ vegetatiua dicitur.

Est autem id, quo alitur, duplex. Tex. L.

Distinguit id, quo alitur, esse duplex, sicut duplex contingit esse instrumentum, quo nauta nauim mouet, & manus, & remus. Remus est instrumentum motum: manus verò instrumentum mouens; & motum. Itæ harum operationū est duplex instrumentū. Vnum, quod mouet, & mouetur, & hoc est naturalis calor, quo fit concoctio & digestio alimēti: vnde omnia viuētia calore participant. Alterū est, quod mouetur tantum, & hoc est alimentum, quod nō mouet aliud instrumentum.

Ita, vt exposuimus, est exponenda litera hæc. nā Græci legūt, Quod dicitur

Definitio nutritiæ potētiæ & generationis. Nota.

Tria hæc sunt: quod alit, quod alitur, & quo alitur.

Definitio animæ vegetatiuæ ex fine.

Duplex est id, quo quis alitur.

Not. circa literę

expositio-
tionem.
† Incer-
te le&io

tur mouet, mouetur solum: & sic inter-
pretatur Philopo. & S. Thom. conclu-
dit figura, † id est, in communidictu
esse de alimento: nam exacte de ipso
posterius dicitur in particulari consi-
deratione, scilicet libris de generatio-
ne animalium.

Not. cir-
ca horu
libroru
ordinē.

Vbi nota hos libros dici postero-
res, ac esse post libros de anima, & hoc
docet Philoponus recantans, quod di-
xerat in prologo. Atque hec sunt, que
docet Aristot. de parte seu anima hac
vegetatiua, de obiecto, de operationi-
bus, ac potentijs ipsius.

An potentia, et actus per obiecta distinguantur, et definiantur. Quest. VII.



Circa tex. 33. hac difficul-
tas mouetur: vbi docet
Aristoteles esse obiecta
priora definitione potē-
tias, & nos cum alijs ex-
posuimus, quia potentia per obiecta
definiuntur. Videtur autem non ita ef-
se. Primò. Posterius non potest esse de
definitione prioris, nec ipsum distin-
guere: sed actus circa obiectum, est po-
sterior potentia: est enim ipsius effe-
ctus: Ergo non potest distinguere, nec
definire potentias.

1. argu.
in parte
negati-
uam.

2. argu. Præterea secundò. Quod non est es-
sentia, nec pars essentia, non definit,
nec distinguit: sed actus, & obiecta sunt
extrinseca à potentijs, nec sunt poten-
tiaru partes: nec ipsaru essentia, ergo
non possunt definire, nec distinguere.

3. argu. Præterea tertio. Si obiecta definiunt
potentias, etiam distinguunt: quia à
quo sumitur definitio, sumitur distin-
ctio, puta, ab vltima differentia: sed
probo, obiecta non distinguere poten-
tias. Nam vel obiecta debent realiter
distingui, vt diuersas potentias faciāt,
vel non. Sed neutrum dici potest: sunt
enim potentia distincta & ipsaru ob-
iecta realiter sunt idem, vt Intelle-
ctus, & voluntas, illius verum, huius

bonum est obiectum: at bonum & ve-
rum idem sunt realiter.

Sunt etiam potentia, quarum obiecta
distinguuntur realiter, vt Visus, &
auditus, illius color, huius sonus est ob-
iectum, qui distinguuntur realiter: non
ergo videtur necessaria distinctio ob-
iectorum ad potentias distinguendas:
& consequenter, potentia, nec distin-
guuntur, nec definiuntur per obiecta.

Præterea quartò. Si potentia etiā
per actus distinguuntur, maximè per
actus contrarios: sed non ita fit, imò ab
vna potentia sunt actus contrarij, vt ab
Intellectu assensus, & dissensus: à visu,
visio albi, & visio nigri: non ergo per
actus est distinctio.

Præterea quintò. Ita se habent due
potentia inter se, scilicet Visus, & Au-
ditus, sicut albedo, & nigredo: sed hæc
absolutè, & non per ordinē ad aliud di-
stinguuntur: ergo nec potentia.

Sextum argumentum sit. Non vide-
tur posse assignari ratio, quare vnum
genus rerum (v.g.) color, vnā habeat
potentiam, & etiam sapor, &c. & mul-
ta alia genera rerum, & accidentium
non habeant: vt (v.g.) quantitas, figu-
ra, tempus, &c. aut alia occultæ quali-
tates similitè. Sic etiam ens habeat
vnam potētiā, putā, Intellectum, &
corpus seu imaginabile, alterā, pu-
tā, imaginationem: & alia genera in-
termedia non habeant, scilicet substā-
tia, animal, vel animatum cum reli-
quis. Hæc sunt argumenta, quæ viden-
tur rem dubiam facere.

In hac re est Philosophorum consen-
sus circa duo, in vno autem discordia
est: Conueniunt primò omnes, quòd
definiuntur potentia per actus, & ob-
iecta, tanquā per notiora nobis, & ista
sunt distinctiua potentiarum, secundū
nos. Conueniunt secundò, quòd etiam
definiuntur per ista tanquā per prio-
ra natura, & sunt distinctiua priora,
sed in genere causæ finalis sunt enim
potentiarum actus, & obiecta finis: &

4. argu.

5. argu.

6. argu.

Consen-
sus om-
niu Phi-
losopho-
rum in
duobus.
1
2

hoc

In quo
confistat
contro-
uersia &
difficul-
tas.

hoc docet Philopo. & alij hoc tex. 33.
At difficultas in hoc est, an obiecta,
& actus aliquo modo ad formā & cau-
sam intrinsecam potētiarum spectēt;
non quòd ipsi actus & obiecta sint for-
ma potētiarum internæ: certum enim
est non esse, sed habitudo quædam ad
obiecta, & actus, ita, vt potentia in sua
essentia dicat habitudinē ad obiectum,
& actus, illaq; sit differentia, quæ
varia est pro diuersitate obiectorum?
Hæcigitur est controuersia.

1. Opin.
est Scoti
& cat. se
ipsis di-
stingui
poten-
tias.

Dux sunt opiniones in hoc. Prima
est Scoti. 2. Sententiarum, d. 16. quæst.
vnica: quam sequitur Herue. quod lib.
1. q. 12. & Iandun. hoc lib. q. 8. & Caie-
Thien. Hi videntur dicere quòd potē-
tia seipsis distinguuntur, & absolutè,
non autem per actus, & obiecta, nisi
extrinsecè, & quo ad nos, & naturam,
sed in genere solius causæ finalis. Vn-
de si essentia potentia in se considera-
tur, nullo modo obiectum apparet.

2. Opin.
S. Tho.
& cet. di-
stingui
per ha-
bitudi-
nem ad
obiecta.

Altera opinio est Thomæ in præsen-
ti, quā multi sequuntur, quòd actus &
obiecta sunt quodammodo forma po-
tentiaru, quatenus ab ipsis forma po-
tentiaru sumitur. Nam constituitur
potētia in sua essentia copleta per ha-
bitudinē ab obiecta, & sic obiecta
sunt de essentia ipsaru quodammodo
tanquam terminantia, & complementia
essentias. Non enim differentia potē-
tiarum absque obiecto consistit. Hæc
sunt opiniones in hoc.

1. Fund.
Animæ
potētiæ
aliæ sūt
actiua,
aliæ pas-
siuæ.

Pro huius Quæstionis dissolutione
sit primum fundamentum. Animæ po-
tentiæ se habent in duplici differentia.
quædam sunt passiuæ à suis obiectis,
ita, vt obiecta sint, vt causa effectiua
operationum potētiarum, quales sunt
potentiæ sensitiuæ: hæc operantur obiectis
agentibus in ipsas, & imprimen-
tibus suas similitudines.

Quomo-
do desi-
nantur p
obiecta.

Quædam aliæ sunt actiua: agunt
enim in sua obiecta, quales sunt vege-
tatiua: hæc enim in alimentū agunt.
Vnde fit, quòd in genere causæ effi-

cientis non omnis potentia, & actus per
obiectum definiatur: at in genere cau-
sæ finalis omnis definitur, quia in om-
ni potentia & actu obiectum est, velut
finis: & in hac doctrina oēs conueniunt.

Sit alterum fundamentum. Obiectum
potentiæ potest esse triplex. Vnū
per se primò: alterum per se: alterum
autem per accidens. Per se primò il-
lud est, quòd primò terminat actū po-
tentiæ, ita, vt potentia talis, non ordi-
nietur in aliquod nisi ratione illius:
quò modo sapor est obiectum per se pri-
mò gustus: nihil enim gustu percipi-
tur, quòd saporē non parcipet, & eate-
nus percipitur, quia sapor est. Per se
illud est, quòd potentiam quidem ter-
minat, sed non semper, nec ob id, quia
tale est, percipitur: vt albedo est obiectum
per se visus, sed non primò, quia
quanuis albedo à visu comprehendatur,
non tamen, quia albedo est, ad vi-
sum pertinet, sed quia color. Per acci-
dens est, quòd à potentia non compræ-
henditur, sed eatenus compræhendi de-
nominatur, quatenus coniunctum est
cum obiecto per se: quò pacto dulce
dicitur videri, sed per accidens, quia
album dulce est. Primum obiectum
horum dici solet formale reliquam a-
terialia, quāuis minus secundum, quā
tertium.

Notandum est insuper, formale ob-
iectum esse duplex. Alterū ipsius rei
in se, quòd reale vocari solet, seu obiectum
quòd hoc est illud ipsum cōmune
genus rei, quòd primò terminat po-
tentiā, vt diximus, quòdque æquale
est ipsi potētiæ, vt (v.g.) color ipsius
visus, sapor, gustus, sonus ipsius audi-
tus, &c. Alterum est formale obiectum,
quòd dicitur obiectum, sub quo, seu ob-
iectum, quo. Dicitur autem obiectum,
sub quo: quia sub ea ratione tendit po-
tentia ab obiectum ipsum reale: & hoc
sumitur respectu potētiæ, vt (v.g.)
visibile in colore, gustabile in sapore,
audiuile in in sono. Nascitur autem

2. Fund.
obiectū
potētiæ
triplex
esse po-
test.

1.

2.

3.

Nota de
obiecto
materiā
li & for-
mali.

hæc ratio formalis sub qua, ex prima altera rei, nam quia color est, ideo est visibilis, & quia sapor, ideo est gustabilis, & sic de alijs.

3. funda. Quo col ligatur à posteriori quot sint potètia, & quod sit obiectū formale potètia rum.

Tertium fundamentum valdè notandum. Quæ & quot sint potètia, & quæ sit cuiusq; obiectū formale, colligitur à posteriori ex actibus, & obiecto materiali hoc modo, nō quidē ita, ut nō nulli decepti putarunt, ut quot sint actus, tot sint potètia, vel quot sint in mūdo obiecta formalia, tot sint potètia, vel quot actus tot obiecta, vel contra (nam hoc perspicuè falsum est, ut probant argumēta, & experiētia constat) sed colliguntur, & collecti sunt à Philosophis hoc modo: quoties videmus, si priuatur quis vno actu ex aliquo impedimēto, vel morbo, q̄ priuatur etiā omnibus, & si potest vnū exercere, possit oēs tunc dicimus, omnes illos actus ad vnā & eandē potèntiam spectare. Contrā verò, si quis priuatur vno actu, non tamen priuatur alijs, sed potest alios exercere, & similiter si potest vnum, tamen non potest exercere alium, tunc dicimus, & colligimus merito diuersas potèntias.

Exēplo declaratur, seu iductio- ne in ob- iectijs & carū acti- bus.

V.g. Video, quod quicunq; potest velle, potest & nolle, & odire, & amare, & eligere & ceteros volūtatīs, exercere actus, ut homo rationis cōpos. Et cōtrā, qui nō potest velle, nec nolle potest, nec eligere, &c. ut amētes vel rationis expertes, &c. Tunc infero: ergo vna est potèntia voluntatis, & nō plures, quæ omnes illos potest actus. Sic etiam in Intellectu: Video q̄ quicunq; potest ratiocinari, potest contemplari, meditari, indicare, delibere, &c. Et contrā, qui non potest vnū, ut phreneticus, vel dormiens, ut bruta, nō potest omnes. Infero ergo, omnes illos actus ad vnā & eandē potèntiā pertinere, videlicet Intellectus.

Sic etiam in vegetatiuis: quia potest aliquis habere actum nutriendi, & nō augendi, ut in senibus, & vtrunq; pos-

set quis habere, sed non posset generare, ut quæ vitali priuati sint & careat, hinc colligimus à posteriori diuersas hæc esse potèntias, nutritiā, vegetatiuam, generatiuam. Vnde etiam merito Ga. enus, & alij medici nutritiā distinxerunt in plures, scilicet expulsiuam, attractiuam, concoctricem seu conuersiuam, quia videbant sæpè in infirmis alterum ab altero separari, ita aliquem benè concoquere, at malè expellere, benè expellere, malè atrahere, vel concoquere, &c.

Et simili modo etiam in obiectis. Si quis cum priuatur actu erga vnū obiectum, priuatur etiam actibus erga alia obiecta, & si potest in vnū obiectū, possit etiā in alia, tunc dicimus & colligimus rectè à posteriori omnia illa obiecta ad eandē potèntiā spectare, & in quadā ratione cōmuni omnia cōuenire, quæ respondēt suæ potèntiæ ex æquo, quod vocamus obiectum primū formale. Et contrā, cum priuatur aliquis actu erga vnū aliquod obiectum, non priuatur actu erga alia quoq; obiecta: & cum possit in vnum, nō possit in alia: tunc merito colligimus, erga illa obiecta diuersas esse potèntias.

V.g. cum quis videt albedinem, experimur quod potest videre nigredinem & rubedinem, & omnes alios colores: & si non potest videre albedinē, non potest etiam alios videre: hinc dicimus, vnā eandē esse visiuam potèntiā, & non multas, & omnia illa obiecta conuenire in vnā primam rationem æqualem ipsi visiuæ potèntiæ, videlicet, colorem.

Et similis ratio est de imaginatione, & sensu communi, & intellectu, & ceteris potèntijs à posteriori. Nam qui potest imaginari circa vnā rem apprehensam, potest circa aliam quamcunq; imaginabilem: & qui potest ratiocinari circa vnā rem, potest etiam circa aliam quamcunq;. Vnde obiectum Intellectus dicimus esse omne

Idē ostēditur in obiectis potèntiarum.

ens, & imaginatio imaginabile, seu corporeum: & ita in omnibus alijs potèntijs contingit.

1. cōclu. His suppositis, sit prima conclusio. Potèntiæ animæ distinguuntur, & definiuntur per actus & obiecta, à priori in genere causæ finalis. In hac nulla est controuersia, ut dictum est.

2. cōclu. Secunda conclusio. Potèntiæ intrinsecè, & essentialiter habent ordinem, & habitudinem ad actus, & obiecta. Hæc est, secundum S. Tho. contra alios: Volo dicere, quod accidens non constituitur essentialiter in genere potèntiæ, nisi per habitudinem ad operationem, & ab obiectum.

Nota. Est autem considerandum, duplicè intelligere nos posse habitudinem. Vnam, quæ sit ipsa relatio, & ipse ordo actualis, seu potentialis potèntiæ ad obiectum, atque hic nō est, nec esse potest de essentia potèntiæ, ut quidam putarunt sic interpretantes opinionem D. Thomæ, sed est relatio extra eius essentiam, cuius fundamentum est potèntia, & terminus, obiectum, estque ipsa media inter vtrūq; terminum. Altero modo intelligimus habitudinem essentialē ipsius potèntiæ, id est, primum principium in ipsa potèntia, vnde nascitur illa talis extrinseca habitudo, illa relatio, & ordo: illa, inquam, est ipsa potèntiæ essentialis differentia, per quam & constituitur, & ab alijs differt. Et in hoc sensu est accipienda conclusio.

3. Ratio. Hoc ergo iam probō. Per id constituitur essentialiter aliquid, per quod essentialiter differt ab alio: sed potèntia essentialiter differt ab alijs generibus eiusdem prædicamēti, per talem habitudinem: ergo essentialiter claudit illam. Discursus est notus, sed probatur minor: maior enim est indubitata: nam potèntia, quæ est secundū genus qualitatis, non in alio differt à reliquis generibus, nisi quod est principium immediatum operandi.

Nec profectò quis potest excogitare. 2. Ratio re, quid potèntia sit, quin habitudo ad operandū intelligatur: & Arist. 5. Metaph. cap. 12. potèntiā definiēs actiuā, & passiuā, nō aliter, quàm per operationē obiectū definit. Et hoc est argumentum secundū. Si enim Intellectus non aliter concipit, quid est ipsius potèntiæ, nisi simul percepta ad operationem, & obiectū habitudine: profectò ea ad ipsius spectat essentiam.

3. cōclu. Tertia conclusio. Distinctio obiectorum formalium & primorum per se, est, quæ distinguit potèntias. Vnde quānis multa sint obiecta per se, & per accidens in vna potèntia, non ob id est multiplicanda, sed respicere oportet obiectum formale, & patet, ut in secundo fundamento declaratum est.

4. cōclu. Quarta conclusio. Actus diuersificent potèntias, nō quicunq;, sed qui sunt circa obiecta etiā formalia, & prima diuersa. Atq; hæc duæ notæ sunt ex fundamento, nec in eis est controuersia.

5. cōclu. Quinta conclusio. A posteriori cognoscimus illa omnia, videlicet, an omnes, an aliqui actus, item an vnum, vel multa obiecta, ad vnā vel plures spectent potèntias: & ex consequenti, quæ sit obiectum formale cuiusque potèntiæ colligimus, & quis earum numerus, ac distinctio. Quæ conclusio ex tertio fundamento satis probata relinquatur: superior etenim distinctio sumpta est à priori, sufficiatque in presenti ista resolutio breuis. Vide Anicen. lib. 6. naturalium per cap. 4.

Ad. 2. Superest, ut respondeamus ad argumenta proposita. Ad primū dico primò, q̄ quauis actus sit posterior potèntia in executione, tamen in intentione prior est, est enim causa finalis: similiter & obiectum. Dico secundo, quod nos non dicimus actum & obiectū esse essentiam potèntiæ, nec differentiam, sed quod ab his sumitur differentia potèntiæ: est enim habitudo quædam ad actū & obiectū, nec habitudo, quæ est

accidentalis relatio, sed principium illius habitudinis, quæ rectè ideo vocatur essentialis habitudo.

Ad. 2. Ad secundum ex hoc eadem solutio patet.

Ad. 3. Ad tertium dico, quod distinctio formalis obiectorum ad sensum expositorum, diuersas facit potentias, siue obiecta distinguantur realiter, siue non: talis enim distinctio seu identitas nihil facit ad rem: sed formalis, quæ includit, & realiter distincta, & realiter eadem.

Ad. 4. Ad quartum respondeo, quod actus contrarij non multiplicant potentias, imò vnã esse indicant: nam contraria ad idem genus pertinent, ab eademque potentia visio albi & visio nigri procedit.

Reprehensio I. Nec mihi placet Iandunus, & merito est reprehendendus, qui dicit posse sustineri, esse plures potentias visuas specie, secundum pluralitatem contrariorum obiectorum. Hoc mihi videtur non posse sustineri in Philosophia: oportebat enim eadem ratione multiplicare intellectus, & volutates, & sensus cõmunes: quæ omnia absurda sũt. Vna enim est potentia, quæ contraria percipit, cum sub vna formali, & prima ratione conueniant. Quod si albedo, & nigredo in genere naturæ, vt res quædam, & accidentia sunt, distinguantur formaliter, & specie: in ratione tamen obiecti primi formaliter nõ distinguuntur, nec potentia multiplicant.

Ad. 5. Nota. Ad quintum respondetur ex doctrina S. Tho: esse quædam accidentia ab soluta: quæ in sui natura nullum ordinem ad extrinsecum habent, præter subiectum: & hæc non definiuntur per aliud extra se. Sunt quædam alia, quæ quantum absoluta sunt, aliquem tamè ordinem includit ad extrinsecum: cuius generis sunt potentia, actus, & habitus, & scientia: & hæc absque extrinsecò definirì, distinguì non possunt: nõ quod illi respectus, aut res extrinsecæ

de earum sint essetia, sed (vt diximus) principium essentialis illorum respectuum, quod quidem eodem vocatur nomine: Nec ob id sunt relatiua: non enim sunt illi respectus, nisi fortè vocares illud relationis principium, relatiuum essentialis, quia talis habitudinis sit principium. Neq; enim placet alia solutio, quæ dari solet, potentiam esse quid compositum ex absoluto & respectiuo.

Ad. 6. Per hæc patet solutio ad argumentum. Alia enim ratio est de albedine, & nigredine, quæ priori modo se habent: alia de potentijs, & habitibus.

Ad sextum ex secundo, & tertio fundamento patet responsio: nam à posteriori cognoscimus, quod sit obiectum formale, cuius sit potetia, & quatenus se extendat illa potentia, & an vna, vel plures sint modo illic dicto. A priori autem, causa est ipsa talis natura obiecti, & potentia, & ipsa anima essentialis, quæ has, vel illas requirit potentias ad sui, vel vtilitatem, vel necessitatem, quæ circa hæc vel illa agat obiecta. Ex quibus argumenta soluta manent. Non nego oppositam sententiam esse probabilem, imò ab hac opinione D. Thomæ sic intellecta, vt exposuimus, non multum differre.

An Potentiæ animæ realiter inter se, et ab anima distinguantur. Quest. IX.

Res difficultates concurrunt ab in præsentia: quas vnica disputatione discutremus, eò, quod inter se multum conexæ sunt. Prima est de subiecto proximo & immediato potetiarum animæ, an in anima, an in coniucto sint immediatè? Altera est, an ab eo, in quo sunt, distinguantur realiter, sicut albedo, & dulcedo in lacte? Tertia est, cum hæc potetia ab anima sint, in quo genere causæ se habeat anima respectu ipsarum.

Aduerte autem, quod vocamus potetiam, quid.

Ad. 6.

Triã in hac questione tractanda de subiecto potetiarum, de distinctione earum & causa.

Potetia quid.

tentiam, vim & facultatè, quæ est proximum & immediatum principium operandi siue agendi: siue patendi.

1. Argu. Sunt autem argumenta, quibus probari videtur, potentias animæ nõ esse accidentia distincta, sed potius ipsammet animam, hæc primum: Simplicior est, & nobilior forma substantialis, quàm accidentalis: at accidentalis per se ipsam operatur absque vlla superaddita potentia: ergo etiam substantialis, erit igitur anima ipsa potentia. Maior nota est: quia substantialis forma non intenditur, sicut accidentalis. Præterea, substantia est ergo est simplicior, & nobilior. Minor patet: nam calor & reliquæ qualitates per se operantur, nõ autem per potentias superadditas.

2. Argu. Probatur secundò. Forma nobilior est, quàm materia: sed potentia materia realiter est idem cum ipsa materia, quæ per se immediatè operatur, recipitque formam: ergo & forma per se ipsam operatur: & sic est ipsa potetia.

3. Argu. Præterea tertio. Potentia est primum principium operandi: at anima, vt ex definitione posteriori patet, est principium primum & per se operandi: ergo ipsa est sua potentia, aliter enim per aliud operaretur, & non secundum se.

4. Argu. Præterea quarto. Potentia recipit contraria, puta, actus, & habitus contrarios: sed hoc proprium est substantiæ: ergo potentia substantia est, non alia quàm anima vel subiectum ipsum compositum.

5. Argu. Præterea quinto. Animæ tribuendum est, quod perfectius est in viuente: sed perfectius est, quod per se ipsam operetur, quàm per aliud superadditum accidens: ergo est immediatè suarum operationum principium & sic ipsa est sua potentia.

6. Argu. Præterea sexto. Non est maior distinctio ponenda, in potentijs, quàm in obiectis, cum per obiecta distinguantur: sed obiecta aliquando sunt idem realiter: vt patet de Verò, quod est In

tellectus, & de Bono, quod est Voluntas obiectum, quæ realiter sunt idem: ergo & ipsa Voluntas, & Intellectus idem sunt inter se similiter cum anima: quia qualiter inter se, ita à subiecto distinguuntur.

7. Argu. Præterea septimo. Proprium, est in eo, cui proprium est: sed potetia, sunt animæ propriæ passiones: ergo videtur esse immediatè in anima, & non in coniucto. Hæc sunt præcipua argumenta, quæ difficultatem pariant.

Est autem diligenter aduertendum, quinque esse opiniones in hac re. Prima est quorundam, quia asserunt duo. Alterum est, omnes potentias animæ esse immediatè in anima, vt in subiecto. Vnde iuxta horum sententiam tã Intellectus, quàm omnes alia sensitiua potetia vegetatiua, & motiua, sunt in nuda anima. Hoc tenet Iadu. quæst. 7. & 10. & Apollin. quæst. 7.

Alterum est, quod sint realiter distinctæ, & inter se, & cum subiecto: sicut albedo, & dulcedo, & odor in lacte: & hoc tenent præfati Doctores, Iandunus autem quæst. 9.

Secunda opinio est Pauli Veneti, in summa, cap. 4. qui conuenit cum prædictis in eo, quod potetia distinguantur realiter, tamen differt in subiecto. Dicit enim, quod potetia communes, quales illæ quinque, scilicet vegetatiua, sensitiua, appetitiua, loco motiua, & intellectiua, quæ dicuntur communes, quia genere differunt, sunt immediatè in anima ipsa: at particulares, id est quinque sensus exteriores, & interiores, sunt immediatè in particula materiæ, & corporis: puta, visus in oculo, gustus in lingua: & sic de alijs.

Tertia sententia est aliorum, qui non ponunt potentias distinguì ab anima, sed ipsammet esse potentiam dicunt, & immediatè intelligere, appetere, videre, nutrire, & reliqua; vnãque anima propter varias operationes varia sortitur nomina; ipsa enim est sensus, & Intel-

lectus, & de Bono, quod est Voluntas obiectum, quæ realiter sunt idem: ergo & ipsa Voluntas, & Intellectus idem sunt inter se similiter cum anima: quia qualiter inter se, ita à subiecto distinguuntur.

Præterea septimo. Proprium, est in eo, cui proprium est: sed potetia, sunt animæ propriæ passiones: ergo videtur esse immediatè in anima, & non in coniucto. Hæc sunt præcipua argumenta, quæ difficultatem pariant.

Est autem diligenter aduertendum, quinque esse opiniones in hac re. Prima est quorundam, quia asserunt duo. Alterum est, omnes potentias animæ esse immediatè in anima, vt in subiecto. Vnde iuxta horum sententiam tã Intellectus, quàm omnes alia sensitiua potetia vegetatiua, & motiua, sunt in nuda anima. Hoc tenet Iadu. quæst. 7. & 10. & Apollin. quæst. 7.

Alterum est, quod sint realiter distinctæ, & inter se, & cum subiecto: sicut albedo, & dulcedo, & odor in lacte: & hoc tenent præfati Doctores, Iandunus autem quæst. 9.

7. Argu. q. potetia sunt in anima, & nõ in toto corpore.

2. opi. q. oes potetie sunt in anima, vt in subiecto, & sint realiter distinctæ inter se, & à subiecto.

2. opi. d. distinguunt oes realiter: esse tamè cõnes potetias in anima, particulares in toto corpore, vt in subiecto.

3. opi. q. nõ distinguuntur ab anima nec inter se realiter.

sed solū ratione. Intellectus, & voluntas, & reliqua. Hoc tenet Gregor. 2. sen. d. 16. q. 3. & Marfil. 1. sent. quæst. 7. art. 7. & est ferè Nominalium.

4. Opin. distingui tantum inter se, & ab anima, & à subiecto formaliter, esse autè solū intellectū, & voluntatem in anima, reliquas in toto composito. 5. Opin. distingui ones realiter à subiecto & inter se, sed intellectū & voluntatem esse immediate in anima, aliās in toto composito. In quibus opinionibus conveniunt, & in quibus differant. 1. Cōcl. Potētia distinguitur

Metaphisico. tex. 26. cum igitur operatio, quæ est actus, sit accidens potentia etiam erit accidens, & sic non erit ipsa anima, vel subiectum.

Hæc ratio primò (vt videtur) non concludit quicquam. Nam si aliquid necessariò concluderet, oportebat dicere, quòd potentia sit in genere actionis, vel passionis, vbi est operatio: quod tamen falsum est, cum potentia sit in qualitate: non ergo sunt in eodem genere. Diuersa enim prædicamēta nullo modo ad idem pertinent genus, cū sint primò diuersa.

Præterea, vt mihi videtur, quòd alius est sensus, quem Aristoteles intendit, in 12. Metaphisicis. Pro quo nota quòd aliud est dicere, potentia, aliud quòd est in potentia, aliud actum, aliud quòd est actu. Potentia quidem est vis, & facultas subiecti: actus est forma: & hoc modo potentia, & actus non sunt eiusdem prædicamenti, quāuis potentia sit in vnoquoque prædicamento, sed talis potentia non consistit in illo, vt species, sed vt principium: nam in alio prædicamento est, vt (v.g.) potentia ad quantitatem: est principium quantitatis, & sic dicitur, quòd potētia reperitur in genere, quātitatis: sed non dicitur, quòd ipsa sit quantitas: potest enim esse substantia & hoc est, quòd dicitur 9. Metaph.

Si verò dicatur, quòd potentia, tūc significat ipsum compositum, ita, vt nō sint diuersæ res, sed idem quòd est actus, fuit prius in potentia: & hoc modo quòd est potentia, & actu, idem sunt, & in eodem prædicamento, & hoc, vt arbitror, dicitur illo loco 12. Metaph. & vt apparet, posset colligi ex ipsis verbis, inquit enim: Homo, caro vinum, quæ fuerunt potentia, sunt modò eadem actu. Vide quomodo si ita est, ex illis locis Aristot. non necessariò colligeretur, circa potentiam, & facultatem operandi, quòd sit accidens, vel substantia cum actu. Et sic argumen-

tur realiter inter se ab anima, seu subiecto. Quædam rationes probabiles, quæ tamē nō omnino concludere videntur.

1. Ratio. Soluit hæc ratio. 1. Neta summo corum Arist.

tū non necessario probaret, quāuis, si in sensu D. Tho. qui satis est probabilis accipiatur, necessario probaret.

2. Ratio. Alterum probabile argumentum facit S. Tho. ibidem. Si anima per se ipsam operatur: ergo semper operatur: consequens est falsum, vt notū est: ergo & antecedens. Sequela patet: nā anima semper dat esse, dū est in corpore, quia per se ipsam dat esse semper ergo operabitur si per se ipsam dat operari: non ergo per se, sed potentiam superaddi tam operatur.

Soluit. Hoc etiam solui potest. Si enim in eodem genere causa, vtrumque faceret, vtiq; probaret, sed non ita fit respectu enim ipsius Esse, est causa formalis: ob id ipsa dum est materialis, semper dat esse: at quia respectu operationis est causa efficiens, non semper dat operationem: quia causa efficiens non semper, dum est, operatur: pendet enim à materia. Similiter aīa ab obiecto, quod multis modis impeditur ob id non semper operatur: sicut calor subiecto dat semper esse calidū: quia respectu esse, causa formalis est, sed non semper dat calefacere.

1. Præterea probarem ergo illo argumento adhuc, quòd saltem ipsa potentia semper operaretur, cum per se ipsam suamq; substantiā operetur: quòd tamen est falsum.

3. Aegidius loco allegato facit hoc argumentum. Accidens variabile, non potest in esse immediate substantia inuariabilis, nisi per aliquod medium inuariabile: sed operatio est variabilis, modo enim est, modo non est: anima est inuariabilis: ergo operatio inerrantia per accidens aliis permanentibus scilicet per potentiam.

Soluit. Hoc argumentum non probat: non enim probat maiorem. Vnde, quia facilitate affirmatur, eadem rejicitur. Imò ex ipsa sequitur, quòd adhuc oportebat fingere aliud accidens medium, per quòd operatio in esse po-

tenia: quæ etiam inuariabilis est. Alij faciunt argumentum. Ita se habet principium essendi ad esse, sicut principium operandi ad operandum: ergo ita se habet principia essendi & operandi inter se, sicut operari & esse inter se: sed esse & operari realiter distinguuntur: ergo & principia essendi quòd est forma, & principia operandi, quæ est potentia, realiter distinguuntur.

Argumentum hoc fallax est: nam in actibus non subordinatis inuicem valet argumentum, V.g. esse album, & dulce distinguuntur: ergo & albedo, & dulcedo: in subordinatis verò, quoru vnus est ex alio, non valet: V.g. non valet, esse album, & esse digregatiuum visus, sunt diuersa: ergo principium vniū, & alterius. Similiter non valet, calefacere, & liquefacere sunt diuersa: ergo & principia. Vnū enim est vtriusque principium, quia illi ordinati & consequentes sunt. Tra de esse & operari, sunt enim ordinati: post esse, est operari, & ab vtroque est: huiusmodi igitur argumenta parum concludūt quicquid velint aliqui.

Alij ergo iam argumentis probabilioribus probò conclusionem eandē scilicet potētia realiter distinguuntur inter se, & à subiecto. Sit quæ præmissa ab authoritate Aristotelis: arbitror enim certissimè quòd Aristoteles huius fuit sententia: nā ratio, tex. 90. & sequentibus vna animam secundum substantiam in vno ponit: potentias autem multiplicat.

Præterea, secundo de anima, cap. 3. de potētijs dubitat, an sint inuicem separabiles, an diuersa sint subiecto. Sed determinat. Quæ omnia supponit esse potentias diuersas realiter, & inter se, & ab aīa. Præterea 3. de aīa, c. 4. sententiam valde ab intellectu differre docet, ac intellectū immittit & nō organici vocat. Præterea, in Ethicis, varijs potētijs varios habitus applicat quæ, oīa indicat diuersas virtutes & potētijs realiter

4. Ratio.

Soluit. 4. Ratio.

Rōnes alic quæ videtur potētijs & magis necessarie 1. Auctoritate A

1. 2. 3. 4. Probe

2. Ratio. Probatur secundò, ratione. Ab vno, vt vnũ est, non possunt immediatè plura procedere: at ab aia vna, & simplici procedunt multe operationes genere diuersæ: ergo aliqua pluralitas in ea est cõstitutenda realis, & hæc erit potentiarum: varijs enim facultatibus & viribus vnum plura operari potest.

obicctio Nec obstat Scoti instãtia: dicit enim ipse, argumentum esse nullum: quia quomodo potètia ipse plures fuerunt ab anima immediatè, ita poterunt esse operationes?

Solutio. Hoc tamen non est simile: nam anima non est causa efficiens suarum potentiarum, sed subiectiua: at operatio num est causa efficiens: ideo non repugnat plura immediatè subiectari in vno. At produci diuersa ab vno immediatè, hoc non fit nisi secundum varias virtutes, quod si ex nulla varietate actionum licet virtutum multitudinè colligere, & distinctionè, profectò nullũ esset argumentum ad probandũ in igne esse siccitatè distinctam à calore: posset enim quis dicere, quod calor idem exsiccet, & calefacit.

3. Ratio. Probatur tertio. In elementis, quæ maximè actiua corpora sunt, ponitur virtutes distinctæ ad operandũ, calor & siccitas in igne, aliæq; virtutes in alijs: ergo pari ratione in anima ad suas operationes, ponendæ sunt virtutes distinctæ ab ipsa, licet non percipiuntur sensu.

4. Ratio. Præterea quarto. Quia multa ensciamus de potentijs, quæ saluari non possunt, nisi facta distinctione reali inter se, & subiecto earũ. Dicimus enim in vno animã esse vnã, potentias multas, plura esse genera animarum, q; potentiarũ, Intellectum esse nobiliore potentia alijs, non esse potentia organica, sensus exteriores esse quinq; distincti subiecto, & alia multa quæ nõ possunt dici, nisi esset distinctio realis.

5. Ratio. Præterea. Potentia est accidens & ab solutum accidens, anima verò substan-

tia, non ergo idem re esse videntur.

Præterea sextò. De quibusdã potentijs omnino negari nõ potest, quin realiter differant, nõ potest vna separari ab altera, & esse sine altera, & contra, vt visus sine auditu, & auditus sine visu, & ita in multis alijs, in quibus omnibus necesse est confiteri illa differre realiter. Non est enim alia certior regula ad distinctionè reale cognoscendam quàm: quod vnum possit manere sine altero, & cõtra, alterũ sine altero.

Septima ratio & postrema, substantia non est per se immediatè operatiua, vt videmus experientia. Nam ignis non agit, nisi per calorem, & siccitatem: & aqua per frigiditatè: & si his instrumentis accidentiũ carerent, nec ignis calefaceret, nec aqua frigeret. Ergo cum anima sit substantia, nõ poterit agere immediatè, sed per ali- quod instrumentũ accidentale, quod vocamus potentiam.

Sit secunda Conclusio. Potètia sensitivæ, & vegetatiuæ, & appetitiuæ in coniuncto sunt: Intellectus verò & Voluntas in sola aia immediatè inheret.

Hæc Conclusio, quantum ad posteriorem partem de Intellectu & Voluntate, nulli dubia est: in priori autem parte est tota controuersia. Nos enim non in sola materia, nec in sola anima ponimus immediatè illas potentias, sed in coniuncto, vt visus in oculo, est cõposito ex anima, & parte corporis, appetitus in corde: sensus interiores in cerebro: de quibus omnibus posterius dicemus.

Probatur conclusio. Primò auctoritate Arist. Est autem testimoniũ expressum & notandũ lib. de somno, & vig. ca. 1. vbi dicit, quod sentire nõ est corporis, nec animæ, sed coniuncti. Et probot: quia cuius est potentia, ipsius est actus, sed est potentia coniuncti: ergo & actus. Quid clarius dici potest? Quod si sensus est cõiuncti, multò magis aliq; dictæ, quæ materialiores sunt.

Præte

Præterea, 1. de anima tex. 66. dicit, cogitare, amare, odisse, & reliqua esse totius coniuncti: atq; ideo non manet in anima separata.

2. Ratio. Probatur secundò ratione. Potentia visiva est in anima: ergo visio esset in anima: quia vbi est potentia, ibi est actus, cum immanens est. Et hoc etiam, qui contrariæ sunt opinionis, cõcedunt: sed ex hoc infero, quod anima bruti esset immortalis, quid probob argumento ad hominem. Nã anima intellectiua, ideo immortalis ponitur, quia in se habet potentiam, & in se operatur & intelligit.

Si dicas, quod visio pendet ab oculo? Non obstat: nam etiã Intellectus pendet ab imaginatiua: sed quia non pendet vt ab organo & subiecto, nõ ob id mortalis est.

1. Nec video profectò, quomodo visio & visus dicerentur organica, si non essent in coniuncto.

3. Nec verò vlla dependentia videretur maior in visione, quàm in intellectu: quod autem dicitur de visione, dici oporteret de alijs. Cũ igitur animæ sensitivæ, & vegetatiuæ inseparabiles sint, profectò nec potètia, nec operationes in ipsa sunt, sed in coniuncto.

3. Ratio. Probatur tertio. Si visio in sola est anima: peto de specie visibili, per quã fit visio: vel recipitur in corpore, vel in sola anima. Non in corpore, quia ibi est species, vbi est potentia visiva, cum species sua receptione visionè faciatur. Si ergo in anima sola, ergo species visibilis est indiuisibilis, & immaterialis, sicut & anima: nõ ergo representat singulare quantũ: imò nec potest produci in ipsa anima, nisi ponatur sensus agens, sicut ponitur Intellectus agens: quia species debet esse immaterialis.

4. Ratio. Præterea quarto. Si in anima est potentia visiva, peto de anima bruti: illa potètia vel est in particula illa animæ quæ correspondet oculo, vel est in tota

anima, quæ est in toto corpore, cum diuisibilis sit. Et quanuis Apollini vtrũq; concedat probabiliter, neutrũ potest esse. Non quidè in parte: quia anima omnes partes habet eiusdè rationis secundũ se: nõ ergo in vna parte habet potentia, in altera non. Nõ enim dici potest, q; potentia talis fiat à materia oculi: quia anima secundum Ipsos sola habet talem potentiam, nec recipit à materia talem potentiam in vilo genere causæ.

Si dicat, esse in toto? profectò vanũ est, dicere, visum esse in pede: non enim potentia est, nisi vbi est organum conueniens operationi ipsius.

Tertia sit conclusio. Quæ mihi est probabilis, potentiam motiuam esse in sola anima. Aduerte igitur, quod anima mouet corpus totum animalis, sed non omnes partes eodem modo, sed immediatè neruos, & per neruos alias partes. Dico ergo, quod anima habet potentiam, in se, quæ mouet neruum, & per hunc, vt instrumentum, mouet partè. Nec mihi videtur esse alia potentia distincta in neruo, per quam mouet: sed mouet, vt instrumentum motum ab anima.

Hoc mihi persuadeo, primò, ppter animã rationalem, quæ non posset separata moueri per se, nisi in se habuisset virtutem mouendi: nã si in neruo esset vtique destrueretur, sicut & sensus.

Præterea secundò: quia cum anima sit, quæ primò moueat neruum, & non totus se totum, animæ erit potentia: quia illius est potentia, quod primò operatur & immediatè. Et puto esse hoc validũ argumentũ, si intelligatur.

Quarta conclusio. Anima seu coniunctũ, non solum est causa materialis & subiectiua suarum potentiarũ, sed etiã quasi efficiens, & quasi formalis. Est contra Iandũ. q. 9. qui solam materialem causam ponit animam.

Explico. Anima non est causa efficiens potètiarum, quasi per actionem

3. Cõcl. Potètia motiuã esse in anima immedia- tẽ, est p- babile. Explicatur con- clus.

1. Ratio.

2. Ratio.

4. Cõcl. Anima seu cõpo- sitũ non solũ est cã subie- ctive & materia

L. aliquã

his potētiarum, sed etiā quāsi efficiens & formalis. Explicatur conclusio, & pariter probat.

aliquam eas producat: sed est sicut subiectum respectu propriæ passionis: habet enim hoc, quod agens producat subiectum, determinatur quodāmodo ut secundum subiectum tales producat passiones, ac idcirco passiones & dicuntur fluere à subiecto: est enim quædā necessaria dependentia, & ordo. Ita ergo potētia se habent ad animam, vel ad coniunctum, id eoque merito dicitur anima, & coniunctum, non solum causa materialis, & receptiua, sed quodāmodo efficiens vel formalis. Super est ad argumenta respondere.

Ad 1. Ad primum, neganda est consequentia. Non enim accidit nobilius est substantia, quamuis operetur immediate, & proximè, quia operatur, ut instrumentū, & ut virtus formæ substantiæ. Nec hoc derogat, nec aufert simplicitatem formæ substantiæ, quod per aliud operetur: quia non componitur ex eo: forma autē cum immediate det esse substantiale per se, non per se ordinatur ad operandum, nisi per virtutē superadditam, quæ cum non det esse per se, sed accidentale, immediate se habet ad operandum.

Ad 2. Ad secundū respondeo, quod potētia materiæ est immediate ordinata ad substantiā, idcirco idem est realiter cū substantia, scilicet materia, & est potētia receptiua ad recipiendū: at potētia animæ sunt ad operandū: id eodē dētia sunt & distincta. Non enim substantia est immediate operatiua.

Ad 3. Ad tertium dico, quod anima nō dicitur principium primū, quāsi sit proximum operans, sed primū, id est principale, & primū mouens instrumentū & non dependens ab alio. Sicut natura dicitur principium motus, nō quod immediate moueat: hoc enim est grauitatis, vel leuitatis, vel alterius virtutis: sed quia in re illa nō sit aliud prius à quo motus pendeat.

Ad 4. Ad quartum respondeo, quod immediate recipere contraria, non est substantiam,

Nam superficies, quæ immediate recipit albedinem & nigredinē & reliqua contraria, non est substantia, sed accidens: substantia autem est subiectum primū: & ut quod Dico ergo, quod potētia recipit contraria, non primò, sed immediate, sicut superficies in corpore, atque id eodē accidens est.

Imò ex hoc sumitur argumentum, contra aduersarios ipsos. Nam sicut substantia cōposita non recipit contraria sensibilia immediate, nisi per accidens medium, scilicet superficiem, & quantitatem: ita nec anima, vel coniunctū nisi per potētias, quæ sunt velut superficies in corpore.

Ad quintum, quod non est nobilius seipso operari, sed primò & independentē operari: & hoc cōpetit animæ.

Quod si dicas, melius esse, quod sit aliquid simul primū principium & proximum operationis? respondeo, verū esse, tamen id non potest inesse animæ propter datas rationes: nec omnino, quod melius est, dare oportet animæ, nisi id sit illi possibile.

Ad sextum dico, quod non est querenda in obiecto tanta distinctio, quanta est in potētis. Distinctio enim formalis obiectorum diuersificat realiter potētias, sicut & habitus. Plures enim animæ, & habitus sunt circa rem vnā, secundum plures rationes. Et confirmatur sic: quia obiecta sunt causa finalis potētiarum: non est autem tanta distinctio in causa, quanta in effectu, ut diximus superius.

Ad septimum dico, quod anima respectu quarundam potētiarum, est subiectum immediatum: respectu aliarum, mediatam, putā, cum coniuncto: omnes tamen dicuntur ipsius passiones, quia vel in ea sunt, vel, per eam, coniuncto insunt.

Secundò aduertendum est, aliud esse aptitudinem rei ad aliquid agendum, vel patiendum, aliud verò potētiam,

Retorqueretur argu. in aduersarios.

Ad 5.

Obiect. eiusq; solutio. N O T A

Ad 6.

Ad 7.

tiam, seu potestatem id agendi. In anima ergo ipsa, etiam separata, vel a mixtis organis corporis. v.g. visus, vel auditus, est quidem aptitudo naturalis ad sentiendum, & videndum & audiendum: sed hæc aptitudines naturales, sunt propriæ passiones animæ, vel etiam totius, ut aptitudo ad ridendum, totum enim est aptū, ut quod: anima ut quod. At verò potētia sentiendi cum organis simul pereunt, cum corrumpuntur organa, vel desunt: & hæc potētia id eodē sunt in toto composito, nec sunt propriæ passiones, sed qualitates quædam corruptibiles.

An Potētia vegetatiue inter se realiter distinguantur? Quest. X.

EX his, quæ in expositione capitis dicta sunt, tres potētias in parte vegetatiua constituisse Arist. patet Dubiū autē est, an omnes tres realiter inter se distinguantur vel potius sit vna varias sortita operatiōes? Et videtur, quod sit vna primò. Potētia multiplicantur ratione obiectōrū: sed omnium illarum trium vnum est obiectum, putā, alimentum, ut ex textu patet: ergo vna potētia sunt.

1. Arg. quod sit vna tantum potētia, & non tres realiter distinctæ.

2. Argu.

3. Argu.

In hac ergo re sunt duæ sententiæ. Prima est Philippi, supra tex. 47. qui augmentatiua, & nutritiua eandem dici esse potētiam.

Alterā est Alberti, tract. 2. cap. 6. & 9. & Landun. q. 13. Aegid. quodlib. 3. q. 12. Caiet. tex. 50. & aliorum, qui tres potētias multiplicat, distinctasq; realiter faciunt.

Sit ergo primum fundamentum. Viuens tres sortitur operationes.

Prima est nutritio. Hac enim reparat, quod deperdit ex sua substantia. Calor enim naturalis consumens humidum semper & continuè, corrumpit viuētis partes, quæ reparantur per conuersionem alimenti in propriam viuētis, substantiam, quæ dicitur nutritio.

Præterea Viuens in principio non potuit habere suam sufficientem quantitatem, quā perfectè exerceat suas operatiōes: quia materia, ex qua factum Viuens, fuit pauca, quia sumpta ex altero viuente, & ideo in parua nascitur quantitate: ob id est alia operatio, qua Viuens ex nutrimento externo producit ad suum debitū terminum: & talis dicitur augmentatio.

Quia autē Viuens corruptibile est ex nutrimento suo facit aliud sibi simile, & talis operatio Generatio dicitur.

Ad has autem operationes, cum nō immediate ab anima procedunt, ponuntur virtutes quædam, & potētia subiecto quidē separata. Nutritiua enim & augmentatiua sunt in toto corpore sparset: quia per totum fit augmentatio & nutritio: at vis generatiua est in corporis determinata parte.

Hoc igitur fundamentum præiacto, sit prima Conclusio. Virtus generatiua, quæ in generāte est, differt ratione, & realiter à nutritiua, & augmentatiua.

In primis, quod ratione differat, nulli dubium est, quia habet aliam definitionem & versatur circa obiectum alia ratione, quàm alia, ut dictum est.

1. Opin.

2. Opin.

1. Fund.

Viuens habet tres operatiōes, atque ideo etiā tres potētias.

1.

2.

3.

1. Cōcl.

Generatiua differt realiter à nutritiua.

1. Ratio Quod autem ab alijs realiter differat, probatur. Differt enim a subiecto: nam nutritiua, & augmentatiua per totum sunt corpus: at generatiua, in parte residet determinata, vt diximus.

Præterea, effectus diffimilem habet.

2. Ratio. Generatiua enim semen facit, non autem alia.

3. Cōcl. Secunda Conclusio. Calor naturalis est eiusdem speciei cum calore elementi. Hęc est contra aliquos: sed mihi videtur probabilior, quod in animali solū fit calor elemētarius, qui motus speciei est anima multos fortitur effectus.

Hęc conclusio ratione hac probatur. Calor productus a Sole, & ab igne sunt eiusdem speciei: ergo & calor naturalis, qui complexionalis dicitur.

1. Ratio. N. Hic enim est eiusdem rationis cum calore cōlesti. Antecedens probatur: nam calor Solis est proxima dispositio ignis, vt patet. Radij enim Solis reflexi ex speculo concauo generant ignē, ergo reuera est eiusdem speciei vterque calor.

Occurrit obiectioni. Quod si Solis calor viuificus est, id fit, quia a Sole, vt causa principali, prouenit. Instrumenta autē multum sequuntur naturam causæ principalis: sicut in arte calamus, & quoduis aliud instrumentum, sequitur formam artificis, quā habet in mente.

Albertus lib. 20. de animalibus, tracta. 2. ca. 4. notat egregie, qualiter qualitates elemētares, vt instrumenta sunt animæ, variē operantur.

Ponit autem quinque differentias.

Prima est in modo. Vg. calor, vt ab igne est, vrit, dissoluit partes, consumēdo humidum per vitionem, trahit ad sui naturam.

At, vt ab anima est calor, temperat humidū si igido, & sicco: non dissoluit, sed conmiscet, & continet partes, conseruat in propria specie viuētis.

Secundō, calor differt in forma: nam in igne mouetur a forma ignis, quæ sibi assimilare rem appetit: at in anima

li mouetur ab anima, ob id non facit ignem ille calor.

Tertio differt in acumine actionis. Calor ignis actiuus multum, non penetrat omnem dimensionem, sed sursum trahit partes: at calor secundum omnem dimensionem in Viuente operatur, & partes dilatat.

Quarto in multiplicitate. Nam calor ignis solū per se calefacit, reliqua per accidens facit: at calor Viuētis per se calefacit, digerit, adunat, assimilat, animat, organizat.

Quinto in fine actionis. Calor ignis reducit corpus ad cineres: at animalis calor inducit animā, & conseruat: hoc etiam fit in alijs qualitibus, vt explicat Albertus.

Tertia Conclusio. Nutritiua, & augmentatiua non sunt realiter duæ potentie diuersæ, sed ratione sola, & de finitione. Hęc cōclusio est cōtra Aegid. & Iandun. Caiet. & alios. Sed profecto est argumentum satis validum. Probatur cōclusio. Potentia quæ actū vnum re habent, sunt eadē re: sed nutritiua, & augmentatiua, idē est actus & operatio re: ergo sunt idē re. Consequētia est certa: sed minor probatur.

Cum nutrimentū conuertitur in nutrimentum, eodem actū reali, & eadē operatione fit mutatio substantiæ in substantiā, & quantitatis in quantitatem nutritiua: sicut cum ignis stuppam iniecit a conuertit, eadem actione mutat substantiam & quantitatem stuppæ: ergo vna est actio vtriusque.

Aduerte tamen, quod Caiet. & Aegid. atque alij probabiliter nolūt augmentationem esse illam conuersionem cibi in nutrimentum seu augmentum illud quantitatis, tunc pariter factum: sed facta illa conuersione, & vnione postea fit quædam extensio, dilatatio, & rarefactio partium, quæ dicitur augmentatio.

Sed probabilius videtur contrarium. Primō, quia pono, quod si conuersione

3. Cōcl. probabilis. Nutritiua & augmentatiua nō differunt realiter.

2. Ratio.

Obiectio de essentia augmentationis.

Confutatio.

no maioris cibi, quā sit deperdi, um ex viuente: tunc in eodem instanti, in quo facta est illa conuersione, viuens maior est, quā ante: ergo est actum: nō ergo opus est expectare illā dilatationem, seu rarefactionem.

2. Præterea: quia in illa dilatatione nō acquiritur noua quātitas, sicut nec in rarefactione: ergo illa non est augmentatio, sed quid consequens.

3. Præterea: quia sic non esset alimentum obiectū augmentationis, quia facta conuersione, non est alimentum: quomodo ergo dicit Arist. quod circa alimentum, vt quantum est, veritatur augmentatiua, circa idē, vt substantia nutritiua? Probabilior ergo hęc est sententia.

Quarta conclusio fit. Quod licet non differant realiter istæ duæ virtutes, specie tamen, & ratione differunt. Consistit autē differentia in quatuor, vt docet Albert. tractat. 1. cap. 6. Primō augmentatiua respicit alimentum, vt quātum: nutritiua, vt substantiam. Secundō, augmentatio magis fit secundum longitudinem viuēntium, nutritio æqualiter secundum omnem latitudinem. Tertio, nutritiua non indiget tanto calore, quanto augmentatiua, ob maiorem cibi conuersionem. Quarto, augmentatio non semper est, defectu caloris, vt viuens dum viuūt, nutritur.

Ad 1. Ex his omnibus argumenta soluere facile est. Ad primum dico, quod alimentum vnum, varijs tamen rationibus varijs deseruit potētij, & sufficit hoc ad diuersificandas specie potentias.

Ad 2. Ad secundum dico, quod augmentatiua, & nutritiua, non differunt penes maius & minus in obiecto, sed penes quantum, & non quantum: vna enim substantiam, altera quantitatem respicit.

Ad 3. Ad tertium patet responsio, differunt enim: quia nutritiua partes solū adgenerat, altera verō generat totū: & ita illa non potest per se producere

aliquid indiuiduum: hæc potest, & totum corpus organizare varijs organis. Magna etiam diuersa viuuntur, scilicet cibo, vel semine, & altera esse potest sine altera. Hoc enim cum alijs, quæ diximus, sufficit, facere differentiam specificam & realem.

An generare simile sibi sit naturalius, et perfectius opus viuēntis inter omnia opera vegetatiua. Quest. XI.

Q. V. A. E. in hacre difficultatem faciunt, sunt hæc argumenta. Primō. Quod est in nocumentum viuēntis, non naturale, sed potius violentum est: at generatio est in nocumentum viuēntis, non ergo est illi naturalissimum opus. Minor patet. Nam animalia per generationē vitam abbreviant. Dicit enim Arist. lib. de longit. vitæ, cap. 3. animalia salacia esse breuioris vitæ, quā casta: nō ergo est opus naturalius: quia vnum quodque, magis sibi, quā alijs, studet consulere.

Præterea secundo. Naturalior est operatio, per quam quodque in se conseruatur magis, quā quæ conseruatur in specie: sed per nutritionem conseruatur viuens in indiuiduo, & in se: ergo illa est nobilissima operatio.

Præterea tertio. Perfectior videtur operatio, quæ omnibus inest, quā quæ paucis: sed nutritio omnibus inest viuēntibus, non autem generatio: ergo illa est perfectior, inest etiā semper.

Præterea quarto. Generatio inest etiam inanimatis, vt elementis: ergo non est propria viuēntibus, nutritio verō & augmentatio sunt propria: ergo magis illis naturalia.

Præterea quinto. Intelligere est opus omnium perfectissimum: ergo magis naturale.

Pro declaratione huius dubij, sit primum fundamentum. Generatio viuēntis differt a non viuēntis generatione

1. Ratio. ad partē negatiua.

1. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio.

1. Fund.

In quo differat generatio

tio viuē- tis non viuētc. tione in quatuor. primò in principio: siquidem non viuens secundum quam libet sui partem generat, vt patet de igne. Viuens non ita, sed secundum aliquam partem sui corporis.

Secundò, viuens ex se sumit materiam, quam ministrat, vt constat ex ramis arborum, & plantarum, cum generant fructus, & eorum semen: At non viuens, non ita, sed in exteriorem producit materiam, nil ex se accipiens, vt constat etiam de igne.

Tertio, non solum dat materiam generationis, scilicet materiam augmenti vt patet in eisdem fructibus, & oetu, in vterre materno, vbi augetur per aliquod tempus, & nutritur: ob id. 5. Metaph. cap. 4. definiens masculi quid sit, quod proprie inest viuētibz, dicit, masculi illa, quae ab alio augmentum sumunt, per actum, & ad nascitiam.

Dubij dissolu- io.

Dices: Quomodo hoc fit in ouipēris animalibus? Respondeo, quod ouis vt docet Arist. 3. Gener. animal. cap. 2. primò constat ex duplici parte, candida & rubea, ex candida fit pullus, rubea est lana, quò nutritur, & augetur, dum est in ovis.

Quarto, viuētia non nascuntur alia familia viuētia producat, sed primò materiam ministrant, ex qua postea familia viuētia fiunt: vt arbor semen, vnde postea arbor altera sibi nascitur. At non viuētia per qualitates statim simile sibi produciunt.

Adde etiam, quod est differentia in voce: nam non viuētia generari eundem dicuntur, ac viuētia sola & nasci & generari. Imò non viuētia produci, vel fieri, sed generari improprie: ac viuētia proprius generari dicuntur, ob causas dictas.

2. Fund. anima - Sicut secundum fundamentum. Animalia tripliciter generantur. Quaedam cetera generantur ex putrefactione generantur, vt anguilla, & alia animalia, quorum meminit Arist. 8. histo. cau. 5. & 16. hoc n. semper ex putrefactione generantur.

Quaedam alia semper ex partu generantur, vt homo, & equus, & alia, quorum meminit Aristot. problema. 1. 1. 1. 64. vbi petit, cur aliqua semper ex partu fiant, aliqua aliquando ex putrefactione? Respondet quia sunt animalia perfecta, quae ad sui productionem indigent multo tempore, & haec non possunt ex putrefactione fieri: quia materia exterior, non potest tanto tempore conservari. Quaedam alia breui fiunt, & sic ex putrefactione aliquando fiunt.

Ex quo nota contra Auicem. qui lib. 15. de animalibus, dixit, etiā homines posse ex putrefactione fieri, què merito irridet Auerr. 2. Metaph. com. 15.

Quaedam sunt alia animalia in tertio gradu, quae modò ex putrefactione modò ex partu fiunt, vt vespa, mures, & alia, quorum meminit Arist. 7. Metaphysicorum cap. 7.

Aduertendum vltimum, quod earum, quae ex putrefactione sunt, quaedam nunquam generant, vt anguilla, & alia, vt docet Arist. 6. hist. cap. 16. Alia generant, sed sibi dissimile in specie, quod docet Aristot. 1. de generat. animal. cap. 1. Vt ranæ ranunculos, & mure alium diuersum generant, vt docet Rhin. lib. 10. cap. 68. Et bombices, ex quibus fit sericum, cum sint vermes, produciunt papilionem, & illi rursus oua pariunt, ex quibus ouis iterum sunt iidem vermes. Quaedam alia sibi simile in specie generant, vt mures & vespa, quae ex putrefactione sunt, iterum vespas sibi in specie similes generant, vt docet Philoponus super text. 34.

Iterum aduerte, quod animalium quaedam sunt viuipara, quaedam ouipara, quaedam vermipara, vt dicitur 1. hist. cap. 5. Illa dicuntur viuipara, quae non emittunt extra se foetum, donec sit animatus & perfecte organizatus. Illa ouipara, quae pariunt oua, ex quibus pulli postea nascuntur.

Nota.

Nota. quibusdam animalibus ex putrefactione genitis.

Nota. Triplex animalium genus.

Illu

Nota 3.

3. Fund.

Animalium, quae ex putrefactione generantur causa efficiens est Solis lumen, & calor.

1. colu.

1. Ab autoritate Arist.

Illam autem vermiparā, quae vermes pariunt informes, postea formandos: hoc enim vermis dicitur hoc loco, quod inuolutum est papillone, seu non papillone habente foramen, vnde ab externo alimētum proueniat, esse enim solet affixum terrae, vel fauo, vel alteri, vnde trahitur alimentum: huiusmodi sunt formicae, apes, vespa, aranea, & alia, quorum meminit Aristot. 5. histo. cap. 22. & sequentibus. Ex omnibus intelligas qualiter vnumquodque ad generandum sibi simili proueniat.

Nec mireris, quare Arist. dixit, animalia ex putrefactione non generare. Loquitur enim vniuersaliter, scilicet non omnia talia generant: aliqua tamen generare, certum est vt ostendimus.

Sit tertium fundamentum. Animalia ex putrefactione generata habent pro causa efficienti lumen, & calorem Solis, qui est locus virtutis animalis, & formatiuae. Vnde, quantum materia remota sit diuersa ab his, quae ex partu producantur, tamen dispositiones, proprietas, sunt eadem: vt enim ignis ex situ ppa, & ex ligno, eiusdem sunt speciei eandemque materiam propinquā habet, scilicet dispositiones, ita & animal ex semine, & idem ex putrefactione, scilicet mus ex semine, & mus ex terra factus.

His suppositis, sit prima conclusio. Animal ex putrefactione, & aliud simile ex partu, vt, v.g. mus ex semine, & mus ex terra, vespa, & alia huiusmodi, sunt eiusdem speciei. Haec est contra Auerr. 8. Phys. com. 46. & contra Iand. 7. Metaph. q. 14. & alios, qui putant differre specie.

Sed probatur manifestè conclusio. Primò ex Aristotele, 7. Metaph. cap. 7. vbi dicit, quod aliqua fiunt ex semine, & eadem sine illo. Peto, de qua identitate loquatur? Non de numerica, quia idem bis generari non potest: nec de generica, quia tunc nihil aliud es-

set dicere, quam quod quaedam ex putrefactione, quaedam aliter fiunt. Arist. autem non sic dicit, sed quod eadem: ergo de identitate specifica loquitur.

Præterea secundò. Ignis ex Sole, p ductus, & ex altero igne, sunt eiusdem speciei, vt notum est: ergo mus, seu animal à Sole ex terra productum, est eiusdem speciei: non enim maior est ratio vnius, quam alterius.

Præterea tertio. Magis distat creatum à generato, quam productum ex putrefactione à generato: sed creatum à generato sunt aliquando eiusdem speciei, vt patet de Adamo, & eius filio: ergo & illa.

Præterea quarto. Sit mus ex putrefactione, & generet murem, iste, vel est eiusdem speciei, vel non cum priori: Si sic, habetur intentum. Si non: ergo mus ille est causa æquiuoca: Et præterea, iste mus genitus, generet alium qui erit eiusdem speciei, cum vterque sit genus: ridicula ergo Philosophia est, dicere, quod primus, & secundus mus differant specie: secundus, & tertius sint eiusdem speciei.

Præterea quinto. Quia Philosophus non debet distituere sensum: at in vtroque mure reperimus eandem passionem, proprietates, figuras, accidentia: ergo reuera eiusdem sunt speciei.

Secundum conclusio. Augmentatio, diminutio, nutritio, propria sunt viuētibz, & ab anima proueniunt, vt à primo principio effectiue: Haec conclusio probata est ab Arist. contra Empe doclem.

Tamen vnicum est hic notandum, quod anima non sic est causa effectiua augmentationis, sicut diminutionis: augmentationis enim est causa efficiens positiua: at diminutionis est causa priuatiua, sicut nauta nauis submersio dicitur causa efficiens priuatiua, vt dicitur 2. Phys. cap. 3. sic anima est causa diminutionis: quia defectu ipsius actionis, accidit diminutio in viuente.

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

2. Ratio

2. colu.

Nota.

3. cōclu. Tertia conclusio. Generatio inter opera vegetatiua est naturalius, & perfectius opus viuētis. Non enim fit hic cōparatio inter omnia opera omnium viuētium, sed inter opera communia qualia sunt partis vegetatiuæ, inter quæ præcipua est generatio.

Nota. Aduertendū etiam, qd aliud est, aliud esse magis necessarium, aliud magis esse perfectum. Potest quidem aliquid esse necessarium magis, at minus perfectum. Vt tactus magis quidem necessarius est animalibus, at visus magis perfectus. Ita nutritio magis est viuēti necessaria, generatio uero perfectior, & ob id naturalior dicitur.

1. Ratio. Probatur conclusio primò. Illud est opus perfectius, quod finem nobiliorem consequitur: at generatio est in finem nobiliorem, puta, in perpetuitatem, qua Deo fit assimilatio: ergo est inter alias, scilicet augmentationem, & nutritionem, opus perfectius.

2. Ratio. Probatur secundò. Quia non inest, nisi iam perfectis plantis, & perfectis animalibus: ergo est perfectior.

3. Ratio. Præterea tertio. Quia generatio includit seque nutritionem, & augmentationem, non autem e contra.

4. cōclu. Quarta conclusio. Intelligere est opus absolutè perfectissimum omnium operationū vitæ. Patet: quia inest Intelligentiis, & nos per ipsum maximè Deo assimilamur, & est immaterialis operatio, & per quā res perpetuatur in indiuiduo. Per hæc ad argumenta respondetur.

Ad. 1. Ad primum dico. Certum est, castitatem referre ad longitudinem vitæ, imò etiam ad perspicacitatem ingenij & iudicij, & ad firmitatem memoriæ: & si hic finis spectaretur, verè nouementū adserret. Sed propter speciei cōseruationem, Natura patitur aliquā nouementū partem in indiuiduo, sicut etiā totius formæ ligni corruptionem ad productionem ignis, quod plus est, & ex hoc sine naturale opus dicitur.

Ad secundum dico: quod nutritio, si cōseruaret perpetuò indiuiduum, esset perfectior: tamen nō cōseruatur, nisi ad tempus: nobilior autem est perpetuum esse in specie, quàm ad tempus in indiuiduo.

Ad tertium dico: quod probat tantum, nutritionem esse magis necessariam, quia omnibus inest viuētibus: sed non magis perfectam, imò perfectius inest paucioribus.

Ad quartum respondetur: qd nō est generatio viuētis, qualis nō viuētis, vt dictum est in primo fundamento.

Ad quintum dico, quod generare dicitur opus perfectius de animæ parte sensitua, facta cōparatione non vniuersaliter, sed ad operationes partis vegetatiuæ, vt dictum est.

CAP. V. QVAEST. XI.

Determinatis autem bis dicamus.

Text. LI.

Completa parte vegetatiua, anunciat sensitua standā accedit, hæc enim post vegetatiua cōmunionem tria autē circa eā facit. Primò, quid in cōmuni sensui, & sensibili accidat, tradit. Secundò, de singulis exterioribus sensibus, ipsorumq; obiectis disserit, vt de visibili & visu, de audibili & auditu, & de reliquis. Tertio, de sensibus exterioribus.

In hoc igitur Capite, circa sensum in cōmuni, duo docere intendit. Alterum est, potentiam sensituiam esse passiuam, differunt enim potentie vegetatiuæ sensituius. Vegetatiuæ enim in sua agunt obiecta, nec per se ab eis patiuntur: at & sensituius potius ab obiectis patiuntur: non enim visus in colorem, sed potius color in visum agit, & odor in olfactum, sensibileque in sensum. Alterū quod docet, est, quid sit id, quod potentiam sensituiam ducat ad actum, & in ipsam agat.

In hoc

Intētio Aristot. in cap. d. sensu in cōmuni an sit potentia passiuā.

Conclu. In hoc igitur textu conclusionē proponit: sensum, id est sensationem tunc esse, cum aliquid mouetur, & patitur. Ac si dicat, sentire est pati quoddam, & moueri, & sensatio alteratio quoddam & motio est, vt dictum est, putā, text. 37. superiori, vbi quod sentit, moueri, & alterari dictum est. Et ille est text. quem allegat, cum dicit, vt dictum est, vt dicit Philoponus.

A quo patiatur sensus. Si sensatio alteratio quoddam, & passio est, statim consequens erat questio, a quo patiatur, a simili, an a dissimili. Sed hanc iam dicit esse determinatā in lib. cōmuni de Generatione, vbi dictum est, quomodo a simili, & a dissimili sit actio & passio.

Habet autem dubitationem.

Text. LII.

Probatur conclusio. Aristoteles probare intendit conclusionem propositam, & vtitur artificio, quod notat Philoponus. Pōnit enim dubium, quod solui non potest, nisi ex proposita conclusione, scilicet, quod sensus sit potentia passiuā.

Dubium autem est bipartitum: quare sensus non se sentit, vt visus cur nō se videt. Præterea: cum elementa sint in ipso tactu, aut saltem ipsorum qualitates, quæ sunt sensibiles, cur tactus non sentit suas qualitates, vt neruus suum calorem, & frigiditatem?

Respondet, non esse ob aliud, nisi quia sensus non est actiuā potentia, sed indiget mutari ab alio. Si enim actiuā esset, vtique se sentiret: sicut comburibile non se comburit, quia in potentia passiuā est. Si autem actiuā potentiam haberet, vtique se combureret, etiam non existente igne externo.

1. Obiō. Dubitabis forte: Non enim videtur hoc ita esse: nā, etsi ignis est actiuā potentia, tamen non se calefacit.

Solutio. Respondet Caietanus Thie. benè, quod Arist. supponit vnum certū, puta, sensationem esse in animali sentiente, & non transire in materiā exteriorē: tunc autem, si actiuā esset, cū

esset in ipso animali, vtique esset in se, & ita ageret in se, sentiendo, sicut, si ignis calefactio esse: immanēs, vtique, se calefaceret.

Dubitabit aliquis fortè iterum: Vnde dicitur enim tactus sentire suas qualitates: sentit enim infirmus suæ febris ardorem?

Respondet benè Philoponus, quod tactus non sentit calorem suum, sed sanguinis, & aliorū humorum feruentiū, qui suo calore agunt in neruos, vbi tactus est. Similiter pars benè habens, sentit affectionem alterius malè habentis. Vnde cum febris est in ipsa carne & neruis, non sentitur, & hæc pessima est, qualis est Hectica.

Quoniā autē sentire dicimus.

Text. LIII.

CVM sensum potentiam dixisset, nunc distinguere vult, quomodo sentire, & sensus dicantur, ne sit æquiuocatio. Sentire dupliciter dicitur: Vno modo potentia, vt dicimus sentire, quod potest videre, licet actu dormiat: & audire, quāuis nō audiat de presenti. Altero modo dicitur sentire, actu ipso, vt cum videmus actu & operamur.

Similiter sensatio dicitur dupliciter, & ipsa potentia sentiendi, & ipsa sensatio: & opera sentiendi, quæ dicitur actus.

Primum igitur tanquam sit idem.

Text. LIII.

Quia ipsum sentire, & operari dicitur esse in actu, ne quis dubitet, putans per actum, formam aliterquam intelligi permanentem: id declarat dicens, quod moueri, & pati, ipsumque operari, vocet agere, id est, esse in actu: & ipsa operatio actus dicitur. Nec hoc alienū est ab his, quæ dicta sunt: nam motus actus quidem est, licet imperfectus. Cum igitur sensatio actus dicitur, sic oportet intelligere, quod sit actus, vt motus quidam, & passio.

Obiō.

Solutio.

Quot modis sentire, & sensus dicantur.

Quid sit actu sentire, & sensus actus.

Ab ali- Ex quo sequitur, quod debeat ali- quod agens constitui, a quo sit ista pas- sio. Nam quae patiuntur ab aliquo in actu existente patiuntur: quod quidem sit dis- simile passio ante passionem & in prin- cipio, tamen post passionem & finem sit simile. Hoc autem declaratum est sepe. Hinc insinuat id, quod reducit in actu, id, quod est in potentia sensitivum, ut ip- sam declarat, & ostendat.

Dividendum autem est de potentia.

Text. LV.

Quid sit & quot modis di- catur po- tentia sen- sitiva. **E**xplanatur, quid potentia sensi- tivum in actu reducatur, quot mo- dis potentia sensitiva dicatur, prius explicat, dicitque dividendum esse, quot modis potentia dicatur non sim- pliciter, id est univ ersaliter potentia, sumpta, sed, ut ad praesens spectat.

Duobus modis di- catur sen- tire, si- cut & sci- re in po- tentia.

1. **C**onstat autem dupliciter aliquid dici posse potentia sentire, sicut pote- tia scire. Primo dicitur, aliquis sapiens in potentia remota, cum caret actu scientiae, caret habitu, solum tamen habet animam, qua dicitur scire posse, ut puer, vel indoctus homo. Altero modo, in potentia proxima, cum caret anima, tamen habitum habet, ut si dormiat, vel alteri intendat, tamen habi- tum habet. Hic autem non dicitur in potentia, sicut prior: nam ille, ob id dicitur scire posse, quia est eorum animalium, quibus in se potest scientia, quae potentia remota est: at posterior dicitur posse scire, quia statim, cum voluerit, perveniet ad actu, & ad spe- culandum, si nihil extrinsecum impe- diat, puta infirmitas, aut somnus, vel aliud, quae extra intellectum sunt, sunt enim impedimenta ex parte corporum.

Alius autem iam speculans.

Text. LVI.

Quid ve- re actu, & in quo ab alijs differat. **I**lli duo praedicti, dicuntur scire po- tentia, cum non eodem modo. Alius tertio dicitur scire actu, quia opera- tur contemplando, & speculando hanc literam, A. vel aliquam conclusionem

aut principium: & talis dicitur scire actu, reliqui vero in potentia.

Inter quos adhuc est unum aliud dis- crimine, quod qui priori modo est in potentia, non venit ad speculationem, & actu perfectum, nisi prius altere- tur, & recipiat habitum aliquem, imo aliquando non solum recipit habitum sed etiam rejicit alium habitum con- trarium. Ut ij, qui accedunt ad scien- tias acquirendas cum erroribus, & ig- norantibus prava dispositionis: oportet enim eos non solum doceri, sed de- doceri.

At posterior est quidem in potentia ad agendum, & speculandum, sed alio modo: nihil enim recipit, nisi ipsum actu, cum iam praehabeat habitum.

Non est autem simplex, neque ipsum.

Text. LVII.

Hic utique sensationem, scientiam & speculationem vocavit passionem & alterationem: nunc distinguit, dicitque passionem dici non simpliciter, sed analogice. Uno modo, pro passionem cor- ruptivam, quae secundum qualitates pri- mas fit, & haec proprie passio, & alte- ratio est. Altero modo, pro receptio- nem alicuius perfectantis, ut cum Intel- lectus recipit habitum, vel actu: haec enim non in subiecti destructionem, sed perfectionem tendunt: idcirco non simpliciter passiones, vel alterationes dici debent. Perficitur enim per has potentias: sicut potentia dici solet per- fici ab actu, & a simili, id est, sibi con- venienti, & proportionato.

Hinc sequitur, quod cum aliquis ex habitu venit in speculationem, non est dicenda alteratio, talis mutatio: sed est velut quaedam additio, & consum- matio actus ipsius, & habitus. Quod si alteratio, vel passio dicatur, intel- ligatur aliud esse alterationis genus. De hac alterationis distinctione, lege, quae diximus 7. Physicorum Qua- litione 3.

Aliud discri- men in- ter illos qui pote- tia sciunt.

Quomo- do sensa- tio dica- tur & sit passio.

Quomodo non recte se habet.

Text. LVIII.

Quomodo actu scire sit, aut dicitur alteratio. **I**nfert, sapientem, & habentem ha- bitum, cum actu sapit, non dicen- dum alterari: sicut nec aedificatorem, cum aedificat. Vterius, illa mutatio, quae ex habitu venit in actu, non debet etiam dici doctrina, vel disciplina: non enim docetur tunc, sed aliter est nominanda.

Cum vero ex non habitu acquiritur habitum a magistro, & docente, tunc talis motus doctrina dicitur, sed non alteratio, nisi faciamus duos alteratio- nis modos, & secundum contrarias, & privativas, id est, corruptivas qualita- res, & secundum habitum, qui perficit naturam subiecti.

Sensitivae autem prima mutatio.

Text. LIX.

Quid sit id a quo reducatur a po- tentia ad actu. **Q**uod sit reducens sensitivum ex potentia in actu, nunc ostendit. Pro declaratione autem adverte: quod in sensibus non sunt habitus sicut in intellectu: sed statim potentia immediate fertur in actu absque ha- bitu. Unde fit, ut potentia in sensitivo sit sicut habitus in intellectu, & sit proxima potentia. Sensitivum vero in po- tentia remota id sit, quae caret anima: sed est in proxima potentia, ut ea recipiat sicut corpus iam dispositum: & hoc est in tali potentia ad sensationem, in qua puer ad speculationem. Ob id superius, text. 56. posuit exemplum Grammaticae, & sensus: nam qui habet potentiam sensitivam, est, sicut qui habet habitum, ad speculandum.

N O T A

Quid re- ducatur se- fitivum ex po- tentia remo- ta ad a- ctum pri- mum. **D**icit ergo, quod reducens sensitivum ex priori potentia, est generans ipsum animal: cum enim semen accipit ani- ma, & a quo accipit eam accipit pote- tiam sicut magister est, qui puerum ducit ex potentia prioris in habitum ipsum: est enim generans in sensu, ut magi- ster ad speculationem.

Quod autem secundum actu, si- militer dicitur.

Nunc autem, quod sit reducens ex posteriori potentia in actu ip- sum ostendit, dicitque, sentire actu in sensu, esse sicut speculari actu in In- tellectu: utrumque autem reduci in a- ctum ab obiecto, ut visio ab obiecto suo, Intellectio pariter a suo.

Quoniam discrimen sit inter obiecta quod sensuum abiecta sunt singularia, & extra animam existentia: ut visibile, scilicet, color, sonus, & alia: at obiecta Intellectus sunt quodammodo in ani- ma. Cuius ratio est: quia sensus est sin- gularium, quae extra animam habent esse: Intellectus vero univ ersalium, quae non habent esse, nisi in anima.

Vbi notanter advertendum, quod hic loquitur de intellectu possibili, cuius est intelligere univ ersalia, quae non mutant, nec movent ipsum prius quam fiant per alteram virtutem ani- mae, quae dicitur Intellectus agens, qui a phantasmate abstrahit speciem: ideo Intellectus possibilis non habet suum obiectum, nisi per animam, & in animata, quam in causa effectiva obiecti per Intellectum agentem.

Advertendum etiam, quod hic lo- quitur de sensibus exterioribus, qui notissimi sunt apud omnes. Notandum quia, quod sensum secundum actu, vocat ipsam sensationem, seu poten- tiam cum operatione.

Vnde intelligere in ipso est cum vul- tate.

Text. LX.

Ex discrimine posito inter obiecta sensus & Intellectus, inferitur unum aliud inter ipsum Intellectum, & sen- sum: quod intelligimus, cum volumus non autem sentimus, nisi obiecto ex- terius praesente: quia Intellectus est circa univ ersalia, quae in anima sunt.

Quod tibi debes intelligere, ut The- mist. & Philop. explicant. Cum semel Intellectus intellexit univ ersalia, sibi ipsorum specie referuat, ut cum vellet, intelligat, etiam absentibus singularibus. At sensus exterior non, quantumcumque

Quidre- ducatur se- fitivum ex po- tentia ad actu ip- sum sciendi. **D**iscri- me inter obiectum sensus & Intellectus.

Nota.

Nota.

Discri- me inter sensum cognitio- nem & Intellectus.

Nota cir- ca expo- sitionem textus.

Quo

Quo

enim millies visus vnum viderit, non videbit adhuc semel, nisi illud rursus sit presens.

Ratio as signati discrimi nis. Hoc autem ob id fit, quod visus & alij exteriores sensus, non faciunt sibi obiectum, sed species de ipsis obiectis capiunt: at anima in se habet virtutem, vt faciat sibi speciem, qua intelligat, si semel intellexit res ipsas: & in hoc sensu assimilatur scientijs sensibili, quae pendet ab exteriori semper, quia circa singularia sunt.

Nota. Per scientias sensibiliu recte exponunt Philop. & Themist. mechanicas artes. Hae enim quauis sapissime operate fuerint, dependunt tamen semper in operando a praesentia obiecti, quia circa talia sunt singularia.

Nunc autem tantum fit definitum.
Tex. LXI. LXII.

Excusatur Aristot. quare obi- lectu dixerit & noua. DE differentia hac inter Sensum, & Intellectum, se in futurum remittit, dicens, no ex professo dicta fuisse, sed vt manifestetur quomodo sit sensitiu in potetia duplici, remota, & propinqua, sicut puer est in potentia remota ad militandum, & cum fuerit vir, in propinqua.

Quauis autem nomina non habeamus harum potentiarum, sat sit cognoscere ipsas esse diuersas, & quomodo diuersae sint.

Vtiterius, quauis non sit alteratio proprie, vel passio in sensu, vt dictum est: tamen vtimur his nominibus, ac si propria essent, defectu aliorum.

Vnde concludit: quod cum sensitiu sit potentia passiuam, ante passionem est dissimile.

Nota. Non intelligas, quod oculus fiat coloratus, dum videt colorem: sed quia accipit speciem coloris, quodammodo coloratur: similiter & alij sensus, vt post dicemus.

An sensus sit potentia passiuam.
Quest. XII.

Questio igitur, & difficilis est Nota, & valde necessaria. Aduerte igitur pro tituli declaratione quod non negamus esse actiōnes aliquas in sensum organis: oculo enim basiliscus interficit, oculi vetularum inficiunt, & fascino pueros: & vt Aristoteles dicit, lib. de somn. oculus mensurae indelebilem maculam inurit speculo. Omnia haec Philosophi fatentur, tamen non proueniunt ab oculo, ratione potentiae visivae, sed, vt corpus quoddam Physicum est euaporans, & emittens extra se nociuas illas exhalationes, quibus medium inficit.

Disputatio nostra est de operatione sentiendi, procedente vi sensitiua, an sit actio, vel passio.

Aduertendum vterius, vnum esse modum supponendum: quod postea probabitur. q. 33. in quo Peripatetici conueniunt, q. in qualibet sensatione exteriori, potentia recipit ab obiecto aliquam qualitatem, quae dicitur species, itea pro & qua aliqui similitudinem rei vocant, & hac posita, in organo fit sensatio.

Quaestio autem est: an sensatio sit sola receptio speciei in organo, vel post receptionem fiat alia operatio, quae dicatur sensatio? Si enim prius dicatur, tunc sensatio erit passio, & sensus potentia pure passiuam: si vero dicatur posterius, erit actio & potentia actiuam. Videtur autem Arist. sensum potentiam facere passiuam, & sensationem, passionem.

Contra hoc autem, est primum argumentum. Nobilius est agere, quam pati, vt notum est: sed potentiae vegetativae, quae ignobiliores sunt sensitiuis, actiuae sunt: ergo & sensitiuae.

Præterea secundum. Videtur argumentum Arist. quo probat, sensum esse potentiam passiuam, nullum esse. Dicit enim, quod si sensus esset potentia actiuam, se sentiret, & qualitates, quae in eo sunt, cum sensatio sit immanens. Hoc

De qua actione fit intelligenda quaestio. Suppositio quaedam pro itea pro & qua aliqui similitudinem rei vocant, & hac posita, in organo fit sensatio. species sensibiles dari. Sensus quaestio.

1. Ar. ad partem negatiua.

2. Argu.

videtur esse nullum, quia tantum sequitur, quod sensatio maneret in ipso sensu, sed per eam possemus exteriora sentire, sicut voluntas actiuè vult in se, tamen non idcirco se vult semper, sed alia à se.

3. Argu. Præterea tertio, quia videre, audire & sentire, sunt verba actionem significantia: quod ergo videt, agit.

1. Opin. Plotini, Simpli. sensatio ne esse actione aie solis non passio. In hac difficultate multae extant Philosophorum sententiae. Prima est Plotini Aeneade. 4. lib. 6. quam tenet Simplicius, supra text. 51. & 52. qui putant sensationem esse actionem solius animae, & nullo modo passionem. Dicunt enim speciem in solo organo corporeo recipi, quae excitet animam velut sopitam ad sentiendum, ipsa tamen anima est, quae sola per potentiam sibi inhærentem videt, audit, & sentit.

Reiicit hæc opi. Hæc sententia aperte est contra Aristotele. lib. de somno, cap. 1. Sentire, inquit, non est animae solius, nec corporis, sed coniuncti, cuius est potentia.

Et propterea si anima bruti per se videt, utique est separabilis. Quod si dependeat à specie existenti in oculo, parum facit: nam Intellectus etiā pendet à phantasmate: posset etiā illa anima capere speciem à medio, in quo est separata. Hanc sententiam iam superius reieccimus.

2. Opin. Alb. sensatione à spē fieri in potetia recepta, & iō potetia esse simplici ter passiuam. Secunda sententia est Alber. Magni. libro de apprehensione, in principio, & Summa de homine, q. post sensus exteriores, fol. 112. qui credit speciem in organo esse principium actiuum sensationis: & potentiam organicam per speciem receptam esse principium sensationis, sensationemque actionem esse, tamen potentiam esse simpliciter passiuam.

Hoc autem exemplo intelliges. A qua recipit calorem, & actiuè calefacit, cuius calefactionis solus calor, est actiuum principium, non autem aqua, vt, air, sed solum est passiuam potetia ad recipiendum calorem: & si calefactio

esset actio immanens passiuam, reciperet, & sentiret. Ita dicit de specie recepta in organica potentia, ipsa est principium actiuum: & sensatio, actio est, tamen potentia passiuam est. Dicitque esse contra omnes Philosophos potetiam actiuam ponere sensum.

Notat autem Albertus, quod tripliciter est sensitiuum in potentia, sicut intellectiuum. Primum puer dicitur intellectiuus in potentia, sed remota: cum autem discit, est in potentia propinqua: cum habet habitum in proxima ad perfectè intelligendum. Ita sensitiuum, cum est anima in organo, est sicut puer, cum est dispositio, & spiritus in organo, est sicut qui discit: cum autem est species, est sicut qui habet habitum. Hæc est sententia Alber. Magni.

Sed vnum videtur non parum facere contra istam sententiam. Si enim sola species est principium actiuum sensationis, & potentia est subiectiuam, utique si per potentiam diuinam esset, per se illa species sentiret, sicut calor calefaceret: quod tamen est impossibile.

Præterea, in medio posset videre. Et quauis ad hoc responderi possit, tamen non exactè, vt dicitur possit.

Tertia sententia est S. Thomae. 1. p. q. 56. ar. 1. qui specie fatetur esse principium sensationis cum Albert, tamè simul potentiam dicit esse actiuam, non immediatè, sed mediatè, quia per ipsam operatur: sicut ignis agit, sed per calorem. Et hoc est exemplum ipsius S. Thomae.

Species igitur in sensu, non sicut calor in aqua, sed sicut calor in igne operatur: est. n. ignis actiuum principium. Vnde potetia sensitiua partim est actiuam, partim passiuam, passiuam quidè, dicitur recipi speciem: actiuam quidè, dum per ipsam agit, ac sensationem producit.

Hanc sententiam habet Scot. 2. de anima, quaest. 12. & Cap. 3. sentent. dist. 14. quaest. 1. art. 3. & esse communis est.

Quarta sententia est Landu. q. 16. & Apo

Not. triplex sensitiuum ex Alb.

Obiecti contra secundam opinionem.

3. Opin. S. Thomae & ferè cõis, sensatione fieri à spē, & à potetia mediante specie, ita potetia esse actiuam media- tẽ, non immediatè.

4. Opin. & Apo

Iand. & Apo. q. 13. huius libri. Hi dicunt duas esse potentias sensitivas in quolibet organo realiter distinctas: agentem, & patientem: & organum ratione potentia, & sensus passivi recipi species, ratione agentis: sentit, & agit, & sensatio actio est.

Mouentur autem ad distinguendas has duas potentias: quia dicunt, quod ab vna immediata virtute non potest actio, & passio procedere.

Et praeterea, ob id Aristot. distinxit Intellectum agentem a possibili: vnus enim agit, alter paritur, & recipit. Hac est horum sententia.

Quinta sententia est aliorum, qui potentiam passiuam tantum dicunt, ac sensationem formaliter esse speciei receptionem.

Explicanda est igitur haec sententia. Ad visionem, vel ad sensationem, duo conueniunt necessariò: vnum ex parte obiecti, & hoc est species, & similitudo ipsius: alterum ex parte sentientis, & hoc est vis, & potentia sensitiva: horum altera deficiente non est sensatio. Ad horum utroque posito, sensatio est ita, vt sensatio non sit aliud, quam receptio, & vnio speciei sensibilis cum potentia, & vi sensitiva. Vnde in medio non dicitur receptio speciei sensatio: quia deest vis sensitiva, in organo aut animato sensatio est, scilicet visio, vel auditio: receptio ergo speciei ab anima habetur, & potentia, quod dicitur sensatio, & visio, vel auditio: ob id aliquo modo potentia dici potest efficiens sensationis, sed non quod eliciat actum alium praeter speciei receptionem: haec enim formaliter est sensatio.

Aduerte vltcrius, quod species dupliciter considerari, vt accidens inherens, & vt obiectum representans.

Dicit ergo, quod receptio speciei, vt accidens est, non sit sensatio, sed vt ipsum obiectum est quodammodo, & per ipsam vnio quaedam fit inter potentiam, & obiectum: talis igitur vnio sensatio est: & sic sensatio formaliter est passio, & sensus potentia passiva.

Hac opinio est Aegid. quaestio. i. de cognitione angelorum, vbi recantat, quod ipse alias dixerat, est etiam Caietan. Thien. & Caietan. Cardina. in praesenti, qui vocat pauperes eos, qui oppositum sentiunt, & etiam Paul. Veneri, cap. 10. Summa de anima, & Niphi. libel. contra Iandun. de sensu agente, & quorundam aliorum, quam ego partem secutus sum olim, sed re matris multò perfecta, mutauit sententiam: eam tamen libet confirmare testimonijs Aristot. quare solitus eram proponere, quare reuera sunt adeò apparentia, vt videantur concludere.

Primum est in hoc cap. vbi sensitivum tantum ponit in duplici potentia, assimilaturque potentiam & vim sentiendi, habenti habitum: quod si propter potentiam ponimus speciem distinctam a sensatione, per quam fiat sensatio: iam non assimilabitur habitui ipsa potentia sola, sed potius potentia cum specie.

Praeterea, assimilatur sensitivum, & quod habet vim sentiendi, viro, qui immediate potest militare: ergo potentia sensitiva immediate recipit sensationem, & non prius speciem.

Praeterea, iam non reduceretur ad actum ab obiecto, sed ad potentiam proximam, scilicet ad speciem, & ipsum post sentiret.

Est alterum testimonium insignis. 2. de anima, text. i. 9. & 140. vbi dicit, quod eadem est operatio obiecti, & potentiae re, sed diuersa ratione: ex parte obiecti, actio est: ex parte potentiae, passio, sicut in alijs agentibus, & patientibus. Ponit exemplum. Eadem est operatio, qua color agit in visum, & visus vi

Qua ratione fit speciei receptio sensatio.

Aucto. huius opin.

Testimonium Aristot. pro hac. 5. opin.

1.

2.

3.

2. Testi. Arist.

videtur: sed ex parte coloris actio est & coloratio dicitur: ex parte visus, passio est, & visio dicitur: similiter in alijs. Vides ergo visionem non aliam esse actionem, nisi operationem, & passionem, quare idem est cum actione obiecti.

Confirmatio.

Et hoc est, quod saepe dicere solet, sensus in actu, & obiectum in actu, idem sunt, id est, eadem est vtriusque operatio. Fateor huc locum me olim conuicisse.

3. Testimonium Aristot.

Est aliud testimonium de somno, cap. 5. Definiens sentire, dicit: Sensatio est motio animae, corporis interuentu proueniens. Vbi motio, vt litera Graeca manifestat, pro motione passiva sumitur. Haec igitur est horum sententia multum Aristoteli conformis.

Aucto. opinio.

Superest, vt quid mihi in hac re videatur aperiri, pace autem tantorum Philosophorum, quos ego, vt magistros, semper veneror, & venerari equum est, dixerim, mihi in hac re non omnino satisfaciunt: nec satis re attigisse videtur.

Explicatur facta suppositione duos esse motus, in quorum altero animo patitur, in atero agi.

Dico igitur, perinde iudicandum esse de sensatione, sicut de appetitione. Appetitio duos dicit motus, largè sumptis vocabulo: vnum materialiter, alterum formaliter, & essentialiter. V.g. ira formaliter dicit actum, quo appetitus vindictae: materialiter feruore sanguinis in corde. Timor dicit formaliter actum, quo malum fugimus: materialiter, sanguinis accessum ad cor. Horum duorum alter competit organo, ratio ne materia: alter ratione animae, & potentia: vterque tamen eide organo.

Idem ostendit in sensatione proportione ad appetitum.

Praeterea: qui formalis est, actio est, & hic est essentialiter appetitio: quare materialis est, passio est, nec est essentialiter appetitio, sed ipsam necessarium concomitans.

Ita pari modo in sensatione dico. Visio, vel sensatio alia, duos motus dicit: vnum materialiter, & hic est receptio speciei, alterum formaliter: & hic est actio: prior inest organo, ratione materiae: posterior ratione potentiae,

& animae, tamen vterque eidem inest organo. Prior quidem non est substantialiter & essentialiter sensatio, sed eò comitans, & velut dispositio: posterior est essentialiter sensatio.

Praeterea: sicut in appetitione, motus materialis non est causa effectiua motus formalis, ita in sensu receptiuo specie tantum est dispositio quaedam: solius est potentiae organica elicere visionem, vel sensationem.

Praeterea: sicut in appetitu est duplex praedicatio, & secundum materialem, & secundum formalem: dicimus enim: Ira est feruor sanguinis: & Ira est appetitus vindictae. Ita in sensu: est enim sensatio actio organica, similiter & passio. Vnde potentia dicitur modo actiua, modo passiva.

Sed vnum est discrimen inter appetitionem, & sensationem: quod motus materialis appetitionis sequitur formalem: vt prior est appetitus vindictae, posterior motus sanguinis. At eò contra in sensatione: prior est passio, & alteratio organica, posterior eius actio. Loquor secundum naturam.

Et hoc egregie docet Aristot. i. de anima text. 63. & 64. quos textus qui perpenderit, facile ibit in nostram sententiam. Dicit enim quod sensus incipit ab instrumento & corpore, & terminatur in anima, & reliqui incipiunt ab anima, & terminantur in corpus: vt intelligas hos duos motus, esse in sensatione.

Praeterea, text. 51. huius Capituli dicit sensationem esse, cum aliquid mouetur: in quo notat, sensationem non illam passionem, sed potest illam passionem esse.

Sed, vt quare diximus, probemus, sit prima conclusio. Sensatio non est sola speciei receptio. Haec est contra sententiam vltimam. Hoc idem Philop. 2. la spe de anima, text. 121. & Alex. 1. de anima, cap. 12. vbi praeter passionem, iudicium & actionem ponunt in potentia: & express-

tiòis motus.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Discrimen inter motus appetitionis & sensationis.

Probat dicitur ex Aristot.

1. Cõcl. Sefatio non est sola speciei receptio.

expressè idem Alex. r. de anima, cap. de intellectu practico, & speculatio.

Probatur autoritate Arist. 2. de anima, text. 37. ubi apertè dicit, animam esse causam effectiuam generationis, motus augmentationis, & sensationis: ergo sentire, est agere, & nò solum recipere.

Præterea, 9. Metaph. 16. visionè po nit actionem immanètem: ergo visio actio est, & nò sola specie receptio.

Præterea, de sensu, cap. 2. còtra Democritum arguit, qui dicebat visionè esse ephasim & apparitionem quandã rei abiectione in ipso oculo: reprehendit hoc, dicens, quòd speculum videret, si visio talis esset, non ergo est sola speciei receptio visio, vel sentatio.

Probatur secundò. Stat, speciei esse receptam in oculo, & non videret, vt patet in dormientibus apertis oculis, vel in his, qui alijs sunt mente intenti: ergo non sola receptio est visio.

Respondent aduersarij, quòd requiritur conatus, & aduertètia potentie. Hoc euertitur: quia non est intelligibile, quòd sit conatus, vel aduertentia illa, quam actio animæ & ipsius organice potentie: ergo videre formaliter, non est recipere, sed agere.

Probatur tertio, & est argumentum Plotini. Sequeretur, si sola receptio speciei esset visio, q non posset visus apprehendere distantiam rei, quam certissimè videmus, & discernimus visu. Sequela probatur, quia species eadem est, quæ à re parum, vel plus distanti in oculo recipitur.

Quòd si dicas: Facit maiorem, vel minorem angulum in oculo? Hoc non euacuat difficultatem: quia maior vel minor angulus à quantitate maiori, vel minori obiecti etiam prouenit: vtique ergo non possemus distantias percipere, nisi oculus ageret.

Præterea quarto, & est argumentum forte. Quia sensatio est operatio, vtique ergo est ab interno principio actiuo

motionis, aliter nò esset vitæ opus. Id enim est vita, interna motio ab ipso vi uente effecta.

Præterea quinto. Quia sensus interiores agunt, vt notum est, vt quando sensu communi percipimus nos videre, colorem discernimus à somno, cù æstimatiua iudicat sibi conueniens: ergo etiam exteriores agunt circa sua propria obiecta.

Secunda Conclusio. Species non est effectiuum principij sensationis. Hæc est còtra Scotum, Capr. Alber. & alios.

Probatur autem primò. Si species est effectiua, putà, visionis, vel simul potentia est actiua immediata, ita, vt duo sint immediata principia effectiua, vel sola species est immediatũ principium: Potentia autem, vel non est vt dicit Albertus, vel est mediata, vt dicit S. Thomas? Sed neutrum potest dici. Non quidem prius, quia cum visio sit actio simplex & immanens nò potest procedere à duobus agentibus immediatis realiter distinctis, vt notum est medioeri Metaphysico. Nec posterius dici potest, quia potentia est immediata principij operationis, ergo operatur absque specie aliquid: aliter potius esset subiectũ, quam potentia, nò enim est potentia, quæ non elicitua est intrinsecè operationis.

Probatur idem secundò. Si sola species est immediatum principij visionis, profectò, vbicũque esset, eliceret illã, sicut calor vbique calefacere possit: quod tamen impossibile est.

Probatur tertio. (quod me multum mouet) Quia sentire est opus animæ, & facultatis animæ: nò ergo debet tribui accidenti cuidam externo, scilicet speciei, quæ etiã in medio inuenitur, & in re manimata: esset enim tunc sentire valde per accidens animæ.

Tertia Conclusio. Sentire est actiue siue effectiue à sola ipsa potentia immediata: vt visio à visu, auditio ab auditu. Loquor autem de sensatione for mali-

5 Ratio.

2. Cõcl. Species non est effecti uũ principium sensationis.

1. Ratio

2. Ratio.

3. Ratio

3. Cõcl. Sefatio est effectiue à

sola potetia in mediata Rõ. conclus.

4. Cõcl. Spes cõ currunt ad visionè, vt dispositio potentie, & motiue ac obiectiue: & eadenus vera est opinio cõmunis, & D. Thomæ.

Probatur Conclusio. Nam dispositi ue quidem, quia nisi esset informatũ prius organum tali specie, potetia seu anima videre non posset.

Motiue, quia sua representatiõ e excitat potetiam ad videndũ, seu sentiedum rem ipsam. Et obiectiue concurret, tũ, quia rem hanc, vel illam ostendit in se representatã, quã potetia & anima ibi cognoscunt: tũ, quia est ipse sensus sensationis primũ & immediatus terminus & obiectũ proximiũ & internum; res verò à parte rei, obiectũ remotura & externũ: tũ demũ, quia obiectum ipsum reale, (v.g. color) potetiam obiectiue mouet ad sui cognitionem; mediante illa sua specie, est enim tanquam instrumentum obiecti.

Et ideo merito dicit, speciem se tenere ex parte obiecti: lumen verò naturale vel supernaturale ex parte potetie: & ex his duobus, nẽpè obiecto, & potentia, fieri visionem, ab illo obiecti ue mouendo & terminando, ab ista, effectiue, visionem producendo.

Per hanc doctrinã, facile soluentur loca Arist. adducta, quòd sensatio sit passio. In illis enim loquitur de sensatione materialiter, quæ potest dici apprehensio, non autem formaliter.

Potest etiam solui argumentũ Iand. de sensu agente. Non enim est opus multiplicare duas potetias: quia secundum diuersa, idem potest agere & pati: recipit quidem speciem, sed actionis, & sensationis est causa actiua. Aliud est autem species à visione, &

sensatione, Impossibilitas aut ista fors an esset, si idẽ sensus faceret & reciperet speciem: Sed hoc non dicitur, obiectum enim specie imprimi, potetia visionis est effectiua causa, ob id nò est simile de intellectu, qui facit specie intelligibilem, & recipit, ob id distinguitur duplex intellectus: sed ad recipiendum specie, & iudicandum, nò est nisi vnus intellectus possibilis. Ita de sensu recipiente speciem & iudicante.

Argumenta in principio posita faciunt pro nostra sententia: secundum tamen est declarandum, vt exponatur Arist. Sensus hic est. Si sensus ita esset actiuis, vt non esset necessarium pati ab abiectione exteriori vel alio, tunc sentiret se, quia in se habet, quòd sentiat: est enim ergo non se sentiat, ergo signũ est esse passiuũ, cuiusq; nihil à se patitur nò se sentit: Atq; hæc expositio est notanda: & ita textus confirmat nostrã sententiam: quòd sensus non potest agere, nisi existente passione organice, quæ non potest esse nisi ab externo.

CAPVT SEXTVM.

Dicendum autem secundum vniũquemq; Tex. LXIII.

De obiecto sensus in cõmuni tractatur, prius de obiecto & sensibili in cõmuni tractat. Posset autẽ dubiũ suboriri: cur de sensu in cõmuni prius dixit, modo de obiecto: iuxta ipsius n. methodũ de obiecto prius, quàm de potetia dicendũ erat?

Respondeo, quòd si Arist. de sensu sensum in cõmuni, vtique à sensibili exordium inuissit: sed ita non fecit, sed solum propositionẽ quãdam sensus uis potetij commuẽ adhibuit, scilicet passiuas esse, reduciq; ad actũ agentẽ rante, & ab obiecto, aliter & aliter: ob id non peruertit sibi propõsitã methodũ, quã dicitur, quòd indagãdo quid est potetia, incipiatur ab obiecto.

M Propo-

1. Probatur ex Arist.

1.

2.

3.

2. Probatur ratio ne.

Reijciatur solutio.

4. Ratio.

Ad Ar- gum. ini- tiouõis facta.

Not. rextus Aristot. expositio nem.

De obiecto sensus in cõmuni tractatur.

Dubiũ, cur nunc de obiecto agat. Solutio.

Diuisio & subdiuisio sensibilibus
Propositio igitur sensibilibus diuisio
& subdiuisio. Quædam enim sunt
per se, quædam per accidens. Et eorū
quæ per se, quædam cōmunia quædam
propria sensibilia sunt, vt liceat tria
sensibilia facere, proprium per se, cō-
mune per se, & per accidens.

Defensio proprii tripliciter describitur:
primò esse id, quod à nullo alio
percipitur sensu, præter illū, cuius est
obiectū: quo modo color, visus est pro-
prium obiectū: non enim ab alio perci-
pitur, & sonus auditus, sapor gustus: &
qualitates primæ, quæ non habent cō-
mune nomen sunt tactus.

1. Altera descriptio est. Sensibile pro-
prium est, circa quod non errat sensus
cuius est: vt visus non errat circa colo-
rem, nec auditus circa sonum: nō enim
colorem pro non colore, & sonum pro
non sono, percipiunt. Explicat tamen
quod errent in subiecto, vel loco, vt q.
sit coloratū, & vbi sit: quod nos in Quæ-
stione statim sequenti exacte declara-
bimus. Tertiam descriptioem in fine
capitis ponit.

2. Nota. Hic nota, quomodo dicit Arist. vnū
quemq; sensum exteriorem iudicare
de suo proprio obiecto: ergo agit, nam
iudicare quis ignorat, esse agere.

3. Nota. Hic nota, quomodo dicit Arist. vnū
quemq; sensum exteriorem iudicare
de suo proprio obiecto: ergo agit, nam
iudicare quis ignorat, esse agere.

Nota. Hic nota, quomodo dicit Arist. vnū
quemq; sensum exteriorem iudicare
de suo proprio obiecto: ergo agit, nam
iudicare quis ignorat, esse agere.

De sensu cōmuni, quid sit.

Communitas autem motus, quies.
Sensibile commune dicit esse, quod
non vno, sed pluribus percipitur
sensibus, vt motus localis, qui visui, &
tactui dignoscitur potest, vt patet: tactu
enim & visu motum pulsus sentit Me-
dicus, visu & auditu equum currentē
percipimus.

2. cōmunia sensibilia numerantur.
Enumerat autem quinque cōmunia
sensibilia, de quibus disseremus post.
Huiusmodi sunt, Figura, Magnitudo,
Numerus, Motus, Quies.

Nota. Aduertendum, quod cōmune sensi-
bile sentitur & immutat sensum: ob id
dicitur per se: aliter enim esse per acci-
dens, vt declarabitur in sequenti textu.

Secundum accidens autem dicitur.
Tex. LXXV.

Sensibile per accidens, describitur il-
lud esse, quod non immutat sensum
nec ab eo paritur sensus, vt tale est, ni-
si quia cōiungit cum sensibile per se,
vt filius. Diaris, si albus sit, dicitur sen-
sibile per accidens, & dicitur videre
nos filium Diaris: sed nō immutat sen-
sum, qua parte filius est, sed qua parte
albus est.

Sensibile ergo proprium, & cōmune
agunt in sensum per se, illud in vnū
hoc in plures: per accidens autem sen-
sibile, non per se, sed per alia.

Statim comparat vtrunque sensibile
per se, dicens proprium esse magis p-
prie per se sensibile, quàm commune.

Causam dat: quia organi cuiusque
temperies magis est proportionata, &
adæquata proposito, quàm cōmunis,
vt post declarabitur.

Ex quo possumus sumere tertiā de-
scriptionem proprii sensibilibus, putā q.
propria organi tēperatura correspondet
vel secundum Philoponū, ad quod
talis potētia refertur. Est enim potētia
relatiuū, & quæque ad proprium re-
fertur.

An sensus erret circa sensibile proprium?
Quest. XIII.

Arist. vnam ex descriptionibus
proprii sensibilibus assignauit, q.
circa ipsum non contingit sen-
sum errare, videtur, nō esse id verum
nam commune, & set etiam propriū:
quia circa commune non contingit er-
ror. Quod probatur: quia non est er-
ror, vbi non est veritas: at in sensibus
nulla est veritas cū non componant
nec propositionem formant: ergo nec
error.

Quod si adhuc errorem posse esse
dicas: circa propriū error erit: nam vi-
sus aliquando album à longè postū
percipit p nigro, vt dicitur 3. Meteor.
cap. 4. & colores apparet in iride, qui
verè non sunt, vt ibidē dicitur, simili-
ter in.

1. Argu. ad partē
affirma.

2. Argu. à nume-
ratione
multorū
errorū
sensu.

Defensio per
accidens,
quid sit.

Nota cō-
paratio-
nem ad
differen-
tiā sensi-
biliū in-
ter se, p
proprij,
cōis, & p
accidens.
3. descri-
bitur sē-
sibile p
prium.

ter in collo columbæ: & infirmus gustu
iudicat amarum cibum, qui tamen
dulcis est: est ergo error in principio
sensibili.

In quo consistat
quæstio
nis diffi-
cultas.
1. Opin.
Auer.

Difficultas consistit in hoc vno expli-
cando: quomodo sensus dicatur non
errare circa sensibile proprium, sunt
autem diuersa placita. Auer. in præ-
senti communē dicit, quod in maiori
parte non decipitur sensus circa pro-
prium sensibile: vt visus non decipitur
in colore, an sit album, vel nigrū, sed
an sit nix, vel aliud quid.

Reijci-
tur opi.
Auer.
1.
2.

Ista sententia reijcienda est. Primò
quia absolute dicit Arist. sensum non
decipi circa proprium sensibile, & non
solum, quòd maiori ex parte.

Præterea, falsum est ipsius exemplum.
Visus enim decipitur in albo, & nigro:
vt diximus ex Arist. album à longè ni-
grum apparet.

2. Opin.
Albert.

Altera sententia est Alberti. tract. 3:
cap. 5. quæ sequitur Apollin. q. 13. di-
cit, quod nullo modo sensus decipitur
in proprio sensibili: quia error debet
cōsiderari iuxta speciem receptam: &
quia semper producit sensatio, qua-
lis est species, nō est deceptio. Vnde si
album apparet nigrū, tamen visus nō
decipitur: quia species talis albi distā-
tis nata est facere productionem nigri
sensationis, similiter species quæque
producit sensationem, qualis ipsa est,
quæ variè se habet ratione medij &
dispositionis organi diuersæ.

N
O
T
A

Hæc sententia non videtur planè sa-
tisfacere. Primò: quia quauis species
talem sensationem faciat, qualiter ip-
sa se habet, tamen hoc vocamus erra-
re, quando aliam facit sensationem, &
aliter, quàm res se habeat. Præterea,
quia illo etiam modo, nec esset error
circa commune sensibile: quod tamen
est falsum.

Reijci-
sententia.
1.

Hæc sententia non videtur planè sa-
tisfacere. Primò: quia quauis species
talem sensationem faciat, qualiter ip-
sa se habet, tamen hoc vocamus erra-
re, quando aliam facit sensationem, &
aliter, quàm res se habeat. Præterea,
quia illo etiam modo, nec esset error
circa commune sensibile: quod tamen
est falsum.

3. Opin.
cōis The-
mis. Sim-
plic. &c.
Triplex

Tertia sententia est cōmunis, quæ
est Themistij, cap. 12. & Simplicij, &
Iand. q. 17. Hi limitant propositionē
Aristo. triplici conditione. Prima est,

quod sit organi debita dispositio, ali-
ter enim error accidet in priori obie-
cto: vt lingua malè habentis ob indis-
positionem iudicat de amaritudine cū
errore. Altera est, quod sit mediū de-
bitè etiam dispositum: vnde, per vitru
rubeum res cōspecta, apparet rubea:
Tertiā, quod sit debita distantia: res
enim à longè alterius apparent colo-
ris, quàm sint.

Hæc sententia non etiā euacuat to-
tam difficultatē, licet magna ex parte
veritatē attingat: vnde, si perpēdis, va-
lidum argumentū videtur esse contra
ipsam. Nam Arist. dedit hanc descrip-
tionem propriam obiecto proprio, vt
distinguitur circa commuæ.

Ob id aliquid addendum est huic
opinionem communi, vt in aliquo sensu
Aristotelis dicto nulla sit apponenda
limitatio, sed vniuersaliter est profe-
renda propositio illa, aliquo saltē mo-
do: quàm vt intelligas, aduerte. At si
tres has limitationes apponas, etiam,
vt videtur, conueniet communi: non
enim sic errabit, tripliciter posse intel-
ligi, sensum errare circa sensibile pro-
prium: Vno modo, circa rationem cō-
munē: vt si sonum pro nō sono auditus
perciperet, & gustus saporē pro non sa-
pore. Secundò, in particulari ratione,
vt album pro nigro, amarum pro dul-
ci. Tertiò, in applicatione subiecti, vel
loci, vt si album appræhederet in alio
subiecto, vel loco, quàm est.

Dico igitur primò, quod sensus nul-
lus potest errare circa rationem com-
munē sui subiecti: nec in hoc est opus
vlla limitatione: vt visus non percipiet
nisi cū visibile est, nec gustus perci-
piet, nisi saporē: & hic esse videtur sen-
sus Arist. vt ex ipsa litera patet. Circa
cōmunia enim errat, vt circa motum,
circa quietem, & alia: quod enim quie-
scit, moueri, quod mouetur, quiescere
aliquando apparet.

Obijci tamen posse, quod in aliqui-
bus sensibilibus cōmuni bus secundum

M 2 ratio-

condicio
requisi-
ta ne er-
ret sen-
sus.
1.
2.
3.

Obijci-
tur con-
tra hanc
sententiā

4. Opin.

Nota tri-
plici mo-
do posse
sensum
errare.
1.
2.
3.

Quo nū-
quam er-
ret sen-
sus, &
quomo-
do erret

Obiect.

rationem communem eorum, idē con-
tingat, vt scilicet in genere subratio-
ne communē non possit esse deceptio,
vt, v.g. in magnitudine. Nā quidquid
videtur, necessariō sub aliquā mag-
nitudine videtur: & apparet: & sine om-
ni magnitudine videtur nō posset, sicut
nec sine omni colore. Idē in res durā-
tione seu tempore. Nā necessariō vi-
detur res durare aliquo tempore: si
omni careret tempore, vel duraret tā-
tum per instans, non videretur. Idem
in numero. Nam necessariō apparet
res vna esse, vel plures, imō & neces-
sariō sub aliqua figura videtur. Qua-
re videtur eadem etiam ratio in com-
munibus sensibilibus?

Solutio. Respondendū est primō, quōd, quā-
uis in istis accidat, tamen nō in alijs
sensibilibus communibus, vt in motu,
ac quiete. Deinde, color primō, vt
color, conuenit, alijs vero, secundariō
& per colorem: & idem dicendum in
alijs sensibus.

Dico secundō. Sensus decipitur cir-
ca rationes particulares obiecti, vt al-
bū apparet nigrum aliquando, & dul-
ce amarum, vt notum.

3. Dico tertio, quōd in applicatione tā
proprie & particulare, quā commu-
nes, decipitur. V.g. manus post vitū
rubrum rubra apparet: hic non est de-
ceptio in rubore, sed applicatione sub-
iecti: non enim est rubor in manu. Si-
militer color vitreae fenestreae apparet
in pariete, sed non errat in loco.

**No. cir-
ca intel-
ligentiā
Arist. cō-
tra Aue-
ro.** Ex hoc est, quōd dixit. Aristoteles
in textu quōd visus non errat in colo-
re, sed in quid sit coloratum. Nec intel-
ligas per quid coloratum, quid dicitatem
coloratum, quod malē intelligit Auer-
roes: sed intellige subiectum, scilicet,
quae res sit colorata. Similiter gustus
infrani non decipitur in amaritudine:
est enim verē amaritudo in salina ip-
sius, sed in applicatione.

Nec intelligas cum Apollina, quōd
Intellectus est, qui errat indicando in

hoc enim falsum est: nam est ipse sen-
sus error: visui enim offertur manus ru-
ba, quae talis non est.

Vide ergo, qualiter duplici er-
ror ea erant in sensibili proprio, sed nō
primō modo, de quo loquitur Aristoteli
circa commune verō omnibus tribus
modis errare con ingit.

Vnum ex his sequitur, quōd illa cō-
ditiones tres assignatae ab opinione cō-
muni, sunt verae, & conducunt, ne sit
error secundo, nec tertio modo in sen-
sibilibus proprijs, imō etiam similiter
in cōmunibus sensibilibus, sed potissi-
mum in proprijs. Nam aliquando, om-
nibus illis conditionibus, positis esse
posset in communibus deceptio, vt in
motu, & figura, & numero, & non in
proprijs, ita, vt certe, & verē per sen-
sum conuenit sensibile proprium, v.g.
color, quod scilicet sit aliquid album,
vel nigrum, & tamen ignoretur, nec
videatur quae sit figura eius, quaeque
quantitas, & an quiescat, vel mouea-
tur res illa, quae verē videtur alba, vel
nigra: atque ita liquet, opinionē illam
communē, veram esse, ita intellectam
& coaddito, quod diximus. Haec est igitur
huius difficultatis solutio, & simi-
liter expositio Aristotelis.

Argumento si solutio patet. Ad pri-
mum dico, quōd loquimur de veritate
simplici, quae cognoscitur & apprehen-
ditur res, sicut est in se: & ista etiam est
in sensu.

Ad secundum ex dictis solutio patet.
Vni tamen nota, quōd color pro
isto colore mixto non est primam ob-
iectum ipse visus, sed vt lumen & lu-
cem comprehendit, & in hoc visus er-
rare non potest.

An sensibile commune propriam sensui im-
primat speciem?

Quest. XIII.
Difficilis quidem haec est quaestio,
sensus autem ipse primō explicandus erit. Diximus
supra

Reijci-
tur pri-
ma cau-
sa Auer-
rois.
Opinio-
nis quō-
modo, &
quatenus
sit vera.

Ad 1.
Ad 2.
Not. ob-
iectū p-
priū vi-
sui.

superiōs, quōd sensus non percipit ob-
iectum, nisi recepta aliqua qualitate,
& specie ab illo. Cum igitur ex Aristoteli
percipiamus duo, & proprium, & com-
mune obiectum: dubitare quis posset,
an id fiat per vnā speciem, an per duas
distinctas, ita, vt per vnā, colorem,
per alteram, magnitudinem corporis
& figuram percipiamus?

**1. Argu-
ad partē
affirma.**

Videtur autem, quōd debeant esse
distinctae. Primō: sumo coloratū cum
mouetur: peto, Vel imprimi tantum
quod imprimebat antequam mouere-
tur, vel aliud. Si aliud, habetur inten-
tum: quōd motus per speciem priā
videtur: Si non aliud: ergo nō percipie-
tur res moueri, sicut nec antē.

2. Argu.

Præterea secundō. Sumo coloratū
corpus triangulare, & postea facio idē
quadrangulare: peto, Vel imprimitur
sola species coloris, & sic eodē modo
apparebit, sicut antē: vel imprimitur
aliud, & habetur intentum: hoc erit
species figuræ.

3. Argu.

Præterea tertio. Magnitudo, figura,
color, sunt forma diuersae: ergo per vnā
speciem non possunt cognosci, sed per
varias, ergo quodque sensibile pro-
prium imprimi speciem.

4. Argu.

Præterea quarto. Sensibile per se
immutat sensum, & potētia patitur
ab eo: at commune, est sensibile per se:
ergo immutat sensum per se, hoc autē
non faceret nisi imprimēdo propriam
speciem: ergo imprimi.

1. Opin.

Est igitur prima sententia Auerrois. cō-
65. & duas causas assignat, quare sen-
sibile commune sit per se. Altera est:
quia est coniunctum necessariō cum
sensibilibus proprijs, id est, proprium
sensibile non potest percipi absque cō-
muni: non enim albedo absque quāto
percipi potest. Altera est, quia sensibile
commune est obiectum propriū
sensus communis.

2. Opin.

Auerrois explicat, per sensum cō-
mune, nō significare illum primum
interiorem sensum, sed quencūque

particularem, vt sensus est: erit igitur
sententia Auerrois, quōd visus perci-
pit quantum, non vt visus, sed vt sen-
sus: & denique commune sensibile est
propriū quidque sensui, non vt aliis
sed vt sensus est.

Vtraque ista conditio non est satis,
quantumque sic explicent, & defende-
re conetur Auerrois. Probatur
de priori. Peto itaque cum dicitur sensi-
bile commune sic necessariō cum sensi-
bili proprio, Vel significare, quōd cō-
mune absque proprio sentiri non possit:
& hoc nihil est. Nam sensibile per ac-
cidents hoc etiam habet: vel significat,
vt ipsi volunt quōd propriū absque cō-
muni non sentiri potest, & hoc probat,
quōd solum quantum est commune:
nā sine motu, & quiete, & numero per-
cipi possunt obiecta propria.

Nec secundā conditio seu causa est
satis, imō nec vera: quia visus non per-
cipit, vt sensus est, figuram: non enim
figura, etiam ipso Auerrois fatente,
respicit sensum, vt sensus est, quia solo
visu & tactu percipitur. Sunt etiam
alia, quae non omnibus sensibus perci-
piuntur, & sic non respiciunt sensus,
vt sensus est.

Quidquid tamē de his sit, ex Auer-
rois non habetur distincte, an per di-
stinctam speciem percipiatur cōmu-
nia sensibilia magis, videtur tamen in-
dicare negatiuā partem.

Alter sententia est Aegidij, in præ-
senti, & Scot. 4. sent. d. 11. q. 3. & Iā dun-
q. 18. quae tribui solet etiā Albertraet.
3. cap. 5. sed nō videtur id dicere, cum
cap. 4. oppositū doceat, vt dicemus. Hi
tenent, quōd cōmunia sensibilia ha-
beant propriam speciem distinctam à
specie sensibilibus proprijs. Horum argu-
menta sunt proposita in principio.

Tertia sententia, est S. Tho. vera in
praesenti, & Philop. & Caiet. Thie. &
Pauli Veneti, cap. 11. Pro cuius intel-
ligentiā aduertendū, quōd in specie
possumus duo considerare. vnum est.

Reijci-
tur pri-
ma cau-
sa Auer-
rois.

Reijci-
tur secū-
da cā
Auer-
rois.

Nota.

2. Opin.
Aegid.
& dco. scē
sibilia
commu-
nia pro-
ducere
propria
speciem
3. Opin.
S. Tho.
vera, &
Philop.
& c. sen-

ibile co-
mune
non pro-
ducere
propria
speciem
sed in-
ficare
speciem
sensibilis
proprij.
Nota.
in specie
esse duo
entitate
& modis.
Expri-
mitur.
D. Tho.
sententia

ipsa entitas, & substantia speciei. Al-
terum est, modus ipsius, quod sic, vel ali-
ter se habeat. Ut est exemplum. In al-
bedine possumus considerare ipsam
albedinem, & modum ipsius, scilicet
quem aliter se habet in corpore trian-
gulari, aliter in quadrangulati, & sic
etiam in specie.

Dicunt igitur, quod una est species,
qua sensibile proprium, & commune
simul inmutant sensum: tamen pro-
prium sensibile producit speciem quo-
ad entitatem suam, at commune dat mo-
dum, quem. Quod est dicere: Colora-
tum speciem producit, at quia colora-
tum est talis figura, vel talis magnitu-
dinis, vel inouetur, vel quiescit, vel
num, vel multiplex est, hoc id tale, vel
talem speciem producit, non distincta
sed modificata, & aliter se habentem
& hoc pacto eorum commune sensibile
dicitur agere in sensum, quamvis non
per propriam speciem. Hac est senten-
tia S. Thomae, & aliorum.

1. Cocl.
Sensibile
coe non
imprimi
speciem
distincta
a proprio.
Nota ex
Alber.

Circa huius resolutionem sit prima
Conclusio: quod sensibile commune
non imprimi speciem distinctam a spe-
cie proprii sensibilis.
Pro huius probatione, aduerte vnu
ex Alberti tract. 3. cap. 4. quod sensus
non percipit formas sensibiles in ab-
stracto, sed in concreto, & in individuo.
Ut, visus non videt albedinem, sed hoc,
vel illud album: gustus non percipit sa-
poris, sed hoc, vel illud dulce: Ut enim
corpus sine colore, ita etiam color sine
quantitate, incommensurabilis est: quod etiam do-
cet Arist. de sensu, cap. 6. in principio.
Sensus coniunctorum, & singularium
sensibilium perceptiuus est, non ipsa-
rum formarum. Vnde notat Albertus
quod Philosophi non dicunt sensus per-
cipere formas singulares, sed intentio-
nes: intentio enim significat speciem to-
tius. Ex his habemus vnum, quod sen-
sus proprium sensibile cum communi
inseparabiliter, & per modum vnus
percipit.

Nota 2.

Hinciam sumo argumentum primu.
Sensus per modum vnus conuenit,
percipit singulare proprium et com-
muni sensibile: ergo per vniam simpli-
cem speciem illud, quod percipit: si
enim per duas realiter distinctas, uti-
que non per modum vnus perciperet
cum illis species nullam vnionem inter
se faceret: & est, ut mihi videtur, opti-
mum argumentum.

Probatur secundum. Sequeretur, quod
vtrique per se esset sensibile, & quan-
tum absque colore, si esset, & color absque
quanto, quod tamen impossibile est sen-
sire. Probatur secundum. Si vtrique spe-
ciem producit immediate, utique, vtrius-
que sua produceret specie, & non vnum
per alterum, tunc ultra sequitur, si duae
formae immediate suos effectus produ-
cunt, & non vna per alteram, quantu-
cumque se patentur illis adhuc produ-
cent. Ut si calor calefacit in corpore
albo, & non per albedinem, & albe-
do disgregat, & non per calorem, se pa-
rata illa forma adhuc operabuntur.
Sic igitur de Quantitate, & de Colore erit
in specie producentia singularum pro-
pria, & distincta.

Præterea tertio. Quia dicant mihi
isti, quæ species erit a numero distin-
cta ab alijs proprijs? similiter, quæ a
motu, & quæ a quiete? Profecto etiam
si fingere velint, non videntur inueni-
re posse. A multitudine enim quomo-
do vna species simplex erit, & a motu
nona species permanens, & a quiete,
quæ priuatio est, vna positua? Vanu
ergo est id affirmare.

Secunda Conclusio. Sensibilia com-
munia modificant speciem sensibilis
proprij, ut declaratum est in sententia
S. Thomae. Cum enim proprium cum
communi simul, & vt vnus percipia-
tur, vna erit species taliter se habens,
ratione ipsius entitatis cognoscuntur
proprium, ratione modi cognoscetur
commune sensibile. Vnde commune
agit quidem in sensum, non secundum
substan-

1. Ratio.
2. Ratio.
3. Ratio.
1. Cocl.
Sensibi-
lia com-
munia modi-
ficant spe-
ciem sensi-
bilis prop-
rij. Ra-
tio, con-
clusio.

substantiam speciei, sed secundum mo-
dum ipsius.
3. Cocl. Tertia Conclusio. Sensibile per ac-
cidents, nec quo ad substantiam, nec quo
ad modum in sensum exteriorem agit
sed coniunctum est cum eo, quod est
sensibile per se.
Nota ex S. Thom. lect. 13. tria esse
necessaria, vt sensibile per accidens
cuiusmodi tamen cum cognita est, fa-
cile cognoscitur, saltem corporeæ.
Ex his facile est soluere argumenta.
Primum, & secundum solum probant
variari modum in specie, non autem
ipsam multiplicari.
Ad tertium dico, quod licet in se di-
uerse fiat, tamen, vt ad sensum ordi-
nantur, rationem vnus habent, & sic
vna specie cognoscuntur, quamvis alio-
ter, & aliter reperitur eorum modus
substantia in specie.
Ad quartum dico, quod immutant
non probando substantiam speciei, sed
modum: & hoc sufficit, vt fiat per se
sensibilia.
An sensibilia communia sensu exteriore per-
cipiantur. Quest. XV.
DE Aristotelis sententia nulla
est controuersia: ipse enim
manifeste communia per se sen-
siri, docet sensibus exteriore-
bus. Sed hoc non videtur verum, &
est primum argumentum. Quis di-
cit priuationem: at priuatio, cum ens
rationis sit, a nullo sensu per se potest
percipi ergo non est sensibile per se.
Secundo. Si sensus numerum per-
ciperet, utique id esset datum beatiss.
at bruta non percipiunt numerum,
cum non possint numerare: solus enim
homo inter omnia animalia nume-
rare scit, vt docet Aristoteles, sect. 3. v.
problemat. quest. 7. qui petit, quare
hominis sit danda fides? respondet quod
solus scit inter omnia numerare, & solus
Deum veneratur: non ergo est sensibilis
per se numerus, sed ad rationem spectat.
Præterea tertio. Motus non potest
perci-

lute, vt paulo ante dixi.
Tertia conditio est, quod facile possit
illud sensibile per accidens cognosci a
potentia per se cognoscere. Vnde sub-
stantia non dicitur propria sensibus
accidens: non enim facile ex tali cog-
nitione intellectu percipit illa in prin-
cipio, modo tamen cum cognita est, fa-
cile cognoscitur, saltem corporeæ.
Ex his facile est soluere argumenta.
Ad 1.
Primum, & secundum solum probant
variari modum in specie, non autem
ipsam multiplicari.
Ad 3.
Ad tertium dico, quod licet in se di-
uerse fiat, tamen, vt ad sensum ordi-
nantur, rationem vnus habent, & sic
vna specie cognoscuntur, quamvis alio-
ter, & aliter reperitur eorum modus
substantia in specie.
Ad 4.
Ad quartum dico, quod immutant
non probando substantiam speciei, sed
modum: & hoc sufficit, vt fiat per se
sensibilia.
An sensibilia communia sensu exteriore per-
cipiantur. Quest. XV.
DE Aristotelis sententia nulla
est controuersia: ipse enim
manifeste communia per se sen-
siri, docet sensibus exteriore-
bus. Sed hoc non videtur verum, &
est primum argumentum. Quis di-
cit priuationem: at priuatio, cum ens
rationis sit, a nullo sensu per se potest
percipi ergo non est sensibile per se.
Secundo. Si sensus numerum per-
ciperet, utique id esset datum beatiss.
at bruta non percipiunt numerum,
cum non possint numerare: solus enim
homo inter omnia animalia nume-
rare scit, vt docet Aristoteles, sect. 3. v.
problemat. quest. 7. qui petit, quare
hominis sit danda fides? respondet quod
solus scit inter omnia numerare, & solus
Deum veneratur: non ergo est sensibilis
per se numerus, sed ad rationem spectat.
Præterea tertio. Motus non potest
perci-

3. Cocl.
tio, vt sit
sensibile
per accidens.
Ad 1.
& 2.
Ad 3.
Ad 4.
1. Arg.
ad partem
negati-
uam.
2. Argu.
3. Argu.

percipi absque memoria partium pre-
teritarum conuictarum cum sequenti-
bus, at sensus exterior non habet memo-
riam: ergo non percipit motum per se.

4. Argu. Præterea quarto. Videntur esse plu-
ra sensibilia, quam quæ ponuntur hic.
Nam 2. de anima, text. 33. ponit præ-
ter ista, vnum, & de sens. cap. 4. ponit
alia quatuor, scilicet obtusum, acutum,
asperum, & lene.

5. Argu. Præterea quinto. Perspectiui ponit
decem, & nouem: vt patet ex Vitellio
ne, lib. 3. in principio, & patet de ali-
quibus, æquale, & inæquale, simile, dif-
simile, maius, minus: experimur enim
bruta illa percipere: nam canis videt
ossa maioræ relinquit minoræ, & equus
sequitur vias rectas, relinquit asperas
& infractuosas.

Hæc sunt argumenta ad quorū reso-
lutionem aliqua sunt notanda, ex qui-
bus tota difficultas euacuatur. Primum
est, declaratio illorum sensibilibus com-
muni quæ ponit Aristoteles.

Aduertendum ergo per magnitudi-
nem intelligi molem & corpulentiam rei
per figuram: quæ corporibus natu-
ralibus inest, per numerum: & eadem
continuationem.

Nota. Vbi notandum, quod numerus du-
pliciter considerari potest. Vno modo,
vt mensura est eorum numeratum, &
sic nullus numerat, nisi homo, quia nu-
merum comprehendit, percipitque: ef-
fectus quatuor, vel tria, vel plura. Altero
modo dicit ipsam discontinuationem,
& multitudinem: & hoc visu, & sensu
percipitur, & ipsius oppositum esse vnum,
quod conuictionem, & continuationem
reid dicit.

Per quietem, rei consistentiam sub
vno situ intelligimus: per motum autem
recessum à situ, & multipliciter se-
cundum locum: & hæc omnia, non quæ-
rit ad quid sint, sed materialiter, & se-
cundum quod existit in re, vel potius se-
cundum quod sunt modi corporis sensi-
bilis sic vel aliter se habentis. Hæc est

igitur declaratio illorum sensibilibus.

Aduerte secundum, quod non dicantur
sensibilia communia, quia singula
omnibus sensibus exterioribus perci-
piantur, sed vel omnibus vel pluribus,
seu multis, vt notant Simpli. Philop.
Auerro. & S. Thom. quæuis aliqui ve-
lunt, quod omnibus, inter quos videtur
Themist. sed hoc videtur contra Ari-
stotelem, qui de Sen. cap. 4. dicit expressè
figuram, & magnitudinem, esse com-
munia sensibilia, si non omnibus sensibus,
saltem, inquit, visui, & tactui.

Dicamus igitur cum his auctoribus.
Figura & magnitudo visu, & tactu cog-
noscuntur, non autem alijs sensibus: nu-
merus autem omnibus. De tactu, & vi-
su certum est: de auditu, probatur quia
sentit harmoniam, in qua pluralitas
est sonorū. Præterea gustus simul duos
sapores percipit, & diuersitatem, ac mul-
titudinem percipit: similiter etiã olfactus
plures simul odores percipit. Motus &
quies, visu & tactu percipiuntur, vt no-
tum est, similiter auditu: hic enim per sen-
sum continuū approximationem perci-
pit corporis, qui motus est: similiter
elongationem: eodem modo olfactus.

At de gustu negat Philop. dicens, quod
non percipit gustus motum corporis,
vt gustus est, nisi vt tactus est. Conueni-
unt enim in lingua vterque sensus,
scilicet gustus, & tactus. Dico tamen
cum alijs, quod etiã gustus illa percipit:
nam gustu sentimus extensionem saporis
immutatis variis partibus linguae.
Vnum posset hic addi, quod magni-
tudo omnibus percipiatur sensibus:
nam cum omnia sensibilia propria in
magnitudine sint, videtur quod non
possunt immutari nisi per species mo-
dificatas à magnitudine, & sic ab om-
nibus percipiuntur, quantum imperfectè
ab alijs præter visum, & tactum, at
vnum sicut & visus, ab omnibus perci-
piuntur sensibus.

Aduerte tertium, quod difficultas est,
an ista communia sensibilia solo sensu
exte-

Secundum
sensibile
commune
dicitur,
quod vel om-
nibus, vel
pluribus
sensibus
exterioribus
percipiuntur.

Quibus
sensibus
exterioribus,
quæ sen-
sibile com-
mune percipiuntur.

Dubium
de gustu

3. Propo-
nit sci-
pua diffi-

uitas, exterioris, an simul cum sensu interio-
re percipiatur? Apoll. quæst. 18. sensibilia commu-
nia solo sensu communi per se perci-
pi arbitrat.

Perspectiui, percipi à sensu exteriori,
sed non solo, nisi concurrente sensu
communi: & ita dicunt solum colorem:
1. Opin. & lucem à visu spoliato percipi: vocat
2. Opin. sensum, spoliatum solum sensum exte-
riorem, remoto interiori.

Sed ista omnia iam sunt euacuata.
Diximus enim, quod sensus percipit
sensibile proprium, & commune, nisi
coniunctè, & per modum vnius: vt ergo
quique sensus percipit sibi proprium
spoliatus, ita percipit commune, quæ-
uis non omnia, vt dictum est: nec est
opus actione sensus interioris concur-
rentis.

Ad ea, quæ ab Arist. posita sunt, fa-
teor, quod illa, quæ in argumentis quibus-
dam sunt posita, non percipiuntur à sensu
exteriore spoliato, sed concurrente
actione interioris sensus: & idem forte
san ab Arist. prætermissa sunt, tanquam
non absolute communia per se.

Aduerte quarto, quod in comuni-
bus sensibilibus multipliciter errant
sensus, & in ratione communi, & in par-
ticulari, & in applicatione subiecti, &
in loco, vt supra diximus. Quæ enim
mouetur, aliquando quiescere, & quie-
scentia, moueri videtur: & res per me-
dium motum visa moueri videntur.
Sunt alia multa, quæ cuilibet nota
sunt, & in capite sequentium aliquorum
rationem reddemus.

Notandum tamè, quod dupliciter
dicitur sensus errare. Vno modo, cum
in ipso error est, vt album nigrum, &
magnum paruum oculis representatur.
Altero modo, cum est causa erro-
ris in intellectu, vel alia potentia, &
hoc modo error accidit in sensibilibus,
per accidens: errat enim intellectus
vel potentia interior, ob sensum exte-
riorem, vt visus albo, errat intellectus

putans esse lac, & visio liquore errat.
Aestimatiua bruti, iudicans aquam
Per hæc facilis est solutio propositarum
difficultatum.

Ad primum dico, quod quies non
formaliter pro priuatione suatur,
sed materialiter pro re consistente, &
permanenter se habente in vno situ.

Motus autem similiter non formaliter
ter pro fluxu continuæ, sic enim argui-
mentum procedit, sed materialiter pro
realiter se habente secundum suum situm.

Denumero autem iam diximus, non
sunt promensura. Vnde versat obie-
ctio Gregor. Nyssæ. lib. de viribus ani-
mæ, cap. 3. qui dicit sensum non posse
cognoscere numerum ultra quatuor,
nec figuram plurium: quatuor angu-
lorum nam nec id percipit in ratione
mensuræ, nec in figura.

Ad quartum dico, quod vnum reducit
ad numerum, reliqua ad figuram.

Ad quintum dico, quod Arist. non po-
suit illa, vel quia non sunt pure per se,
vt diximus, vel quia sub alijs, vt in qua-
sa, continentur: sub figura enim simi-
lilitudo, & dissimilitudo, sub magnitudi-
ne æqualitas & inæqualitas, & maius,
vel minus, concluduntur.

CAPVT SEPTIMUM

Cuius signum est visus. Text. LXVI.



DE SINGVLIS in De fr-
particulari exterioribus, gulis se-
potentijs: sensuum tra- sibus
ctaturus, merito à visu partici-
pauit ex ordinem. Nam lari, &
visus est nobilior alijs omnibus, vt sen-
sus est, tactus quidem est necessarius, vt
non propter suam cognitionem, sed
propter suam temperiem, in qua anti-
malis vita etiam consistit, at visus ob
cognitionem ipsam, antecellit & ta-
ctum, & alios. Visus ex-
cellit: lios in q-
taur. M 1 veria-
taur.

Primò
explicat
hæc sen-
sibilis
communia.
Quid p
magni-
tudine,
figuram
& nume-
rū intelli-
gat. Hic
quid
omissū.
Not. nu-
merū du-
pliciter
conside-
rari.

Quid p
quiete,
& motū.
Nota.

verfatur enim circa lucem & lumen, quae reliquas superant sensibiles qualitates: similiter videmus caelestia corpora, quae dignissima sunt.

Secundo, in obiecti vniuersalitate, sentimus enim corpora, quae nullo alio sensu percipi possunt, scilicet corpora caelestia, & astra, similiter corpora mollia, sed non habent sonum, & ignem, & terram, quae carent sapore, & odore.

Tertio, in corporum differentia: visum enim distinguimus in innumeras figuras, & corporum modos, quos nullus percipit sensus. Ob id Aristotel. 1. Metaphysic. cap. 1. dicebat, quod visus maxime diligitur ad scientias inueniendis: quia multas differentias rerum manifestat: quod si magis inuamur auditu ad scientias, id est per accidens, quatenus voces ad significandum, sunt impositae, non enim ex natura sua significant, & quatenus per alios scire volumus.

Quarto, in immaterialitate & altitudine cognitionis, quod apparet ex tribus. Primo, ex citissima & velocissima cognitione, quae omnes alios antecedit, ut, multo ante videtur fulgur, quam audiatur tonitruum, cum simul fiat. Secundo, in clara, & manifesta cognitione. Tertio, in eo, quod vno contrario non impeditur ad alterius cognitionem: gustus enim, qui percipit amarum, manet per tempus ineptus ad dulce, similiter qui libet alius. Non sic visus, imò album, & nigrum, simul perfecte videt. Adde etiam quartum, in distantia enim remotissima videmus: merito ergo à visu incipit, ac iuxta ipsius methodum ab obiecto.

Incipit igitur ab obiecto. Quia autem dixerat in fine textus precedentis, quemque sensum ad proprium referri obiectum, & non ad commune, ex hoc sermonem continuans, dicit, visum per se referri ad visibile, ut ad proprium obiectum.

At quod sit istud visibile, exponit per enumerationem inferiorum, scilicet, est color, & praeter alia, scilicet qualitates, quae multa etiam noctu videntur, ut Lampyrides, & conchae, & ligna putrefacta, de quibus inferioris dicitur: oratione ergo explicari potest obiectum visus, non tamen vnicum est nomen: sunt enim alia, praeter colorem, quae videntur, de quibus in processu capitis dicit se dicturum.

Primo tamen colorem explicat, dicitque ipsum esse visibilem. At qualiter visibile sit, dicens, ponit haec verba. Est in eo, quod est secundum se visibile, secundum autem, non ratione, sed quia in se habet causam, ut sit visibile. Quae verba varie exponuntur. S. Thom. & Caeteri & communiter Latini, & Auerr. hunc sensum facere arbitrantur, quod color non sit visibile secundum se ratione, id est, in primo modo dendi per se, ut praedicatum sit de definitione subiecti: non enim color est visibile, est essentialis praedicatio, sed est in secundo modo, quia subiectum est causa praedicata: ut homo est causa visibilitatis, ita & color visibilitatis.

Haec expositio non placet: non enim est consentanea literae Aristotel. Non enim dicitur color est visibile secundum se, sed in eo est, quod est visibile secundum se. Praeterea, non est doctrina omnino vera: quia visibile non est in secundo modo dendi per se de colore. Color enim non est de definitione visibile, sicut nec homo est de definitione sensicui: quia visibile immediate praedicatur de colore: sunt enim alia visibilia praeter colorem, ut dixit Aristotel.

Dico ergo cum Themist quem sequitur Simpl. & Philop. quod Aristot. vult declarare, qualis color sit visibile. Dicit autem esse eum, qui est in superficie corporis. Superficies autem est secundum se visibile, non quod ipsa videatur: sed quod ipsa sit, quae colorem visibilem recipit, ac corpus per ipsam videtur: non enim profundum corpus, nisi per extrinsecam superficiem videtur, ut plurimum. Et haec est consona literae Aristotelis expositio.

Quid sit hoc visibile.

De colore quoque sit viduus.

1. Expō text. Aristotel.

Reijciatur prima expositio.

Secunda expō ve rior.

visibilem recipit, ac corpus per ipsam videtur: non enim profundum corpus, nisi per extrinsecam superficiem videtur, ut plurimum. Et haec est consona literae Aristotelis expositio.

Omnis enim color motuus est.

Definitur quod sit color

Colorem definit esse motuum per se in actu, id est, corporis illumina si transparentis: & hac definitio nem ipsius dicit esse naturam. Color enim dupliciter consideratur. Vno modo secundum suam naturam absolute: & sic non debet defini per perspicuum. Altero modo, ut visibile est: & sic ad definitionem definitur, quae est ipsius natura, ut visibile est. Est ergo color, id, quod suas species non mandat in visum, nisi per medium diaphanum illuminatum, quod dicitur actu perspicuum. Unde sit, quod color non sit visibilis, nisi in lumine, lumore enim est, quod actuat diaphanum, ut moueri possit à colore. Ut igitur definitio coloris nota sit, incipere oportet à declaratione luminis, sine quo color visibilis non est: agit ergo prius, quid lumen sit.

Est igitur aliquid perspicuum.

Definitur perspicuum

1. definitiois expositio Simpli. &c.

Vid lumen sit explicaturus, à subiecto incipit, id est, perspicuum, seu diaphano, quod idem est, ac supposito vno noto, id est, diaphanum esse, quid ipsum sit, ponit, dicens: perspicuum esse, quod secundum se non est visibile, nisi per colorem externum. Haec definitio est varie exposita Simpli. quem sequitur Auerr. & S. Thom. & alij Latini, colorem externum, lumen intelligunt, est enim color quidam ipsius, perspicuum enim recipit, dicitur tamen externus, quia non est constans, & ab externo praeuenit: propter quod etiam Aristotel. de sens. cap. 7. dixit, colorem esse per accidens. Dicit ergo, quod perspicuum non videatur, nisi per lumen, & quod illuminatum est.

Huius expositioni obstat: hoc vnum, quod coloratum etiam opacum non videtur, nisi per lumen, ut notum est: ergo est sufficiens definitio, nisi aliquid addatur.

Alteram est expositionem Philop. quod per calorem alienum, intelligit colorem corporis opaci obiecti. Ut sit sensus: perspicuum etiam illuminatum secundum se, non est visibile, nisi obicitur corpus opacum, in quo terminetur visus, non enim videmus aerem, nisi terminato visu in obiecta corpora.

Experientiam ponit Philopon. Si lucerna ponatur in ra ossam, apertore, in loco obscuro, lumen solum videbitur in tecto, & nullo modo in aere medio illuminato. Adde etiam aliam: cum enim pluit, non inspicimus guttas in aere, nisi oculo terminato in obiectum opacum, vel in obscurum aliquid. Est igitur perspicuum, quod alieno colore percipitur.

Nec obstat si sit cornu, vel vitrum, quae per se videntur non enim pure perspicua sunt. Et haec est bona expositio.

Declarato, quid perspicuum sit, ex ple manifestat, quae perspicua dicantur. Dicit aerem, & aquam esse perspicuas, & multa solida corpora, ut cornu, vitrum crystallus, & composita caelestia: nec ineluctis perspicuitas secundum quod talis est natura: non enim aqua perspicua est, ut aqua nec aer, ut aer: sed per quandam naturam communem, quae omnia conueniunt.

Aliqui dubitant: quomodo eadem natura dicitur in esse corpori caelesti, & corruptibili? Alii dicunt, quod est idemitas analogica. Sed nullum est absurdum, si dicamus, vniocē conuenire in genere corporis, & talis corporis. Genera enim & differentiae magis formam dicunt, quam materiam: & quantum materiae differunt, tamen in eodem genere possunt esse saltem communia. Sed de hoc late alibi dicemus.

Reijciatur 1. expō.

2. Expō Philop.

Probat ex pericia

Occurritur obiectioni.

quae sint perspicua exte ditur & cur.

Dubium.

Solutio.

Disci.

Nota.

4.

De obiecto visy scilicet de visibili.

Dicit etiam secundò facile potest, hanc naturam communem non esse essentialē; sed formam quādam accidentialem; quæ vocetur diaphanitas, seu perspicuitas corporis; forma videlicet perspicui, vt perspicuum est, quæ facit esse aptū, & in potentia, vt lumen intra se recipiat. Sat ergo nunc sit, quòd nulli est propria perspicuitas: si omnibus his communis est, vtrumq; communis dicatur.

Lumen autem est actus huius. Text. LXXIX.

Constitutio, quid sit perspicuum, quid lumen sit ostendit, dicens, lumen esse actum perspicui, vt perspicuum est. Vt sit sensus perspicuum sit quod alieno colore est visibile potentia, quā videri potest, id quod perspicuum terminatum redit ad actum, vt videatur, lumen est. Vnde per alium colorem acquiris potentiam vt videri possit: secundò se enim non potest videri: p lumen aut, actū, vt videatur, habet. Est ergo lumen actus perspicui, vt tale est, id est, vt potest videri.

Vbi autem lumen actus est, sunt tenebræ in potentia. Sunt enim tenebræ priuatio luminis, vnicòque in sunt subiecto, nō simul, sed cum vnum actu est, alterum est in potentia.

Que causa efficiens actus perspicui actus docet, dicens, esse ignem, vel colorem, vel aliud corpus lucidū. In hoc enim conueniunt superiora corpora cum inferioribus, quòd lucem participent, quæ actuant perspicuum.

Quid reijciat Perspicuum, et quid lumen in definitionibus luminis, & perspicui positus tres reijcit errores. Prius est quorundam, qui ignem quendam putabāt lumen, vt Plato. Alij corpus quoddā diuinum, vt Empedocles. Alij rasuras corporis lucidi, vt Democritus. quòd si rasura erat lumen, corpus etiā erat: rasura .n. corpus est. Omnes igitur hi tres, lumen faciebāt corpus.

Ratio. Quos reijcit Aristot. duplici argu-

mento. Alterum est: quia duo corpora se penetrarent: quòd est impossibile. Sequela patet: nā diaphanum corpus est, lumen autem est vt color illius existens in ipso toto, etiam in profundo: quod si lumen corpus est, penetraretur cū perspicuo: non est igitur corpus sed ex presentia corporis lucidi proueniens in perspicuo, scilicet corporis esse actus, nō autem ipsum corpus.

Videtur autem lumen contra illum. Text. LXX.

Ostendit non corpus ipsum, sed habitum, & qualitatem corporis effectum esse lumen: quia tenebræ, & lumen opponuntur: sed tenebræ dicunt priuatiōnem actus in perspicuo: ergo lumen est actus, & non corpus. Tunc enim non esset actus, & forma: nec tenebræ essent priuatio in perspicuo. Si enim corpus esset, reciperetur vbi sūt tenebræ, & priuatio: cū que hæc sit in toto perspicuo, esset corporū penetratio: quòd quidem impossibile est.

Alterum argumentum ponit reijciens dicitur Empedocles. Argumentum est: quia si lumen esset corpus vtrique moueretur localiter, cum per aerem diffunditur ab Oriente in Occidentem: nō moueretur, vt experientia ostendit: nō ergo corpus est.

Respondet Empedocles, quòd mouetur quidem, sed nō lateet. Hoc reijcit dicens: Est contra rationem & cōtra experientia. Si enim esset motus quomodo in tanta distantia occultaretur, quāuis esset celsissimus? Dicere autem, quòd si tam immensa distantia motum corpus nō percipitur, est magna petitio, id est, dicit absque probatione: quòd difficilissimū est creditū.

Est autem coloris quidem. Text. LXXI.

Quia colorem dixerat motuum perspicui, nunc ipsum perspicuum

Progre- ditur in eadem ratione.

NOTA

2. Ratio. Arist.

Solut. Empe- doc. reij citur.

Proba- tur perspicuum

aptū esse ad recipiendū colorē. cum aptum esse ad suscipiendum colorem, & vt ab ipso moueatur, ostendit: facitq; argumentū: Corpus, quod colore vacat, est maximè aptū ad suscipiendam immutacionem a colore: (Intellige inter ea, quæ a colore moueri possunt) sed perspicuum est maximè colore vacans: ergo est suscipiendum colorum. Maiorem a simili ostendit. Id enim est susceptiuum soni, quòd absonum est: & vniuersaliter, quod suscipi, debet secundum se denudari a natura suscepti. Minorem probat: quia perspicuum est inuisibile.

Occurrit obiectioni. Explicat quomodo inuisibile: (vt notat Alexand. & Philop.) quia vis videtur: sicut tenebrarum dicitur, vis videtur. Ita est perspicuum, non cum actu est, sed cum potentia: cum autem actu est, videtur quidem, sed in termino altero, vt diximus.

Nec dicitur potest, esse diuersum cum lumine, vel sine illo: nam id est subiectū, quòd in dō sub lumine, nō dō sub tenebris est: & hoc significat, cum dicitur eadem natura modo est lumen, modo tenebræ.

Non omnia autem visibilia. Text. LXXII.

Colorem non solum esse visibilem, vt nihil aliud videatur ostendit, cum alia etiam sint visibilia, a quibus omnibus distinguitur colorem ex definitione ipsius posita: Dicit igitur, quod non omnia sunt sensibilia in lumine, sed solus color proprius cuiusque corporis. Sunt enim aliqua quæ in tenebris videntur, vt aliqua ignea & lucida participantis, quæ vno communi nomine continent, vt cornu, fungus, putrefacta ligna, & aliqua huiusmodi: Hæc enim habent colorem; & simul lucem aliamquam in tenebris ipsorum lux appareret, in die vero ipsorum color: cuius causam posterius dicit esse tradendā, & nos etiam in questione dabimus.

Munc autem in tantum. Text. LXXIII.

Excusauit se a tradenda causa quare quædam in tenebris appareat, ipsorum colore latente, huius excusationis dat modò causam, quia id non ex professo dictum est, nisi vt manifestetur coloris definitio; & natura: color enim videtur, sed in perspicuo actu: at illa alia, sunt quidē visibilia, sed non indigent perspicuo facto in actu.

Quòd autem color non videatur, nisi in perspicuo actu, a signo probat. Si enim colorati supra visum ponatur, non videtur: quòd non aliunde prouenit, nisi quia deest perspicuum actus, scilicet aer illuminatus: hæc enim mouet color; & aer motus mouet oculum, cui ipse contiguus est.

Non enim bene hoc dicitur. Text. LXXIII.

Reprehendit Democritum, qui nō solum non esse necessarium putabat perspicuum ad videndum sed dicebat potius esse impedimento. Vnde si esset vacuum a terra in cælum, vnicòque formica existens in cælo, exquisitissimè perspiceret.

Contra hunc facit argumentum, ad ostendendum necessitatem mediij in visu. Non sit visio, nisi existente aliqua passione ab obiecto: sed a colorato nō potest oculus pati, vt signum superius ostendit: ergo debet pati a medio: in vacuo igitur nihil videri posset.

Aliud visibile tertium constituit, scilicet ignem, & lucida corpora: hæc enim motum, & diu videtur motu enim faciunt ipsa actum perspicuum: illuminant enim medium.

Vbi notandum est, quòd ad visionem semper concurrat perspicuum actus, & medium illuminatum, sed non eodem modo in omnibus visibilibus. Color enim præsupponit aliud de illuminatū medium: & post ipsum mouet: at reliqua mouent medium ipsum illuminatū, & faciendò actū: ob id bene definitur color motiuus actu perspicui.

Est etiam

Excusatio cur non red dat causam huius rei.

Colorē sum vide ori cū actu perspicui.

Repre- hensio Democrit. vbi pbatur requiri mediū.

Aliud tertium visibile.

Not. dif- ferentia inter col- lōrē, & alia visi- bilia in ipso me- dio.

Est etiam

Differētia inter primū & tertium genus visibilis.

Est etiam differentia inter primū visibile, & ultimum: quod primū in solis tenebris, & noctu videtur, nō autem die: si autem die videtur, non est id, quod noctu videbatur, sed color. Habent enim colorē, & lucē: at ignis, & alia huiusmodi & in die, & in nocte videntur, solamq; lucem habēt absq; colore: quorum causas & rationes trademus in quaestione de colore post Capitis expositionem.

Eadem aū ratio est, et de sono.

Text. LXXX.

Quod sensibile supra sensum non faciat sensationē, & ideo mediū requiri.

Quod de visu dixerat, scilicet, indigere medio, sensibile, quod supra sensum positum non facit sensationem: dicit modō, commune esse omni sensui: scilicet auditui, olorati, & alijs, quāuis in gustu, & tactu, id nō videatur, sed tū habent re vera mediū, non quidē aerem, vel externū quid, sed internū, & quod sit pars, putā, caro, vel quid aliud, vt ipsorum disputatione dicitur. Vnde sumitur illa communis propositio: Sensibile supra sensum, non facit sensationem.

Medium autem sono quidem.

Text. LXXXI.

In quo differat mediū visus à ceteris.

Distinguit medium visus ab alijs. Medium visus est perspicuū omnē, siue aer, siue aqua, siue aliud: auditus verō aer, olfactus verō aer, & aqua, vel aliquid commune eis, quod nō habet nomen, in visu enim nomen habet, scilicet perspicuum, non tamen in olfactu.

Signo autem id ostendit. Nam pisces odorant sine respiratione in aqua: terrestria verō progressua per aerē, non enim absque respiratione odorāt: cuius causam dicit se traditurū post, lib. de sensu.

Nota. 1. Ea verō est. Quia instrumentū odoratus in respirantibus, operculum habet antē, quod sola inspiratione eleuatur: at id non respirantibus, sensoriū est in propatulo. Habes igitur, quid obiectum visus, & quid medium potē-

Nota. 2.

tiam relinquit: quia, facile est per hęc definire: est enim vis animæ organica colorum, lucis, & luminis primō perceptiua. Hęc Aristo. docet de visu.

An oculus sit sensorium visus?

Questio. XVI.

Placuit ab hac disputatione incipere, vt totam oculi compositionem proponerem, quæ maximē digna est scitu, nec Philosophus tam miræ cognitionis debet esse ignarus, quamuis non hoc ab hac philosophicā partem attineat. Lege Aristo. 1. histo. cap. 9. qui aliqua de oculo dicit: lege Galenum, lib. 10. de vsu partium, per multa capita: & Vesolium, lib. 7. cap. 14.

Aduerte igitur: oculus corpusculū est rotundum maximē, quamuis non in mathematica rotunditate: est heterogeneum diuersis constans partibus: in ipsius centro est substantia quædā, cuius consistentia est sicut blanda cera, cuius color est perlucidus, similis crystallo, vel glacie: ac ob id humor crystallinus, seu glacialis dicitur. Figura autem est, sicut si duas globi extremas partes: ablatō medio coniūgeres, vel sicut lupinus.

Huius media pars rotunda versus cerebrum est: immensa cuiusdam alteri humoris, ac ei supernat, sicut ligneus globus in aqua, cuius vna medietas aquistegitur, altera est discooperta. Ille humor dicitur vitreus, in colore similis vitro cocto, in consistentia similis vitro fuso in fornace.

Posterior altera pars crystallini, quæ discooperta est versus obiectum visibile, quædam tegitur tunica, quæ aranea dicitur, ob subtilitatem, tamē fortis est valde & transparentis, talisq; vt extracta, posita supra opacum facias res apparere, sicut speculū: & iste humor, cum tunica hac, pupilla dicitur oculi, in aqua apparet vnusquisque, cum respicit se in oculis alterius.

Cur agē dū de se sortio, seu organo visus hoc est, d oculo.

Primō proponitur descriptio oculi, & partium eius. Humor crystallinus. Figura oculi.

Humor vitreus.

Tunica aranea.

Vlti-

Neruis opticus.

Vltorius, à cerebro pcedit neruis, qui dicitur opticus: id est, visiuus, & procedit per foramen, quod est in cōcauitate caluarie, vbi est oculus, vsq; ad vitreum humorem, & quando est propē, degenerat à substantia neruis, & dilatat se ambiens humorem vitreū, vsque ad extremitatem telæ aranæ: aranæ discoopertam relinquit. Hęc dicitur tunica retina, quia ad similitudinem reris distincta est varijs venulis, & arterijs plenis sanguine, quo alitur humor vitreus, ex vitreo autē crystallinus: hic enim, ob sui substantiam purissimam, non immediatē ex sanguine alitur, nisi prius in vitreum humorem conuerso.

Duplex tunica nerui optici.

Vltorius, neruis hic cum à cerebro progredietur venit vestitus duplici tunica: vna siue immediata, quam sumit à meninge: altera mediam, quam sumit à dura matre. Sunt enim inter cerebri & caluarie os, à parte interna due tunice, inter quas multę sunt venę. Proxima cerebro, dicitur Meningis seu pia mater: altera, dura mater: à priori sumit neruis primam tunicā, à posteriori altera.

Tunica vuca.

Postquam igitur neruis facit tunicam retineam oculi, prima eius tunica etiam se dilatat, ambitq; totum oculum, reliq; rotūdo foramine, quo maneat discooperta aranea. Et hęc tunica dicitur vuca, quia assimilatur vuę, in qua, ablato pedunculo, manet foramen. Et nigra, vt adumbret lumē magnum exterius: lumē enim magnū impedit visionem, & vt quasi in specula opaca maneat: oculus videns facilius res in lumine exterius, dicitur nigrum oculi, & iris oculi minor.

Ab alia nerui tunica se dilatat alia, quæ totum oculum ambit, & in parte anteriori versus obiectum habet medietatem transparentem: & hęc dicitur cornea, quia est fortissima, & fieri possunt ex ea lamina, sicut ex cornu. Quæ autem pars ex ea transparentis est,

Tunica cornea.

dicitur iris oculi maior: hęc autē est diuersorum oculorum in hominibus: diuisi enim quidam oculos cæcios habere, alij laucos, alij virides, quæ diuersitas solum est in hominum oculis, vt docet Aristo. 1. histo. cap. 10. est autem hęc tunica tam fortis, quia est foris contigua cū aere: debet ergo maximē resistere laesionibus extrinsecis.

Vltorius, ab illa tunica aranea vsq; ad corneam, & etiam vsq; ad vuca, est spaciū quoddam. (est enim vuca ampla magis, & quæ non est omnino adæquata aranæ.) In hoc spacio est humor quidam dicitur albugineus, similis est oui albugini: hic sustinet partes vuca, ne collapsę supra araneam, impediāt visionem: pra terea hęc tunica aranea, & crystallinum, ne excidatur ab externo, & destruat visionem.

Vltorius, tunica capitis exterior, quæ supra pericrānium est, diciturq; pericrānium: cū diffundit se per oculi cōcauitatē, facit tunicā quandam ambientem oculum, & affigentem suo loco: quæ tunica extenditur vsque ad extremitates corneę, & circuli maioris: & hęc, album oculi, dicitur: & ista est multum pinguis interior, vt suo calore foueat oculi humores ne congelentur, ac propter hanc dixit Aristo. oculū non frigere, de sens. cap. 2. & Proble. sect. 3. 1. quæst. 23. idcirco dicitur ista tunica cōsolidatiua cōiunctiua, & adnata, id est, exterius nata: fouet enim oculum, & coniungit cum caluarie.

Sunt igitur in oculo tres humores, crystallinus, vitreus, & albugineus: & quinque tunice, aranea, retina, vuca, cornea, & alba, seu candida. Vesalius ponit vnā aliam, dicitam superciliarlem. Ab extremis enim aranæ vsque ad vuca, sunt venulę vndique, quæ coniungunt araneam cum vuca. Sed reuera hęc non est tunica, sed venulę, quibus fertur nutrimentum ab vuca in araneam. Hęc igitur sunt, ex quibus oculus integratur.

Nota.

Alia

Iris oculi maior

Humor albugineus.

Pericrānium.

Tunica cōsolidatiua, seu cōiunctiua, & adnata.

Tres humores in oculo & quinque tunice.

Palpebra, cilia, & supercilia, & superiorum nasi partem: quae omnia perferuntur, eorumque per quere. caufas, extra modum esse digredi.

Secundo agitatur duntaxat candida oculi, sex musculi coniunguntur, ratione quorum oculus variis moribus foritur ad res videndas: qui musculi ad unum confluunt, qui oculum sustinet, & sic septem sunt musculi in oculo, per quos spargitur nervus a cerebro proveniens per foramen calvariae, quod est ad latum. Sunt enim duo foramina in calvariae calvariae, ubi est oculus. Unum directe oppositum centro oculi: & per hoc procedit nervus opticus & visus. Alterum ad latum interiorius, & inde procedit nervus motivus a secundo coniungitur nervorum tractus: & per hoc foramen proveniunt ex cerebro lachrymae enim per exteriores partes oculi procedunt, scilicet inter tunicam candidam, & palpebras.

Quo, & quot motui musculi.

Ratione ergo horum musculorum, sex motus in oculis: sursum si recte deorsum recte, ad latum versus angulum nasi, qui dicitur internus, & ad latum versus angulum exteriori: quintus & sextus sunt semicirculares: alter sursum ab angulo externo versus internum, alter deorsum versus externum ab interno, & quisque medio peculiari musculo exercetur. Haec est igitur plena oculi descriptio.

Nota. Vnum tamen nota, quod natura non dedit unum oculum animali tribuere, sed binos singulis, & ut perfecta esset cognitio, ut inferius declarabitur, & ut vno deficiente, non statim tanta privaretur cognitione.

Quoniam vero duo sint, scias tamen, quod unionem quandam habet inter se, nervus enim opticus a cerebro bifurcatus procedit, qui paulo post coniungitur, ac vnus sit, post iterum in duos diuiditur, ac quisque in suo oculo p

Coniungitur oculorum quatuor inter se.

ficiscitur. In hoc nervo spiritus visui sunt, per quos vis mandatur a cerebro in oculos, & per eosdem, species rerum visarum ad sensus interiores ascendunt. Sunt praeterea tam colligati oculi, ut non contingat vnum moveri, quin simul & alter: & cui puncto opponitur vnus, etiam opponatur & alter: Scin vnum obiectum punctum simul respiciant, aded, ut, cum aliquo impedimento aufertur ista vnus, vnus apparet duos: vt in his, qui digito premunt oculum quod non esset, si vnus oculus clauderetur.

Tertio dissoluitur praecipua difficultas in qua parte consistat potentia. Quodam eam in humore crystallino ponunt, quod Aristoteles dicit, hysto. cap. 9. Quidam in tunica retinae, quidam in aranea, quidam in humore vitreo, quidam in coniunctione illa nervorum opticorum.

Albert. Summa de homine, dicit visum suam potentiam, quantum ad initium esse in humore crystallino, quantum ad progressum in nervo, & in ipso, quantum ad perfectionem in sensu exteriori.

Mihi videtur esse dicendum, in humore non esse visum potentiam, cum humor non sentiat, nec vitam habeat sensitivam: sed puto, probabilius esse se in tunica aranea, quae pupillae dicitur: laeso enim, quae sit in hac, visionem aufert, & obiectum huic directionem habet, secundum, qua videmus: non enim nisi recte opposita percipimus.

Quarto agitatur duntaxat motus quo videt oculus. Cur natura facit oculum rotundum. Aduerte quartum. Haec est natura potentiae visus, & visionis, ut non nisi recte videamus per se: & quo magis recte opponuntur, eo perfectius videntur. Et haec est causa, quare natura fecerit oculum rotundum: non enim posset magnas moles percipere, nisi foramen illud pupillae circulare esset in corpore rotundo: si enim esset in plano, tunc non posset opponi recte, nisi paruis corporibus: Solum autem ea percipiuntur,

Tertio dissoluitur praecipua difficultas in qua parte consistat potentia visiva.

Variae opiniones probabiles.

Conclusio.

Quarto agitatur duntaxat motus quo videt oculus.

Cur natura facit oculum rotundum.

Ex his soluuntur duo problema.

I. Quare moles magnae, ut vrbes & turres a longe totae videntur, prope vero non, nisi ex parte? Ratio est: quia dum a longe sunt, opponuntur per rectam lineam pupillae, & videntur secundum omnes partes: cum prope, non opponuntur recte, nisi secundum aliquas partes.

II. Alterum est, quare, cum aliquid oblatum manu, bene perspicere volumus, ad aliquam separamus distantiam? Ratio est, quia cum distat, magis recte opponitur oculo, magisque ipsius opponitur centro: quod autem rectius est, perfectius videtur.

Doctrina Perspectiuorum, ex quo principio summat exordium cum exponunt quomodo videmus.

Soluuntur alia duo problema. I. Quare, dum perfecte aliquid aspicerem volumus, quod totum hinc inde oculis vertimus cum in principio totum inspexerimus? Dico, quod verum est totum

piuntur, a quibus secundum quolibet partem visum possunt mandari lineae rectae vsque in oculi centrum. Cum autem illud foramen sit in corpore rotundo, tunc multum ambit, & complectitur moles, a quibus possunt facile trahi lineae rectae ex singulis partibus vsque ad oculum: adeoque est propositio Perspectiuorum: Oculus quantitati percipiendae non sufficeret, si rotundus non esset.

Hoc soluit duo problema. Alterum est: quare moles magnae, ut vrbes & turres a longe totae videntur, prope vero non, nisi ex parte? Ratio est: quia dum a longe sunt, opponuntur per rectam lineam pupillae, & videntur secundum omnes partes: cum prope, non opponuntur recte, nisi secundum aliquas partes.

Alterum est, quare, cum aliquid oblatum manu, bene perspicere volumus, ad aliquam separamus distantiam? Ratio est, quia cum distat, magis recte opponitur oculo, magisque ipsius opponitur centro: quod autem rectius est, perfectius videtur.

In hac visivis natura Perspectiuorum suam doctrinam fundant. Nam, quia non videmus nisi recte opposita, dicunt nos per rectas lineas videre, & quia quae videntur, aliqua per lineam directam centro pupillae videntur: aliqua partes vero per lineas lateraliter directas dicunt, quod videmus per triangulum, seu per pyramidem, quam vocant visivalem. Dicunt, angulum huius, qui dicitur conus, esse in oculo, & basim in re visa: lineam autem diametrale, id est, directionem illam perpendiculararem supra rem visam, vocant axem: & quia illa est certa cognitio, & perfectior, dicunt, quod per axem certificamur de re visa.

Ex quo solues problema duo. Alterum, quare, dum perfecte aliquid aspicerem volumus, quod totum hinc inde oculis vertimus cum in principio totum inspexerimus? Dico, quod verum est totum

prius visum fuisse: tamen perfecte cognitio est per axem, id est, per cognitionem directam, quando a re visa in centrum oculi linea cadet perpendiculariter, & hunc axem vertimus in partes diuersas, ut totum perspicimus perfecte.

Alterum est: quare figurae in aquis expressae non percipiuntur ipsis aquis agitatis, ut dicit Aristoteles libro de insomnijs cap. 3. & libro de diuinatione in fine? Ideo quia non possumus axem firmare, nec vllam firmiter rectam perfecte habere cognitionem.

Aduerte etiam, quod per hunc axem percipimus motum, & quietem. Cum enim variatur axis, & ista cognitio di recta, motus apparet, in quo solet esse deceptio oculi: mouetur enim iste axis, & variatur, cum obiectum situm mutat vel cum ipse sentiens mutatur, obiecto quiescente.

Ob id dum iter facimus, apparent montes, moueri. Similiter ebrijs, ut dicitur sect. 3. Problem. 9. cum mota mouerentur apparent, spiritus enim visus coloris agitari, hinc inde mouentur, & faciunt res apparere motas, imo geminas, ut dicebat ille:

Cum bibitur concha, tunc in venterge rectum ambulat, & geminis ex venterge mensa lucernis. Preterea, aliquando obiectum, & sentiens, simul mouentur: & quia idem manet axis, vtriusque stare videtur: quod accidit ijs, qui in triremibus existens, respiciunt alios in alijs vento flante & triremibus motis.

Aduerte vterius quod quannus sint duo oculorum axes, tamen vterque in idem punctum visum terminatur, ita, ut ab illo in oculi vtriusque centrum possit lineas mandare rectas, & ob id vnum non apparet duo: at cum separantur axes, vel compressione oculi, vel alia de causa, sunt axes non vniuersales, & sic res visa multiplicata apparet.

Vnum tamen nota multum, quod quando oculo vno percipimus rectitudinem di-

Quinto ostenditur quare modo & motus, & quies videtur. Redditur ratio aliorum apparentium in motu, & quies etc.

NOTA

Sexto redditur ratio, cum sint oculi duo, vna tamen apparet res, & cur aliando quando duae ap-

parēt cū stantia obiecti oppositi, non enim est sit vna. regula tam directa, quā oppositio oculi ad rem visam, ob id Sagittarij vtun- lo vno solo vno oculo, pro regula attingendi lo meli- scopum: quod dixit Arist. sect. 31. pro ble. q. 23. Claudunt enim alteri: quia percipi- ille altu respicit per alteram lineam, do distā secundum quam non mittitur sagitta. tia, vt in Et ad percipiendam certam distan- Sagitta tiam, & terminum, vtitur vtroq; ocu- rijs. lo: ibi est enim res visa, quantum ad si- Nota. nem distantie, vbi applicat oculus v- Cur terq; suum axem. Et hæc est notanda. vtroq; o- causa, quare oculo vno clauso, non pos- culo me sis statim filum in acus foramen intro- lius per- ducere, nec punctum signatum digito- cipitur- attingere. Et de ebrijs dici solet, quod distā- digito non possit facere congressi di- q̄ vno so- gitum: quia axes turbati sunt. Placuit lo. ista mixcere in presenti ex aliena fa- Nota. cultate, vt aliquam hæc rerum cogni- tionem darem, multa quæ alia intelli- gendi in his viam aperirem.

Superest iam, vt respondeatur vno verbo ad quæstionem. Dico igitur cū Arist. 2. de parti. cap. 1. quod vis sensitiua non consistit, nisi proximè in parte similari, non autem in dissimilari. Diximus autem esse hæc papillam & tunicam araneam. Hæc igitur est proxima sensorium visio: reliquæ enim partes non suscipiunt visionem, nec sunt proxima causa, sed sunt ministrantes partes: quod si sensorium vtrumq; dicat, tunc oculus est.

7. Ex di- ctiis res- pōdetur ad quæ- stio. ini- tio ppo- sitam.

An Color sit motus perspicui in actu? Vbi de natura Coloris quid sit, etc. Quest. XVII.

Inētio & scop9 dis- putatio- nis. Nota. quid sit in cōtro- uersia. Non hic disputatio est de pposi- tiōis huius veritate, an sit mo- tiuus perspicui in actu: sed de modo, quo veritatem habeat. Certum enim est, colorem in lumine, esse visibilem: at dubium est de lumi- ne, an sit necessarium ex parte medij, vt à colore immutetur: an ex parte ob- iecti, & coloris, vt medium immutet?

Hoc autē pendet ex alio: an colores habeant suum esse, antequam adue- niat lumen: an non, sed ipsum lumen sit forma colorum? Si enim dicas lumen esse actum, & formam intrinsecā colorum: tunc erit necessarium, ex par- te obiecti. Si verò dicas, colores habe- re suum esse citra lumen, tunc erit ne- cessarium ex parte medij.

Sunt igitur argumenta, quod sit ne- cessarium lumen ex parte obiecti. Est autem primum ab autoritate Arist. lib. de Sen. c. 3. Color, inquit, est ex- tremitas perspicui in corpore termi- nato: ergo color formaliter est ipsum lumen, & lumen dat esse colori. Pro- batur consequētia ex declaratione de- finitionis. Sic enim interpretatur Al- bertus, q̄ totus aer recipit lumen, & si mul superficies extrema corporis opa- ci & aer simul cū illa superficie dicitur perspicuū actus: sed lumen in aere non est color: in superficie verò corporis opaci color est: est igitur color extre- mitas est perspicui, scilicet actus que extremitas est in corpore opaco.

Præterea secundò. Oculus existens in tenebroso medio, videt obiectū illu- minatū: non autem eōtra, oculus enim, in medio illuminato non videt obiectum in obscuro: ergo lumen est neces- sarium propter obiectū. Consequen- tia videtur certa. Antecedēs patet ex- perientiā. Si aliquis respiciat ex obscuro loco, videt homines in claro existē- tes, non tamen ab ipsis videtur.

Præterea tertio. Si lumen non esset color, ipse vnus & idem, non posset lu- minis oppositione varios habere colo- res, vt notum est: at id experientia cō- stat in collo columba, & alijs, quæ va- rijs luminis radijs varios recipiunt co- lores: ergo color, lumen est: & sic est ne- cessarium ex parte obiecti.

Præterea quartò. Si lumen esset ne- cessarium ex parte medij, color non posset agere in ipsum medium: ergo est necessarium ex parte obiecti. An- tece-

Quod pendet qd ex natura, & essentia coloris.

2. Argu. ab au- thorita- te Arist. q̄ lumē requira- tur ex parte ob- iecti.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

recedens patet: quia lumen est color, seu color est lumen quoddam: at lu- men non agit in lumen: ergo non agit color in medium illuminatum.

5. Argu. Præterea quintò. Color est per se vi- sibilis: ergo extrinsecò alio nō indiget scilicet lumine ab ipso distincto: ergo color est ipsum lumen intrinsecè.

1. Opin. In hac ergo re sunt due sententię op- Auicen. positæ. Prima est Auenpace, quæ ci- & Alber. tar: Auerr. com. 67. & est Auicennæ, li. 6. p. 3. cap. 1. & ferè idem dicit Alber. Summa de homine in quest. de sub- stantia coloris, fol. 95. Dicunt, quod an- te luminis aduentum, nullus est in cor- pore color, nec albedo, nec nigredo, nec alius: adueniente lumine, fiunt il- li colores, qui non aliud sunt, quàm lu- men ipsum varijs corporibus receptū, quo recedente, non manent colores, nisi in potentia.

Color quid se- cundum Albertū & Auic. quæ est effectus primarum qualitatū, & est materiale coloris: lu- men tamen est, quod dat formā, & spe- cie coloris ipsi. Horum argumenta sunt posita in principio.

Alber. addit, quod manet qualitas quadam, quæ est effectus primarum qualitatū, & est materiale coloris: lu- men tamen est, quod dat formā, & spe- cie coloris ipsi. Horum argumenta sunt posita in principio.

Altera sententiā S. Th. A. uerr. cōm. 67. Caiet. Thie. Iand. q. 19. & communis: quod color habet suam naturam citra lumen, etiam in tene- bris: lumen autem est necessarium ex parte medij, vt medium disponatur ad hoc, quod color agat in ipsum, & per ipsum mandet suas species in visum. Hanc sententiam nos sequi intendimus: & ob id declaranda, & probanda paulò latius est.

1. Fund. Vnum autem est fundamentum præ- mittendum, quo coloris substantiam manifestabimus: in qua indaganda vt- tar quadā via, & methodo Arist. qua vti solet in indagandis effectuum ali- quorum causis. Procedit enim via simi- litudinis effectuum, ex notis ad igno- ta: quod exemplo declaro. Probl. sect. 30. q. 3. quærit de melancholicorum ef- fectuum causis, modo enim tristes, mo-

do hilares sunt: inuenit similes effe- ctus in ebrijs, in quibus causa notior est: quæ fuit dispositione quæ est ebri- rum causa talium effectū, talis enim erit dispositio melancholicis: sed hæc à natura, illa ex accidenti. Similiter de rubedine, & macula na- turali, in Prædicam. qualit. compara- uit eos erubescētibus in quibus ru- bor est: quia sanguis ad faciem cōfugit Ita erit in illis alijs, sed à naturali ge- neratione: his autem ex accidenti. Similiter nos faciamus. Quærimus itaq; colorum principia. In coloribus ergo, qui ex accidenti sunt, considere- mus id, quales sunt colores iridis, qui ex accidenti, & non permanentes sunt, vt dicitur 3. Meteor. capite. 4. In his igitur tria principia sunt. Est diaphaneitas quædam nubis, qua lumē recipitur: est opacitas quædam, qua re- tinetur ne transeat omnino: est lumē ipsum receptū, retentum, & opacitū: & ex his color est. Inter hæc tria, lumē est forma, & coloris substantia: reliqua duo sunt, vt materia, & principia ma- terialia. Quod si lumen illud esset ab interno, & ipsis partibus nubis, ipsum quæ subiectum permaneret, vtique ef- fet color verus & permanens. At quia ab externo Solē pendet, & nubes citò resoluitur, non est permanens. In coloribus ergo veris, & perma- nentibus, ista eadem principia sunt. Est lux quædam, non ab externo, sed ex partib9 igneis, ex quibus mixtū est quæ recepta cum diaphaneitate aque & aeris, & opacata opaco terræ tran- sit in colorem verū & permanentem. Hæc igitur est substantia coloris, & principia. Nec tamen putes, quod maneat iā lux, sicut lumē in iride: mutatur enim in distinctam specie qualitatem, vt di- cemus post.

Ex hoc sequitur, primò, quod pri- mæ qualitates non sunt proxima prin- cipia colorum, sed remota, quatenus

& metho- do inda- ganda sit essentia coloris duplici simili de- claratā

1. 2.

Nota. Colorū apparen- tiū tria principia

Apparētis colo- ris natu- ra.

Nota. inferun- tur tria ex dictis circa na- turā co- ris.

2.

opacitatem, vel diaphaneitatem, vel lumen aliquod faciunt.

2. Et hoc patet ex eo, quod idem species color modo ex calore vehemente, modo ex frigidityate pcedit, ut albedo in niue, & in calce. Vide sect. Probl. 36. q. 1.

3. Sequitur secundum, quod non solum ubi qualitates elementares sunt, erit color, sed etiam, ubi non sunt, sed est aliqua opacitas, & diaphaneitas cū luce, & tales colores dicuntur, & sunt simplices, qui elementis & cœlis insunt, qui non plene videntur, nisi coniungantur cum externo lumine. Et hæc colorum distinctio in simplicem, & mixtum, habetur expressa ab Arist. lib. de color. in principio.

Sequitur tertium, quod aliquando lumen externum coniungitur cum aliquibus corporibus mixtis, & ob varias reflexiones, diversos facit apparere colores, ut in collo columbæ, & alijs.

1. Cōcl. Hoc supposito, sit prima Conclusio. Lumen externum nō dat esse ipsis coloribus. Hęc conclusio est contra Auzennam & alios.

1. Ratio. Probatur primo, auctoritate. Si enim esset lumen forma coloris, iam ipse color faceret actu diaphanum, sicut ignis, quod expressè negat Arist. docens, quod color est, quid presupponit actu diaphanum, ut ipsum moueat: ergo color, quia aliud distinctum est ab actu ipsius diaphani, qui lumen est.

2. Ratio. Probatur secundum, ratione: Si lumen est forma colorum: ergo colores, specie nō differunt: quod quidem absurdum est in Philosophia. Sunt enim contrarij colores, & inter eos est motus, ut notum est. Probatur autem sequela: quia idem specie est lumen, siue sit intēsum, siue remissum, siue refractū, siue non.

3. Ratio. Præterea tertio. Quia colores agunt in lumen: aliquando enim intingunt aerem illuminatum, ut apparet in corporibus obiectis arboribus, apparet enim in eis viriditas quædam: ergo color non est lumen ipsum.

Secunda Conclusio. Lumen est necessarium ex parte mediij quo mediū fiat actu perspicuum, ut possit à colore recipere suas species.

Hęc manifesta est ex Arist. & ratione probatur. Si enim lumen esset necessarium ex parte subiecti, vel obiecti, vel est, ut agat in potentiam: vel, ut sit dispositio coloris ut agat. Non primū: quia color est qui agit. Non secundum: quia si dispositio esset, vel esset materialis: & hoc non: quia color est in subiecto, etiam sine lumine. Vel est ut instrumentum effectiui; & hoc non, quia color immediatē operatur: ergo non est necessarium lumen, nisi ex parte dispositionis in medio.

Tertia Conclusio. Color non est immediatum obiectum visus, & adequatum. Hęc nota est, sunt enim alia visibilia genera præter colorata, ut luminosa, seu lucentia, & ea quæ noctu videntur: ob luminis enim paruitatē, lux apparet color in die, nec lucent, nisi noctu.

Alber. summa, de Hō. fol. 95. reddit causam horum, quæ noctu lucent. Dicit, quod horū, quædam sunt putrefacta, quædam non putrefacta: ob id lucent quia per putrefactionē, humidum cōfugit ad partes corporis externas, & calor ipsum sequens: ibi congregatur, apparetque; lucere, sicut pruna, vel ferrū candens, quibus inest calor aliquid multa: tantusque; aliquando concurrunt, ut fiat partes ignitæ & humor inflāmetur: propter quod aliquando in sepulchris mortuorum apparet flammæ.

Quæ verò non sunt putrefacta, lucent ex caloris copia, sed non cōgregati ob illā causam, sed quia natura illas fecit partes calidas, ut suppleret aliud. V. g. in piscibus, quia carēt sanguine ob idque; calore indigent, fecit natura squamas calidas, ut defectū supplerēt: similiter in Lampiride fecit diaphragma calidū. Calor autē iste cumulat, lucē tenuem facit, qui in die vincitur

2. Cōcl. Lumen est necessarium ex parte mediij.

2. Ratio.

3. Cōcl. Color non est immediatum & adequatum obiectum visus.

1. Ratio. Causa ex Alber. cur quædam noctu lucent.

N O T A

Exemplis ostēditur.

ab ex

Ad 1.

Nota.

Lumen quid.

Ad 2.

Obiect.

Solutio.

Obiect.

Solutio.

ab externo lumine, colorque; apparet. Superest, ad argumenta respondere. Ad primum, quod est Albert. dico, sensum illius definitionis non esse illum, sed alium.

Aduerte ergo, quod corpora perspicua, & apparentia, sunt duplicia. Quædam secundum totam suam profunditatem conspicua sunt, & hæc simpliciter perspicua & diaphana dicuntur. Quædam autem solum secundum exteriores partes, & vltimas, & hæc dicuntur perspicua secundum quid, id est, terminata intrinsecè.

Est igitur duplex actus. Alter perspicui simpliciter, quo actu visibile fit, & hic est lumen. Alter perspicui terminati, & hic est color.

Lumen ergo est qualitas, quæ formaliter perspicuum visibile est secundum totum eo modo, quo superius diximus scilicet appposito opaco. Color autem qualitas, quæ secundum superficiem aliquid videtur, motuque; est diaphani actu, ad differentiam lucis, quæ etiam in superficie apparet: ob id dicitur extremitas perspicui in corpore determinato.

An secundum respondeo, quod obiectū in lumine constitutū videtur ab oculo constituto in tenebris, non quia lumen sit necessarium ex parte obiecti, sed ut fiat actu illuminatū medium quod est illi contiguum, ut possit agere & producere in ipso suas species.

Quod si dicas: Si species produci possunt in alia parte aeris obsecuri, ubi est oculus, cur non producantur statim in aere contiguo ipsi subiecto?

Respondet bene Caiet. & Iandun. quod non est par ratio: difficilius enim est, producere species, quam multiplicare: ob id cum producantur species in parte aeris iuxta obiectum difficilius producentur: quapropter est necessaria maior dispositio versus obiectum.

Sed dices rursus: Quare id ita est?

Respondeo: quia species immediatē ab obiecto productæ, debent esse intentioniores, & fortiores cū debeant multiplicare alias: sicut calor productus propè ignem debet esse intensior, ut alium producat; quod si remissæ esset à principio essent postea aded debiles, ut lumen potius impelleret actionem ipsarū, easque occultaret.

Poteris etiam dicere forsan, melius ad secū lum, quod siue obiectum sit in tenebris, siue oculus, & aliud est in lumine, semper illustratur medium, quæuis non perfectè. Est enim lumen multum multiplicabile per reflexionem. Cū ergo obiectum est in magno lumine, videtur: quia medium totū est illuminatū: at cū est in obscuro, & in minori lumine, non videtur: nō, quia medium non sit illuminatū, sed quia alia obiecta sunt magis illuminata, & maius visibile occultat minus.

Ad tertium solutio facilis est. Lumen enim aliquando recipitur in corpore, & ob varias reflexiones, diversos colores apparere facit: sed hoc non tollit, colores alios habere, esset sine lumine.

Ad quartum respondet Auert. quod color nō est lux formaliter, cū enim lux opacatur in corpore, destruitur; & fit alia qualitas specie distincta, quæ dicitur color. Idem dicit Aegidius.

Ad quintū dico, quod color dicitur per se visibilis: quia est eius naturæ, ut agat in sensum visus: at, quia non agit, nisi per medium dispositum, indiget lumine, non ut instrumento, sed ut dispositione in medio, & hoc etiam est in alijs agentibus naturalibus: non tamē ob id dicitur non esse visibilis per se. Aduertendum est autē, quod illa propositio est per se mathematica, sicut homo est sensibilis.

An Lumen sit corpus? Quest. XVIII. Multæ difficultates circa luminis naturā & proprietates sunt: ut enim ipsum esse notissimū

Alter solutio ad secū lum.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

est, ita quid ipsum, & quale sit, difficile intelligitur.

Aliqua igitur in praesenti disputabimus. Incipiamus ergo à proposita quaestione. Videtur enim lumen corpus quoddam esse. Primum auctoritate Arist. Problem. sect. 12. q. 33. Dubitat, quare irrepitas & voces melius audiuntur in nocte, quam in die? Respondet, quia in die voces impediuntur, quò minus ad auditum veniant, ab aere, qui densior est obradios solares, & lumen, quò corpora sunt.

1. Argu. ad partem affirmam.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

6. Argu.

7. Argu.

Præterea secundò. Omne quod per se movetur, est corpus, lumen per se movetur, ergo lumen est corpus. Consequentia est certa cum maiori. Probatur minor: quia, quiescente aere, lumen movetur, ut apparet ex decremento, vel augmento umbrarum: ergo movetur per se, & non ad motum aeris, in quo est.

Præterea tertio. Lumen habet figuram per se: ergo est corpus. Probatur antecedens ex propositione perspectiva. Incidentes radios per angularia foramina ad mediocrè distantiam rotundè apparent. V. g. si radius solaris transeat per foramen angulæ, facit in corpore obiecto figuram rotundam, similiter per folia arborum radios transientes faciunt in terra rotundas figuras. Cum ergo non sint tales figuræ in subiecto, nec in loco, quò transeunt radij: ergo lumen figuram habet per se.

Præterea quarto. Quia habet trinitatem dimensionem lumen, ut notum est cum sit vnde quaque diffusum: ergo est corpus.

Præterea quinto. Quia lumē progreditur à corpore luminoso: at corpori est, progredi, non accidentium: nam migrarent tunc de subiecto in subiectum: ergo lumen corpus est.

Præterea sexto. Nam lumen dicitur refrangi, & reflecti: quæ propria sunt corporum.

Præterea septimo. Nam si lumen esset

accidens, lumen cum lumine se misceret in eodem medio: at non miscetur. Et probatur primo de lumine Scelis, & lucerax. Cum enim simul sunt, apparet distinctio inter illa: lumen enim lucerna apparet album: non ergo sunt mixta. De luminibus etiam duarum lucernarum patet non misceri: quia fiunt duæ umbræ ex vno corpore opaco: at si vnum heret lumen, tunc vna fieret umbra.

Præterea octavo. Si lumen esset accidens, esset in subiecto: sed id non potest esse: sequeretur enim, quòd accidens migraret à subiecto in subiectum. Patet. Si enim est in aere, contingit aerem variari lumine & radio manente immoto: ergo mutaret subiectum: corpus igitur est. Hæc sunt argumenta ad partem affirmativam.

Anicen. lib. 6. p. 3. cap. 20. multas citat sententias circa hoc. Aliqui enim corpus esse dicebant, alij substantiam spirituales, alij formam substantialem alij nihil horum, sed solum apparentiam quandam Solis in medio, sicut apparet res in speculo, non tamen est aliud quod ens in ipso medio.

Ut autem veritas huius rei constet, sit prima conclusio. Lumen non est corpus. Probatur primo, argumento Arist. Si lumen esset corpus, utiq; penetraret cum corpore: at hoc est impossibile. Sequela autè patet: quia recipitur in corpore diaphano, quò est in potentia, & obscuratum recipitur autem in qualibet parte, cum totus aer illuminetur.

Probatur secundò. Si corpus esset, utique sine motu perceptibili non posset per tantam diffundi distantiam: at nullus apparet ipsius motus: ergo non est corpus.

Probatur tertio, argumento Philoponi. Quia omnis motus naturalis in animalium, aut sursum, aut deorsum aut, circulariter fit: at nullus est luminis, quia vndiq; se ad omnem dimensionem diffundit: ergo, &c.

8. Argu.

Variè dixerunt opiniones.

1. Cocl. Lumen non esse corpus. 1. Ratio. ex Arist.

2. Ratio.

3. Ratio.

Præ-

4. Ratio. Præterea quarto. Si corpus est, vel est corruptibile, vel incorruptibile: sed neutrum esse potest: non ergo est corpus. Minor probatur. Primum: Non est corruptibile: quia tunc ex eius corruptione aliquid generaretur, cum materia non possit corrumpi. At nihil videtur generari ex luminis corruptioe, apparet enim, cum sit tantum inveniunt corpus. Probatur quòd nec incorruptibile sit ita, ut sit cum luminoso semper. Nam de lumine lucerna notum est id dici non posse, quòd perit extincta lucerna.

2. Cocl. Lumen non esse substantiam immaterialem, & spirituales. Probatur primo. Omne spirituale, oculo corpore est inuisibile: at lumen per se videtur.

Præterea secundò. Spirituale est incorruptibile: at lumen corruptitur.

Præterea tertio. Corporeum non potest agere in incorporeum: quia corpus semper agit in materiam, & sic omnis effectus est in materia: at luminoso est corpus: non ergo facit substantiam immaterialem, nisi creet illam: quò impossibile est.

2. Ratio.

3. Ratio.

3. Cocl.

Lumen est qualitas realis existens in medio. Hæc conclusio duo continet. Alterum est, quòd lumen sit qualitas. Alterum, sit realis.

Primum probatur. Si enim non est substantia, erit accidens, si accidens, cum sit actiuum (calefacit enim, & substantiam producit) erit qualitas. Nullum enim accidens actiuum est, ut patet nisi qualitas. Et in hoc conuincitur quarta sententia, quæ putabat lumen tantum esse apparentiam: hoc autem esse non potest, cum lumen faciat in hęc inferiora effectus reales: ergo lumen aliquid est in medio.

Alter pars conclusionis est, quòd lumen sit qualitas realis. Sensus est, id est, non est species lucis, per quam lux videtur. Aliqui enim putant lumen se habere ad lucem, sicut species coloris quæ color videtur, & vocant hoc lumē

2. Pars. An lumen sit qualitas realis.

habere esse intentionale. Huius sententiæ fuit Sco. 2. Sent. d. 13. q. 1. unica, Aegid. etiã, & Caiet. Thien. in praesenti. Probant: quia aliter non posset recipi in oculo, sicut color non potest recipi in oculo, nisi coloris species.

Præterea: quia aliter non diffunderetur in instanti per medium.

Oppositum tenemus cum S. Thoma in praesenti, & 1. par. quæst. 67. ar. 3. & Alberto, & Philopono, & alijs, quòd lumen habet esse reale, id est, non est species per quam videtur color.

Et probat primo. Quia species obiecti non est sensibilis: non enim species coloris videtur, nec odor gustatur, sed est id, quo obiectum sentitur: at lumen per se videtur: ergo non est species lucis, habens esse intentionale.

Præterea secundò. Species intentionales non alterant realiter subiectum alteratione corruptiva, sed solum sensu: at lumen alterat: calefacit enim & producit substantiam: non ergo est dicendum esse lucis speciem intentionalem.

Præterea. Species non denominat medium: non enim species coloris denominat aerem: at lumen denominat: dicitur enim aer illuminatus. Hæc sunt argumenta S. Thomæ, quæ frustra conatur solvere Aegid.

Et est aliud argumentum. Si lumen esset species, non indigeret specie alia, ut videretur: at lumen indiget specie alia: non enim lumen, quòd est in medio solaris, videtur ab oculo in tenebris nisi per speciem à lumine distinctam.

Habes ergo, quòd lumen est aliqua qualitas realis producta à luce, quæ est in corpore luminoso: & quòd lux non videtur per lumē, ut per speciem: sed lux habet aliam speciem distinctam, per quam videtur: similiter & lumen aliam distinctam.

Et hoc maxime confirmatur: Si in memoriã renoces, quòd species non sunt formarum sed ipsorum compositorum: species enim non est coloris, sed

1. Opin. Scor &c. quòd fiat species intentionales.

1. Ratio. huius opin. quòd sit species lucis.

2. Opin. D. Thome tenenda sed est id, quo obiectum sentitur: at lumen per se videtur: ergo non est species lucis, habens esse intentionale.

1. Ratio. 2. Ratio. 3. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Confirmatur ratio.

colorati. Ita si lumen esset species lucis, esset ipse lucidus, & luminosus: quod est falsum. Nam tunc per lumen refractum, & reflexum à quocunq; loco, viderem solem, sicut in speculo, quod tñ est falsum. Est q; hoc notatu dignum.

Ad 1. ar gum. pri ma opi nionis. Nec argumenta duo in oppositum quicquã valent. Ad primum dico, q; lumen recipitur in oculo, nō quia oculi, sed quia diaphanum, & ita receptum lumen in ipso sensorio non videtur: quod si oculis clausis, lumen, & fulgur apparet, illud non est in potentia, vel sensorio, sed in palpebra vel in cornea tunica, vel albugineo humore.

Ad 2. Ad secundū respondeo, q; diffunditur in instanti nō eadē causā, sed quia contrario caret, vt pōst dicemus.

Dubi. 1. An Lux & lumē spē diffē rant. **1. Opin.** differūt vt spē à reali q- litate.

1. Opin. differūt vt spē à reali q- litate. **1. Ratio** quare distingunt realiter

2. Opin. Etia dist ferunt, sed vt dug rea les qua- litates.

2. Ratio quare distingunt realiter

3. Ratio quare distingunt realiter

3. Opin. non dist ferre spe ere. **Primo si mili de clarat.**

Primo si mili de clarat.

Primo si mili de clarat.

Primo si mili de clarat.

Primo si mili de clarat.

in medio autem lumen dicitur & vocant Persepectiu lucem secundariam.

Præterea. Lumen in proprio subiecto aliquando opacitatem aliquã habet, & tunc producit extra se lumen, vt est in sole, & aliquibus mixtis: aliquando non habet, & non producit lumen, nec videtur, vt lux ignis, quæ cū nō spēdeat, lumē dici solet. Vt lux nō sit aliud, quã lumen quoddã opacatū, non ita, vt in colorem degeneret.

Hoc mihi etiam persuadeo. Nã stella, & planeta lucem habent, & tamen constat esse illam lucē maiori ex parte lumen solis: non ergo lux & lumen, differunt specie.

Ad primū in oppositum dico, q; luentia diaphaneitatem habent: quãuis non tantam, quantam illuminata.

Ad secundū respondeo, q; illud non colligit specificam distinctionē, sicut in calore ignis, & eo, qui ab igne producit: quorū alter est manens, alter non: nec ideo tamen specie differunt.

Ad tertium respondeo, quod lucē etiã in profundo apparent, licet non secundum omnes partes. Dico etiã secundū, quod id non est necessarium: nam etiam lumen recipitur in superficie corporū opacorum, nec ob id in profundo apparent: sunt ergo eiusdem speciei.

Vbi nota ex Alberto distinctionem inter ista quatuor, Lucem, Lumē, Radium, Splendorem, sunt enim idē specie: Lux vt est in causa: Lumen vt in medio: Radius vt à lucido corpore secundum rectum procedit: Splendor vt est lumē, quod ab aliquo corpore reflectitur, in quod corpus lumen à lucido rectē protrahitur. Ex his manet principalis questio determinata.

Superest, vt argumenta solvamus. Ad illud Aristot. dico, quod id dixit ex mente Democriti. Solet enim aliquando in illis questionibus adhibere responsiones, supposita vulgari de strina: quanquam eo loco statim veram aliã subiun-

2. Ratio

Confirmatur ratio,

Ad primum ratione contrariorū Ad 2.

Ad 3.

Not. ex Alb distinct. inter lucē lumē, radiū, splendorem.

Ad argumēta initio question. posita. Ad 1. ex Aristot.

subiunxit responsionē: quia in die Intellectus est multum distractus actionibus proprijs, & aliorū sentium, nec vacat tantum auditui: at in nocte alijs quietiscentibus, magis auditui vacat. Prima etiam solutio ex parte aeris vera est. Nam sonus multiplicatur cum aeris circumlationibus, & motu, quæ sese impediunt inuicem, & consequentisonum, quem deserebant.

Ad 2. Ad secundū, neganda est minor. Non enim lumen mouetur per se: moueri enim accidit, cū aliqd vnum modō in vno situ, modō in alio est: at non sic lumen: non enim pars luminis, quæ erat in hac parte aeris, postea est in altera: sed moueri videtur, q; a paulatim corrumpitur. Vt cū calor qui erat extensus per aliquod lignū, paulatim corrumpitur secundum partes ligni, dicitur moueri. Et lignum etiã accensum, si paulatim, & secundū partes extinguitur, sicut apparere calorē, & ignis formam moueri, quæ nō mouetur.

Similiter etiam est, cū paulatim producitur: videtur enim moueri. Sic ergo lumen, cū paulatim accedere, vel recedere videtur, accedere, vel recedere luminoso, videtur moueri: sed non mouetur, sed fit productio, vel destructio partium variarum luminis: est enim facilis corruptio, & generationis, cū pendeat ex præsentia luminosi.

Obiect. Dices: Quomodo, si hoc ita est, lumē dicitur in instanti produci, cū paulatim producat, & corrumpatur?

Solutio. Respondeo, quod lumen aliquo modo successiue producit, aliquo modo in instanti. Primò successiue potest produci, quātum ad intentionem per accidens, vt si opponatur Soli aliqua nubes densa, emittet lumen remissū versus nos: si autem paulatim & successiue rarefiat, successiue etiam intendetur lumen. Secundò successiue etiã producitur lumen, quātum ad exten-

sionem per accidens: vt si sit aliquod opacū obiectū luminoso, impediens, quō minus luminosum per illud spatium diffundat lumen: tunc si successiue retrahatur opacū, successiue lumen se diffundit, sed per accidens. Tertio etiam ratione luminoso, quod successiue applicatur ad partes spatij, producitur lumen successiue. De his modis non loquitur Aristot.

At per se lumen in instanti diffunditur: hoc est luminosum (remoto alio impedimento) constitutum in a quo fit, diffundit lumen in instanti per illud medium, quod potest illuminare, & non successiue. Ratio autē est: quia illud medium, in quod potest, est in vltima dispositione ad recipiendum lumen: quia lumen non habet contrarium, quod expellat.

Hic tamen nota: quod quauis Sol, vel luminosum diffundat suum lumen simul per totum medium, dicitur tamen per partes propinquas illuminare remotas. Quod non debes intelligere sic, quod illumet prius aliquas partes, & hæc alia actione illuminet alias: hoc enim totum non esset in instanti: sed quia non illuminaret remotas, nisi illuminaret propinquas, ob id dicitur per has illuminare illas: omnes tamen à Sole vnicā actione illuminantur. Sicut quis producens subiectum, producit simul passiones vnicā actione, tamē per subiectum producat passiones, id est, quia subiectū producit, passiones producit. Similiter qui mouet vnum extremum ligni, mouet totum lignum simul, quauis longum, dicitur tamen per quasdam partes mouere alias. Ita de lumine. Per hæc patet solutio argumēti secundi.

Ad tertiu respondeo, quod illa propositio est valde difficilis apud Persepectiuos, nec putatur demonstrata: lege Viellio: lib. 2. propo. 39.

Dico ergo cum aliquibus eorū q; rotunditas ista luminis prouenit à So-

Qto in instanti produca tur lumen & lux.

Nota.

Nota.

Ad 3.

lis rotunditate: si enim opacum sit prope foramen, tunc fit lumen ad foraminis figuram: quia omnes Solis partes non possunt agere in illud: at cum est ad mediocrem distantiam, Sol secundum omnes partes opponitur opaco, facitque lumen rotundum. Probat autem: quia cum aliqua Solis pars est eclipsata, non facit rotundas figuras, sed nauticulares.

Dubium. Sed dubium est: Nam similes figure sunt ex reuerberatione speculi in parietem. Forsitan id etiam prouenit ex radijs incidentibus a toto Sole supra speculum?

Solutio. Quicquid sit, a causa externa, rotundum fit lumen, non autem per se: atque idem corpus non est.

Ad 4. Ad quartum dico, quod ratione subiecti habet trinam dimensionem: sicut calor, albedo, & aliud accidens.

Ad 5. Ad quintum respondeo, quod dicitur procedere, non quia moueatur, sed quia producat a Sole, sicut calor dicitur procedere ab igne.

Ad 6. Ad sextum respondeo, quod sunt illa uocabula secundum similitudinem dicta. Vbi nota, quod radius dicitur reflecti, quando lumen productum supra aliquod corpus secundum aliquam lineam producit lumen versus eandem lineam, seu versus eundem locum, quanuis non per eandem lineam, sed non est idem, lumen cadens, & reflexum.

Dissoluitur problema. Sit exemplum: quo soluitur problema quoddam, quare cum manet lumen Solis citò, & ante debitum tempus apparet, signum est pluuiae? Respondeo, quod illud lumen non prouenit a Sole directè: sed antequam ascendat horizontem, illuminat nubem opacam, quae lumen ad nos reflectit, sicut a speculo reflectitur lumen in parietem ad umbram positum. Tale igitur intempesuum lumen indicat pluuias: quia indicat esse nubes, quae, Solis calore aduentante, resoluentur.

NOTA

Lumina autem refrangi solet, seu dicitur, cum multiplicatur, & tendit per aliam viam, per quam non tenderet, nisi aliquid occurreret. v.g. sit in sentella nūmus argenteus, ponatur aliquis ad distantiam, in qua non videat nūmum illum: si scutella impleatur aqua, tunc apparebit nūmus in aequae superficie. Cuius causa est? quia ratioe aequae species, quae sunt sicut lumen, cum perueniunt ad superficiem, alia via tendunt in oculum: diuertunt enim a perpendiculari, ut dicitur Perspectiu. Ista tamen in praesenti ex parte discuti, aut explicari non valent, nec expedit: sunt enim pure Perspectiua. Sat sit terminos intelligere & rem aliqua ex parte cognoscere.

Circa septimum argumentum dubium est, an diuersa lumina distinguantur specie? Opinio autem plurimum est quod lumen inferius, & superius specie distinguantur: ut lumen Solis ignis, & lunae: & hoc tenet Alb. in summa quia lumen Solis non est miscibile: lumen autem inferius, miscibile est. Et hoc mihi videtur probabilius, quanuis alibi disputandum est.

Et secundum hoc, facile est respondere ad argumentum, quod illa duo lumina miscentur, quanuis, qualitates sint: quia diuersae sunt species.

Lumina autem inferiora sunt eiusdem speciei inter se, ut lumina duarum lucernarum. Et de his est dubium, an miscantur in subiecto vno? Hoc est dicere, an, sicut, cum applicatur ignis alicui temperate calido, ipsum calefacit intendendo calore illum, ita, ut vnus sit calor, & non duo: sicut albedo & dulcedo, ita sit in luminibus?

Dico igitur primò ad argumentum, quod quanuis dicamus esse eiusdem speciei, & non misceri, non ob id sequitur esse corpora. Nam accidentia quae a causa efficiendi dependent, licet solo numero differant, nihil prohibet esse simul impermixta, sicut de speciebus

Nota. quid sit refrangi lumen, explicat simili de speciebus refractione, & aliud soluitur problema

Ad 7. 1. Opini. q. differant specielum & superius & inferiorum.

Solutio iuxta hanc opinionem. De luminibus inferiorum inter se

Vera solutio est si non differant specie, nec miscantur non tamen se corpora, lumina.

ipsis

ipsis intentionalibus verum est: eiusdem enim speciei multae simul sunt in oculo, & in medio, & in sensu interiori: non igitur argumentum quicquam probat.

Dub. an miscantur lumina. 1. Opin. Philosophorum peripateticorum non misceri luminibus.

1. Ratio. 2. Ratio. Altera opin. misceri luminibus.

Solutio argumentorum primae opin.

Cur vno opaco ex duabus lucernis appareat umbra.

1. Fuda.

2. Fuda.

At circa rem ipsam, an miscantur, necne? communis est sententia Perspectiuorum, quod non miscantur, quae tamen communiter sequuntur, moti illo argumento de duabus umbris, & etiam alio argumento: quia duae lucernae aequè intensa non intendunt lumen in medio, ferè, quod hoc tanquam demonstratum accipiunt.

Mihi verò probabile videtur sic esse, & congruè sustineri posse: tamè argumenta nihil concludunt, imò oppositum probant propterea probabilius putò, ipsa misceri.

Pro solutione igitur argumentorum illorum, oportet explicare causam, quare duae umbrae fiant, vno opaco posito ante duas lucernas?

Aduerte igitur primò, quod luminosum non illuminat medium lumine primo, nisi quod ei rei rectè opponitur: vnde quando opacum obijcit luminoso, totum illud medium manet absque lumine, quod linea recta non potest attingere, illudque est umbra. Vnde semper fit umbra in illo spatio, quod est rectum, inter quod & luminosum, mediat opacum: tunc enim opacum impedit, quod minus luminosum possit illuminare. Vnde etiam fit, ut variato luminoso per se, vel opaco per se, mutetur umbra, quia mutatur positio recta.

Aduerte iterum, quod umbra nihil aliud est, quam carètia luminis in spatio conuiguo habenti lumen. Cum enim in aliquo spatio lumen est, in alio autem illi coniuncto non, tunc in hoc umbra apparet.

Nota etiam, quod non solum umbra est priuatio luminis, sed priuatio maioris luminis. Vnde minus luminosum in praesentia maioris luminis um-

bra est, quod experientia comperitur. Sit aliqua lucerna remissa non & illuminans aliqua duo spacia: ponatur alia lucerna intensior, illuminans partem vnam spatij, tunc illa altera pars apparebit umbra, in praesentia alterius magis illuminatae.

Aduerte tertio, quod duo luminosa plus illuminant aliquod spatium, quam vnum, si aequalia sint: nam quibusdam partibus melius applicatur vnus, quam alterum, & partes propinquiores magis illuminantur.

Ex his sequitur causa, quare duae appareant umbrae duobus luminosis positis in istibus oppositis ad opacum vnum. Per primū enim fundamentū, lumen vnus luminosus non peruenit ad spatium rectū sibi post opacū, ad reliquū autē peruenit: & lumen alterius non peruenit ad aliud spatium sibi oppositum, ad reliquū peruenit. Reinquuntur ergo duo spacia, quae non illuminantur, nisi ab vno luminoso singula, illaque sunt umbrae: quia sunt minus illuminata, quam reliquae partes spatij, quae sunt magis illuminatae: quia a pluribus luminosis lumen participant, & ista est causa. Vnde potius colligitur illa luminosa misceri: non enim in partibus, in quibus vtraque sunt, esset lumen intēsus, nisi se miscerent.

Secundum autem argumentum eorum nihil valet. Non enim est bona consequentia: quanuis enim non intenderent se mutuo, non ideo sequeretur, quod non se miscerent: nam id fieret, quia debilius non agit in fortius, vel in aequale: vt, calidum vt quatuor, non calefacit magis calidū aliud vt quatuor.

Dico etiam, quod lumina aequalia se mutuo intendunt: aliter enim non fierent duae umbrae ex duobus luminosis: idcirco enim sunt, vt diximus, quae partes quaedam magis illuminatae sunt a duobus luminosis: nec est simile de calore, & de lumine.

3. Fuda.

Reddit caus. cur duae appareant umbrae duobus positis luminosis. &c.

Ex his colligitur misceri lumina.

Ad 2. ar. 1. soluti.

2. soluti.

His

His non obstantibus, vt probabile valde defendi potest, lumina omnia esse eiusdem speciei, & lumina non misceri, quantum mihi probabilis est, esse eiusdem speciei, & misceri in medio, vt dixi.

Ad 3. 1. Opin. in lumē e se acci dens, & non in subiecto Reijcit.

1. Opin. 1.

2. Opin. esse acci dens, q migrat de subie cto i sub iectum. Reijcit.

3. Opin. 1 2

3. Opin. eōmun.

Quæst. An visio

Ad vltimum argumētum variè respondetur. Aliqui putant, lumen non esse in subiecto, esse tamen accidens, quia dependet in conseruatiōe causa efficiente.

Hæc sententia est improbabilis valde: quia in hoc cōsistit natura & essentia accidentis, q. aptū ad inhærendū sit, quo ablato, substantia erit.

Et nihil facit illa dependētia a causa efficiente: multo enim magis omnia dependēt a Deo in conseruando, non tamē sunt substantiæ ipsæ accidentia.

Alij dicunt, q. sit accidens migrans de subiecto in subiectum.

Sed hoc licet sit magis probabile, tamen non mihi placet. Nam dependētia accidentis a subiecto maior est, quā locati a loco: nec potest esse vñū in multis subiectis primis, sicut locatum vñū in locis.

Et propterea tunc lumē Solis esse incorruptibile, quia simul recederet cum Sole migrans per varia subiecta: quod tamen falsum est.

Dico ergo cum communi sententia: quod sicut in igne sit circa calorē, ita in luminoso circa lumen. Cū enim ignis calefacit aerē, si ventus fiat, tūc nouo aerē succedente nouus inducitur calor, & corrumpitur alter, recedēte alio aerē. Sic in lumine nouum, & nouum producit, succedente aerē, & aliud corrumpitur.

Vnicum autem est discrimen, quod calor tempore producit & corrumpitur: at lumen in instāti, ob id radius fixus apparet. Et per hoc patet huius quæstionis resolutio, in qua aliqua de luminis natura & essentia, quantum satis erat, disputatum.

Hic se offerebat quæstio: an visio

fiat per extramissionem, vel per intus susceptionem: quæ fuit controuersia inter Aristotelem, & Platonem: nostra tamen eam differimus in caput secundū de sensu. vbi Aristoteles illic eā disputat, solum sententias explicabimus.

Plato credit esse in oculo lumen innotum quoddam, quo emissio ab oculo in obiectū, ipsum percipimus: quod lumen coniungitur, & iuuatur a lumine externo.

Aristoteles non negat esse lumen in oculo aliquod, & aliquando in medium extramitti, vt apparet in oculocati: tamen negat id esse necessarium ad visionem, sed semper lumen est ex parte medijs, quod potest esse extremum: at obiectum immutat potētiā imprimendo species, quæ necessario sunt: & sic visio fit per receptionem.

CAPVT OCTAVVM.

Nunc autem primum de sono.

Text. LXXVII.

M

ERITO post visum de auditu tractat: est enim hic sensus immaterialior, & nobilior, vt eius cognitio manifestat: non enim sit interuenientibus qualitibus primis, quæ naturalissima sunt. Hoc autem in alijs sit. Non enim alijs sensus percipiunt obiecta, nisi aliqua, secundum has, facta alteratione. Est etiā auditus immaterialior: quia plurimum contrariorū simul est magis perceptiuus. Hoc enim sensu harmonias, quæ plurimum concentus sunt vocum, percipimus. Antepont ergo auditum tanquam digniorem.

Non enim hic obseruat naturæ ordinem: (Sic enim praposterus debet esse, vt a tactu inciperemus, id quod Auicenna fecit) Sed ordinem perfectionis & dignitatis sequitur.

Incipit ergo ab ipsius obiecto: sicut enim a calore in Capite de visu, sic a sono in præfati exorditur.

Est au-

tra mis sionem, an p in tus sus ceptionē, differt, recita tis solū opinio nibus.

2. Opin. Plati.

N O T A

De audi tu. Qd iā sit de auditu agendū tanquā de nobi liori sen su post visum.

Nota.

De obie cto au ditu pri agē u. f. sono.

Differē tia colo ris & soni pri ma.

Secūda.

Duplex sonus seu sonorū corp9. f. actū, & potētia.

Quædā corpora sonū fa cere; a lia non ita.

Quid sit sonus actū, & quotuplex.

Tria pricipia esse neces saria ad sonum actū.

Obiect. Solutio.

Est autem notanda differentia inter colorem & sonū. Color enim in re colorata, sicut ipsius actus, & cū ipsa permanet ante, & post visionem, At sonus non est in corpore, quod sonat, sed extra ipsum: nec est semper cum ipso, nisi cū auditur, vel audire potest, si auditus adsit.

Vnde dicitur res colorata vno modo tantum, scilicet, quæ colorem actu habet: at res sonora dupliciter dicitur, vel potētia, quia sonum efficere potest: vel actū, quia sonum facit.

Ad hoc igitur ostendendum Arist. distinguit sonum, nisi in sonum actu, & sonum potētia: quod idem est, ac si dicat: quædam esse sonora, quia actu habent sonū: quædam, quia habere possunt.

Quod autem quædam dicuntur sonora, quia sonum actu possunt facere, probat ex distinctione vulgari corporum. Quædam enim non possunt facere sonum, vt spongia, & mollia: quædam possunt facere, vt leuia, & dura, nō est aut aliud esse sonatiua potētia, quā posse facere sonum actu in medio.

Fit autem secundū actum sonus.

Text. LXXVIII. Via sonorum potētia ordinem habet ad sonum actū, sicut quæ actu sonat: aggreditur explicare, quid sonus actu sit, & quotuplex.

Constituit autem tria principia esse necessaria ad sonum actu. Duo corpora ad se ordinem habentia, & medium: quod ratione manifestat. Sonus est ex aliqua percussione: sed percussio non fit, nisi sit, quod verberat, & quod verberatur, ergo ad sonum sunt talia corpora necessaria. Vterius. Percussio non fit, nisi localiter moto vno illorum corporum ad alterum: sed talis latio indiget medio: ergo ad sonū tria corpora conueniunt.

Quod si obijcias, aliquando sonum fieri aere percusso virgæ Respondeo, quod tunc aer habet rationem duorum

corporum, & medijs, & percussus, secundum diuersas sui partes.

Constituitis his soni causis, quæ & quales sint, particulariter explicat: & primum docet, qualia debeant esse corpora, quæ se percutiunt: ponitque aliquas conditiones.

Prima est, vt sint dura: sic enim poterunt sibi mutuo resistere, & aerem interceptum sentire. Vnde mollia corpora non faciunt sonum: vt si lanam lanam percutias.

Secunda, quod sint leuia & superficialium habentium partes planas, & nō supereminentes: sic enim aer interceptus, & percussus: totus simul percutietur, sonumque faciet.

Tertia, quod sint concaua: nam ratio concūtatatis aer interceptus, & percussus, nō poterit egredi, & sic partes corporis multipliciter percutiet, fietque sonus longus: vt a cecidit in tintitu qui superest post sonū cāpanæ.

Notandum verò, quod ista conditio non est necessaria ad sonum simpliciter, sed ad perfectum sonum.

In textu sequenti ponitur alia conditio quarta, & necessaria, quod illa corpora percutiant se velociter: quod ibi dicemus.

Amplius auditur in aere. Text. LXXIX.

Vale sit mediū in sono, explicat, dicens: quod audimus in aere, & in aqua existentes: non tamen putandum est, aerem, vel aquam esse dominos, id est, primas causas soni: nō enim sunt, nisi corpora dura se mutuo percutientia ad aerem.

Vbi manifestat, quod aer est mediū corpus, inter corpora percutientia se, ex quibus fit sonus, licet talis sonus esse cōtus possit deferri ad auditum existētem siue in aqua, siue in aere, quod postea examinabitur.

Statim adijcit quartam prædictam conditionem, quod corpora velociter se percutiant ad hoc, quod aer nō egre

De illis princi pijs seu causis so ni parti cularis a cto & po tentia. Qualia debeant esse cor pora, q sonū effi ciant.

1. cōdit.

Nota.

4

De me dio in quo fit sonus.

Quale sit hoc mediū.

Nota.

4. cōdit. corporū quæ so nū gēnt.

egrediat̄ur antequam percutiatur: huius enim percussio, sonus est. Vnde si paulatim corpora congregiantur, aer dilabitur, nullusque fit sonus, quod si cito se percutiunt, aer non potest ita cito labi: ob id resistit, & propter resistantiam percutitur.

Alia tamen reflectunt quidem, sed non distinguuntur a vmbra precedenti. Quod autem corpora reflectant lumen, probat: quia aliter essent tenebrae purae, ubi solis radij directi non sunt: quod falsum est.

Vacuum autem recte dicitur,

Text. LXXXI.

Laudat antiquos ad confirmationem suae opinionis, quod aerem soni authorem faciebant, non ita, ut esset prima causa, sed ut mediū quoddam, & id quod ex percussione corporum sonū facit.

Laudat antiquos ad confirmationem suae opinionis quod aerem soni authorem faciebant, non ita, ut esset prima causa, sed ut mediū quoddam, & id quod ex percussione corporum sonū facit.

Antiqui autem dabant vacuum sonum, per vacuum intelligentes aerē, quoniam reuera non sit vacuum.

Explicat autē, quomodo se debeat habere aer iste. Debet esse vnus, & cōtinuus, id est, non debet in multas particulas dissecari (sic enim non faciet sonum) sed aliqua simul tota pars percussa moueri: sic enim sonum causabit.

Quo hic aer se habere debeat, ut fiat sonus.

Vnde, cum corpora non sint plana, non faciunt percussa sonum: quia diuidunt & separant aerem in multas particulas: at cum leuia sunt, vnā habent superficiem, ratione cuius aer simul percutitur, & talis tota pars simul percussa mouetur, ac sonum facit, auditumque immutat.

Sonatum igitur est, quod motum.

Text. LXXXII.

De sono ipsiusque principij egit nunc de sonatione agit, quod a sono dicitur. Ac primò quid sonationum sit, explicat, dicens: sonationum esse, quod potest mouere aerem continuū vsque ad auditum.

De sonatione, seu sonationum sonoro corpore quid sit, ad auditum.

Dices fortassis: quomodo aer hic exterior cōtinuus est auditui? Respondet, auditum esse connaturalem aeri, id est, habere quēdam aerem internum, & naturalem, cum quo iste exterior cōtinuus est. Habet enim, ut dicemus postea, auditus ante se foramen quoddam in caluaria, quo detinetur

Obiect. Aristot. Solutio. aer

Nota aer rem esse auditum a naturalis inclusū.

aer quidam semper, nec ab eo recedit, qui aer ex vna parte est cōtinuus, cum tunica auditus, quae dicitur mirringa: ex altera parte cōtinuus est cum aere exteriori. Vnde moto exteriori, mouetur interior, & hic mouet potentiam, fitque auditus.

Ex quo fit, quod non quacunque parte animal audit, nec aer transit faciendo auditionem, sed solum illa parte, qua talis cōtinetur aer, animalium audit: sicut etiā animal non videt parte quacunque, nec pupilla, id est, oculus, sed qua parte habet & cōtinet humorem crystallinum. Est igitur sonationum, quod aerem vsque ad auditum cōtinuum mouere potest.

Per se igitur in sonum est aer.

Text. LXXXIII.

Quomodo hic auditus aer sonum recipiat & fit cōnaturalis. Dubiū. Solutio. Aristot.

Quomodo hic auditus aer sonum recipiat & fit cōnaturalis. Valiter se hic cōnaturalis aer habet, explicat, respondens enim dāmo dubio. Posses enim dubitare, quomodo hic aer possit sonum recipere, cum aer sit facile dissipabilis & labilis, atque ob id non receptiuus soni?

Respondet, id ita esse: at cum aer habet aliquod corpus prohibens ipsum dissipari, & labi, tunc sonum habet: atque ob id sunt duo corpora, quae interceptientia aerem, citoque percussa faciunt sonum.

Similiter aer iste connaturalis, inclius est, ac immobilis, id est, non est dissipabilis, nec locum relinquens, ut exponit Themistius: ob idque sonum recipit imò sonos omnes, cum semper interceptus habeatur.

Probat autem, quod iste connaturalis aer semper adsit illic, nec locum mutet: quia contingit existēs in ipsis aëribus audire, quia aqua non intrat locum, ubi aer est, imò nec ingreditur anfractus aurium: quod si intraret ita, ut aer ille expelleretur, vel mirringa laederetur, non audiremus: sicut nec leisa pupilla videre cōtingit: & hoc etiā argumento ostenditur, talem aerem connaturalem esse in auditu.

Quod sit cōnaturalis aer, probatur. I. Ratio.

Sed et signum audiendi, aer nō.

Text. LXXXIII.

Altero signo ostēdit, aerem talem esse: quia ad dignoscendum auditum vigere, vtitur hoc signo, cum sonat auris, sicut cornu: quod fit, si digito aurem premamus, vel aliquis vapor illum excitet aerem: tūc enim aer motus sonum facit.

2. Ratio.

Quoniam talis motus non sit acri proprius, sed ab extrinseco: nullus enim ei motus, nec sonus illi proprius est. Cum ergo aliquando audiamus sine aere exteriori, putarunt ob id Antiqui in vacuo audire posse, existēte aliquo sonante: hoc enim de aere cōnaturalis sentimus.

Nota.

Vtrum autem sonat id.

Text. LXXXV.

Quid sonantium sit explicuit, nunc dubium quoddā soluit. Est autē duo sint corpora, ex quibus sonus videtur procedere, id est, quod percutit, & quod percutitur: dubium est, vtrum dicatur sonantiū & sonare.

Dubiū à quo sonus procedat an à corpore percussore.

Respondet, quod vtrumque, licet non eodē modo. Et dat huius causam, & rationē: Si enim sonus esset ille motus, quo se illa duo corpora percutiūt, tunc non sonaret vtrumque: quia vnū percutit, alterum percutitur: at sonare, agere est.

à percussore. Solutio. Aristot. ab vtroque fieri.

Sed sonus non est ille motus, sed alius, scilicet motus resilientiae, quo aer mouetur ex corporum illorum percussione.

Nota.

Cum igitur sonus sit in motu, quo corpora resilientia mouentur à leuibus corporibus inuicem motis, & respēdit talis motus, vtrumque corpus, quod percutit, & quod percutitur, agat, vtrumque dicetur sonare.

Repetit. qualia sint corpora, quae se percutere debēt, quod iam superioribus diximus. Et attendē, quod non repetit inutiliter: nā superioribus posuit illas conditiones in illis corporibus, ut sonum

Exēplū.

Ponit exemplum eorum, qui multos lapides simul cōiunctos proieciūt, ac virga velocissimē mota percutiunt cumulum antequam dissoluuntur: velocitas enim praue nit separationem lapidum: ita debet esse cita motio corporum effectiuorum soni.

Echo autem fit, quando ab aere.

Text. LXXX.

De sono reflexo, quod Echo dicitur, quo modo fiat.

Quomodo sonus directus & simplex fiat, docuit nūc quomodo etiā sonus reflexus fiat, qui dicitur Echo docet, dicitque tale sonū fieri hoc modo. Sonus n. qui in aere taliter moto cōsistit, fertur per spatium aliquod, accedit ergo, quod aliquod occurrit corpus prohibens ipsum dilatari ulterius: iterum sonus regreditur per idē spatium, aere ipso in quo sonus est, repulso. Vocatque locum continentem vas.

Nota. Exēplo declaratur.

Ponit exemplum de sphaeris, id est, circularis, in aqua factis. Aliquādo enim in lacum lapidem iniicimus, qui iniectus in aqua sibi propinqua circulum facit: & hic ulterius alium se maiorem & iste alium, donec cessante tali motu ex ripae, vel lapidis, vel alterius aquae occurso, alij regrediuntur circuli per idē spatium. Sic iudicandum est de aere moto, in quo sonus est.

Semper fit echo cum sonus reflectitur licet non semper sentiatur.

Dicit autem, quod semper fit Echo, cum sonus desinit, quoniam non semper percipiatur. Sicut, posito corpore ad radios solis, reflectitur lumen semper ad vmbra, quoniam non semper sensibiliter, ita ut in illa vmbra faciat aliam vmbra.

Simile de lumen nis reflectione.

Hoc enim modo speculum, & aqua reflectit lumen in muro, ut vmbra aliam faciat, quia multum luminis reflectunt.

ram causa sunt, hic autem, vt sonatua denominantur.

Differentie autem sonantium.

Tex. LXXXVI.

Duplex corpus sonatum, acutum, & graue, si cut & sonus ipse. Exempla in coloribus.

Definierat, quid sonatum sit, nunc ipsius differentias & species tradere vult. Est vnum sonatum acutum, alterum graue. Differentias autem has notificari dicit per ipsos sonos actu, nisi enim actu sonent, non dignoscuntur.

Positque exemplum. Sicut colores absque lumine non cognoscuntur: Et attende, quod comparatio non in omnibus tenet: sed in hoc, quod sicut visus non percipit colores sine lumine, ita auditus non percipit sonabilia sine sonactu.

Nota.

Cetera autem dissimilia sunt. Lumen enim non est, nisi ex parte medij: at sonus est ex parte obiecti: sentimus enim, & audimus corpora sonantia, & ipsorum differentias.

Quid sonans acutum & graue.

Explicat, quid sit sonans acutum, quid graue, dicens: quod sumitur ista differentia per analogiam od acutum, & obtusum in tactu. Est ergo sonans acutum, quod in paucis temporibus mouet auditum: vnde velox dicitur. Graue autem, quod multo tempore paucum mouet, ob id tardum dicitur, non quod tardum & velox sint ipsum acutum, & graue, sed sunt causa, quod acutum, & graue sic moueant auditum.

Not. ex D. Tho.

S. Thom. notat hic, quod sicut motus non est sonus, sed soni causa: sic, nec velox, & tardum, qui in motu sunt, acutum, & graue, sed acutum, & grauis cause sunt.

No. causam, cur sonus sit acutus, vel grauis.

Aduerte tamen, quod causa, quare sonus acutus sit, aut grauis, est copia, aut paucitas aeris. Vnde sect. 19. Problema quod est. 37. petens causam harum differentiarum, dixit, sonum acutum fieri ex aeris percussu inopia, grauem autem ex copia. Ac eadem sect. quod est. 11. dixit vocum extremitates esse acutas, quia paucitas est aeris in fine percussionis.

Et hoc comperimus in cordis seu sordibus, quae dum intensiores sunt, acutiores faciunt, quia parum aeris percipiunt: si des autem, siue corda, siue sunt sonum, sicut virga aerem percutiens: mota enim ad vnum latus secum fert aerem, qui ex citissimo regressu chorda percussit, cum non possit tam cito labi. Haec ergo est causa acuti, vel grauis soni.

Et ex hoc sequitur effectus, quod velocius acutum moueat sensum, quam graue: non enim pauca materia tam tarde mouetur, quam multa.

Vnde velocitas, & tarditas (quantumputo) non sunt causa acuti, & grauis, sed ipsorum effectus. Aristoteles autem hoc solum dicit, quod velocitas, & tarditas, sunt causa quare acutum, & graue, multum in paucis, vel paucum in multo tempore moueant sensum. Haec enim definitiones sunt per effectum acuti & grauis. Et hoc notandum in motu precedente sonum nihil facit, quod velociter magis vel minus percipiatur corpora, ad acutum vel graue.

Nunc analogia explicat cum acuto & obtuso in tactu. Acutum enim in tactu, scilicet gladius acutus in paucis temporibus multum scindit: quia velocius fertur, nec dat locum subterfugendi, nec resistendi corpori scisso. Obtusus vero paucum in multo tempore: ob tarditatem enim subterfugit corpus scissum & multum corporis simul resistit. Sic de acuto, & graui sono.

Vbi nota sententiam, quam dicebat. Acutum enim est causa velocitatis: & velocitas causa multae scissionis. Ita in sono acutus est causa velocitatis, & haec est causa multae motionis in sensu. Idem de graui est dicendum, quod est causa velocitatis, sicut obtusitas, & habetudo in tactu.

Vox autem sonus quidam est.

Tex. LXXXVII.

Experientia ostenditur.

NOTA

Cur acutum velocius moueat sensum, quam graue. An velocitas & tarditas sint causa acuti & grauis soni, an vero effectus.

Explicatur analogia acuti & grauis in tactu.

Nota.

De quadam soni specie, hoc est, de Voce. Distinctio vocis paulatim per partes colligitur. Occurrit obiecti similitudo. Similitudo triplex vocis est soni, id est, consonantia, secundum quam graue acuto mixtum consonat, harmoniamque facit. Tertium, est locutio id est, syllabarum distinctio que nisi animalibus perfecte inest.

Prima. Secunda. Tertia. Additur alia differentia de functioni.

Obiect.

Solutio.

Nota.

Progredditur a liam perficienda de functione Vocis.

De sono ipse dicitur principijs, ac de sonatu, dispersatum est tunc de quadam soni specie tractat, scilicet de Voce.

Palatim ergo ipsius definitionem ponit, singulas particulas ostendendo: ac in praesenti statuit, vocem esse sonum animalis. Sola enim animalia sonum hunc emittunt.

Quod si obijcias, tibiam, aliaque instrumenta dici habere voces? Responderet, id esse per analogiam, & similitudinem: non autem proprie. Similitudo autem constituitur in tribus, quae vocibus veris inest. Primum, est extensio: habet enim dilatationem, & velut corpus leuiam quandam, vox ipsa. Alterum, est melos, id est, consonantia, secundum quam graue acuto mixtum consonat, harmoniamque facit. Tertium, est locutio id est, syllabarum distinctio que nisi animalibus perfecte inest.

Statim aliam addit differentiam de functioni, quod vox sit animalis respirantis sonus. Quod ostendit quod non omnia animalia adeant vocem, sed quae sanguinem habent: & eorum non omnia. Pisces enim sanguinem quandam habent imperfectum non tamen respirant, nec vocem ob id adunt. Et ratio est: quia vox, sonus est: at sonus non est nisi in aere, nec ergo vox. Cui ergo pisces non trahant aerem per respirationem, non adunt vocem: similiter & alia non respirantia.

Quod si obijcias: Pisces Acheloi fluminis vocem adere, vt communis fert fama? Responderet, non esse veras voces, sed sonos brachij effecto: sicut etiam cicadae, & grilli sonant diaphragmate, non ore: ablatum enim capite adhuc tales emittunt sonos, vt refert Albertus.

Vox autem sonus animalis est.

Tex. LXXXVIII.

Ad huc Vocis definitionem componere persequitur, vultque constitueret. Vocem, non solum esse sonum animalis respirantis, sed etiam sonum factum in aere ipso per respirationem tracto.

Ad hoc autem ostendendum dicit, quod non quacunque parte, etiam alia respirantia sonum & vocem adunt (non enim sonus manibus factus, est vox) sed sonus in aere respirato.

Quod si dicas, aere illum esse ad refrigerandum cor calidissimum, in cuius motu consistit vita, necesse sarium?

Respondet ita esse, sed habere duos vsus scias. Alterum necessarium: alterum ab bene esse. Sicut lingua etiam duos vsus habet: Alter est gustare, & hic ad vitam necessarius est: Alter est locutio: & haec est ad bene esse sine illa: non potest esse animal: Ita aere iste habet duos etiam vsus. Alter est refrigerare cor quod calidissimum est, eum sit caminus, & officina sanguinis; & hic necessarius est: Alter est, esse receptiuus, & causatiuus vocis & hic est ad bene esse.

Instrumentum autem respiratorium.

Tex. LXXXIX.

Quales sunt partes in animalibus, quae suo motu, & percussione faciant vocem, explicat. Pro quaerit intelligentia aduerte, quod est quaedam via, quae a arbore vsque ad pulmonem procedit, quae dicitur guttur, per quam pulmo, qui calidus est, recipit aere, quo refrigeratur, & refrigerat cor illi proximum. Extremitas huius, versus os, quae in suprerna colli parte est, dicitur cucullio, in quo fit vox hoc pacto. Aer nullo detinetur, ac ab aere a pulmone emisso percussitur, fitque vox. Cuius signum est: quod non loquimur inspirantes, nec expirantes, sed aliquo modo aere detinentes. Haec tamen latius in quaestione explicantur. Dicit ergo Aristoteles, quod instrumentum respirantis, est guttur: hoc enim est propter pulmonem, vt propter finem. Pulmo enim plus caloris habet in terrestribus, & progressiuis animalibus, quam in alijs: ob id indiget refrigeratione: habetque hanc viam qua recipiat ipsum aere. Est enim iuxta cor, quod est valde calidum, & verumque refrigeratur.

Obiect.

Solutio.

Quae & quales sunt partes in animalibus, quae vocem suo motu efficiant.

Qua

Quare percussio respirati aeris.

Tex. XC.

Quando in gutturo re fiat vox.

V Sum necessarium gutturis. expli-
cuit & ipsius aeris: nunc alterum
vium, scilicet ipsam vocem explicat,
dicens: vocem esse hunc actum, & per-
cussionem aeris, ab anima factam in
illis partibus, scilicet, in pulmone ad
arteriam, & guttur. Quasi dicat: est
ictus aeris mandati à pulmone, & ani-
ma, quæ in ipso, est, cum aere detento
in arteria, & gutturo.

Additv-
timã de-
finitioni
vocis dif-
ferentiã.

Addit aliam differentiam ultimam,
quod vox est significatiua alicuius af-
fectus, vel conceptus, vnde rursus, & fo-
ni facti lingua non sunt voces, nisi aere
emisso à pulmone percutiatur aer de-
tētus in arteria intra ipsam. Huius au-
tem retentionis signum est, quod non
loquimur, nisi detinentes aerem.

Colligi-
tur tota
defini-
tio vocis

Est ergo Vox sonus animalis factus
in aere per respirationem: trahō à pul-
mone in guttur, cū intentione aliquid
significandi.

Manifestum autem, et quæ sit.

Tex. XCI.

Quod
piscēs nō
hābent
vōcem
nec
inspirāt
ex sentē-
tia Arist.

Inferitur, pisces nō habere vocem,
nec respirare: quia non habent ar-
teriam illam, qua vox fit. Quare au-
tem non habeant, causam dicit esse
tradendam in libro de animalibus. Nō
enim calorem intensum in corde ha-
bent. Vnde eos dicit errare, qui hos
dicunt vocem edere, & respirare.

Hæc igitur Aristotel. de sono docet
de ipso sensu, seu potentia auditus ni-
hil dicit, quia facile est per obiectum
ipsam definire.

An sonus sit qualitas præter motum.

Quæst. 1. 1. 1.

Supposi-
tio dupli-
cis motu

D Vos locales motus in sono quæ-
do, conuenire, certum est. Vnus
est, quo duo corpora se percuci-
unt. Et quamuis aliquando
duo sint hi, puta, cum vnus versus al-
terum mouetur: tunc enim vnus est

vnus motus, alter autem alterius, nō
tamen hoc est necessarium: nam vno
quiescente, potest esse percussio.
Alter motus est ipsius aeris intercepti,
quo eliditur, & resilit.

Est ergo difficultas: an sonus sit ali-
quis ex his motibus, an qualitas præ-
ter hos insurgens?

Videtur autē quod non sit alia qua-
litas præter motum. Primò authōri-
tate: Aristoteles enim sonum per mo-
tum definit. Dicit enim, sonum esse
ictum, & motum: vocem quæ, esse percuci-
sionem, quæ datur ergo sonus motus est,
& non qualitas.

Præterea secundò. Si qualitas est,
vel est prima, vel secunda. Non pri-
ma, quia nulla est ex his, quas Arist.
de gener. numerat. Nec secunda, cum
non sit ex primis quatuor composita
aut facta: non ergo qualitas est.

Præterea tertio. Si qualitas esset, al-
teratione produceretur: at non est ta-
lis alteratio, qua sonus fiat, nec Arist.
meminit, nisi ipsius motus localis: non
igitur est qualitas.

Præterea quarto. Quia qualitas ha-
bet aliquod esse permanentis: at sonus
successiuum quid est, nec habet con-
stantes partes: non ergo qualitas, sed
motus potius est.

In hac difficultate communis est om-
niuni sententia: sonum non esse mo-
tum, sed qualitatem distinctam ex mo-
tu consequentem. Vt enim motus lo-
calis causat calorem in corpore: sic mo-
tus ille elisionis aeris intercepti cau-
sationem: quamvis Themistius, cap.
29, & Graeci videantur docere, sonum
esse illum aeris motum, et videtur A-
ristot. indicare. Responset hoc impro-
babile profecto.

Pro huius quæstionis resolutione,
aduertendum, quod, cum tria corpo-
ra sint necessaria ad sonum: scilicet per-
cucientia se mutuo duo, & tertium in-
terceptum: nō est necessarium, quod
sint tria tria semper discontinua. Ali-

Sensus
quæstio-
nis.

1. Argu.
quod non sit
alia qua-
litas præ-
ter mo-
tum.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

Consen-
sus opi-
nantium
sonum esse
qualita-
tem Ali-
qui vidēt
tur contrarium
opinari.

1. Fundi
qua ra-
tione, &
modo re-
quiran-
tur tria

corpora
ad sonū.

quando enim omnia sunt continua, ali-
quando quoque, aliquando omnia discon-
tinua sunt. Exemplum primum in ve-
tus secundum quas partes se concutit
intercepta aliqua alia venit parte. E-
xemplum secundum: cum virga aerem
percutit. Tertium notum est, cum mal-
leus campanam tangit: semper tam-
en hoc est verum, quod sunt tres dis-
tinctæ corporis partes: altera quæ
percutit: altera percussa: & alia elisa,
& intercepta.

Nota.

2. Fund.
corpora
se percuci-
entia o-
portet
habere
resili-
entiam mu-
tuam.

1. Cōel.
Sonus est
qualitas
&c. & nō
motus.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Aduertit etiam, quod corpora se per-
cucientia, debeant aliquam motum re-
silientiam habere, vt interceptum mo-
tum elidatur. Vnde cum duæ vn-
da aque sonum faciunt intercipientes
aerem medium, tunc quæque vnda re-
silit, ratione aquæ post se existētis,
ratione impetus, quod versus alteram
mouetur. Similiter pars aeris, quæ cū
virga elidit aerem interceptum: illa
enim resilit ratione aeris totius post
se, & etiam ratione impetus, quo post
virgam eleuatam ferebatur.

Sit igitur conclusio. Sonus est qua-
litas per motum elisionis producta,
nec est idem cum ipso motu. Et hæc est
communis sententia.

Probatur primò. Motus & sonus ha-
bent essentielles differentias, & species
diuersas: ergo non sunt idem. Conse-
quentia est certa: nam motus non dicitur
acutus, nec grauis, sed sonus: ergo
sonus non est motus, sed quid aliud.

Præterea secundò. Motus localis,
aut est reductiuè in prædicamēto A-
ctionis, vel Passionis, vel Vbi, ratione
termini, aut præcisè collocatur, cum
sit via ad alia, inter post prædicamēta:
at sonus est in tertia specie qualitatis,
vbi ponitur obiecta quinque sensuū,
vt illic docuimus: ergo non est motus.

Præterea tertio. Sonus recipitur ali-
quando, vbi nullus est motus localis:
ergo non est motus. Antecedens patet
4. histo. Animalium, cap. 8. vbi dicit,
piscatores, dum pisces capiunt nullū

emittere verbum, quia statim audiuntur
à piscibus: & tamen non est creden-
dum, quod motus transeat per totam
aquam: erit ergo sonus.

Præterea quarto. Motus est sensibi-
le cōmune omnibus perceptum sensu-
bus: at sonus solo auditu percipitur
se: ergo non est motus.

Præterea quinto. Quia cum vnus se
percutiunt, non videtur, quod illic sit
signus motus localis, cum possit profe-
ctō alius tā intensus, vel sensuū mo-
tus dari, vbi sonus non esset: est ergo
aliud quid motus. Sit ergo cōstitutum
sonum qualitatem esse præter locales
illos motus corporum.

Ad argumenta ergo respondetur.
Ad primum, quod locutiones Aristo-
telis sunt intelligendæ in causali sensu:
sonus est ictus, vbi est ex ictu procedens.
Nec hoc alienum est ab ipso: nam quo
nempe vocat euaaporationem, & ta-
men constat esse quid ex illo, aut simul
cum illo resultans.

Quod si dicas: Quare ita definit A-
rist. prætermisso genere? Respondeo;
est quæ notatu dignū, quod in his, quo-
rum proxima genera ignota sunt, meli-
us est Physico per proximas defini-
re causas sensibiles, ideò Aristoteles
per ictum, & percussione definit sonum,
non vt per genus, sed vt per cau-
sam proximam, sicut eclipsis dicitur
terræ interpositio.

Ad secundum respondeo: quod A-
ristoteles solum numerat illic primas
qualitates tangibiles, vt patet ex toto
contextu, & ex ipsius verbis, nō autem
simpliciter primas. Tunc enim oportet
lumen numerare. Dico ergo, so-
num esse qualitatem primam, sed non
ex illis, quæ tantum tangibiles sunt.

Ad tertium respondeo, quod sonus
producitur motu locali, non tanquam
terminus primus, & immediatus il-
lius, sed tanquam immediatus: sicut
etiam color mediante locali motu pro-
ducitur.

4. Ratio.

5. Ratio.

Ad 1.

Obiect.
Solutio
notanda.

Ad 2.

Ad 3.

Dubiu. Solutio notanda

Ad 4.

Sensus questio- nis.

1. Ratio. quod sit in corpo re sonan te.

2. Ratio.

3. Ratio.

Not. pri mum du dubium, alterum? an sonus sit in corpo

Quod si dicas: Quia mutatione im- mediata produci potest. Dico aliteratio- ne quaedam, quae sonatio dicitur, sicut calor calefactionis, sicut autem non... An sonus sit in co pore sonante, an corpore intercepto, scilicet in aere vel aqua. Quaes. XX.

An sonus sit in co pore sonante, an corpore intercepto, scilicet in aere vel aqua.

D Igitur corpora tria ad sonum sonant: duo quae se percutiunt, & vnum interceptu: dubium est, an sonus subiectetur in intercepto corpore, an in alijs, quae sonantia dicitur? Quod est dicere: an sonus sit in campana, & maleo, an in aere medio intercepto?

1. Ratio. Ita se habet obiectum visus ad visum, sicut obiectum auditus ad auditu: sed obiectum visus in se habet colorem formaliter, quo videtur: ergo & obiectum auditus, quod est sonans corpus, in se habebit sonum.

2. Ratio. Praeterea secundo. Nihil potest esse medium, & subiectum, vt aer, quia est medium colorum videndorum, non recipit colores, sed species ipsorum. At aer est medium etiam audiendi: ergo non recipit sonum: erit igitur in corpore sonante.

3. Ratio. Praeterea tertio. Si recipitur in medio corpore, tunc sonus reciperetur in aqua nam duo corpora collisa ad aquam faciunt sonum: at aqua non est receptiva soni, vt patet, text. 81. ergo sonus est in sonante.

Aduertendum, quod hic est duplex

sonante, in quo omnes ferè confentiant, esse in corpore intercepto. Alterum est naturale corpus interceptum, solum sit aer, an etiam aqua, & in hoc est controuersia. Themist. in cap. 16. Simp. & Auicenn. cap. de auditu. putant aerem & aquam esse receptiuam soni. Albert. S. Tho. & Auer. & alij multi solum aerem, dicitque Albertus, quod cum duo corpora intra aquam se percutiunt, & sonus fit, tunc esse illic aerem. Cuius signum datur, quod statim supra aquas apparent bullae ascendentium partium aeris.

1. Ratio. Circa huius difficultatis resolutionem sit prima Conclusio. Sonus non est in corpore sonante, sed in intercepto. Probatur primo: Si esset in sonante, (tunc duplex sit sonans, vt certum est,) vel sonus esset in vno, vel in vtroque. Non in vno, cum non sit maior ratio, quam potius in illo, quam in altero sit, vt cum duae manus se percutiunt. Non etiam in altero simul, seu in vtroque, quia sonus est vnum accidens simplex, quod in diuersis subiectis esse non potest: erit ergo in corpore medio.

2. Ratio. Praeterea secundo. Si motus seu sonus esset in sonante, tunc se per medium intentionaliter diffunderet, sicut species: hoc autem non ita est. Nam experimur, flante vento, contra sonans ab auditu non audiri: quod non esset, si sonus in medio intentionaliter solum esset, tunc enim non impediretur auditio sicut nec visio.

3. Ratio. Praeterea tertio. Illic est sonus, vbi actio est, qua produciatur: sed talis actio est in medio, scilicet motus resiliens, & elisiois, que in corpore intercepto est: ergo & sonus.

4. ab au- thorita. Aristot. Accedat etiam quarto expressa doctrina Arist. motum enim aeris, & ipsius percussioem vocat sonum: quod quamuis intelligat causaliter, (vt diximus) tamen indicauit in aere esse sonum.

bium, in quo des conueniunt.

2. Dub. in quo est contro uersia. Themist. 2 opi. S. Tho. &c.

1. Cocl. sonus est in corpo re sonan te, sed in intercepto.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. ab au- thorita. Aristot.

Secun.

2. Cocl. Soni non solum aer est receptiuus, sed aqua.

Nota. 1. Ratio.

Reijci- tur solutio qua dari potuisset.

N. O. T. A.

Ad 1. Argum. Solutio.

Ad 2.

Ad 3.

Descriptio organo- ni auditu- s, ex aqua sensus quod-

Secunda conclusio. Non solum aer, sed & aqua est soni receptiva. Hac tenore cum Auicenna, & graecis. Fateor tamen, aerem perfectiorem sonum facere: quia fragilis est multum, & distinctionem syllabarum recipit: ob id Arist. magis meminit eius aqua tamen sonum facit crasum & imperfectum.

Nota. Hoc mihi persuadeo, quia pisces intra aquas branchijs sonat, seque mutuo audiunt qui sonus non nisi ex aequo collisione.

Quod si dicas, particulas aeris illic esse? Però, vel praetereant ante motum branchiarum, vel de nouo fiunt: Dicere praesuisse, est valde contra experientiam: experimur enim particulam aeris intra aquam non pati moram, sed ascendere. Si dicas, de nouo fieri. Hoc est fingere: non enim fieret, nisi illo motu, quo etiam sonus fieret: & sic non esset ex aeris, sed aequo collisione sonus.

Ad primum ergo argumentum respondeo, quod non est eadem ratio de obiecto visus, & auditus. Auditus enim obiectum est causa effectiua soni, ob id non in se sonum facit: vt diximus in principio Capitis. At obiectum visus, & causa subiectiua coloris ab altero facti.

Ad secundum dico, quod, secundum diuersas partes, idem potest esse obiectum seu soni medium, & subiectum.

Ad tertium solutio patet ex secunda conclusione: nec id est contra Arist. qui solum meminit subiecti principalioris, imò in text. 79. in aere, & aqua audiri posse docuit.

An sonus sit re aliter in medio usque ad Audiatum? Quaes. XXI.

Difficilis est questio ista ob varias sententias. Pro tituli intelligentia, scias à quinta coniugatione neruorum, habentium originem à

cerebro, derivari duos neruos, per medium cerebrum usque ad illas cerebri partes, quae correspondent auribus: ex altera vero aurium parte, extra cerebrum, officulum quoddam continetur, in quo foramen est anfractuosum valde, & minimum, vt extremum acus capiat: quod, ob eius subtilitatem & tortuositatem, foramen caecum dici solet, quasi nihil per illud exitum habeat. In extremitate versus cerebrum maiusculam facit excauitatem, quae tunica à cerebro procedente regitur, quae dicitur miringa, seu tympanum auditus: quia, ad modum tympani, se habet, in qua potentia auditiva residet.

Foramen hoc tali clausum tunica, nerui praedicti extremitate ambit, in quo neruo continetur spiritus, à cerebro usque ad miringam procedentes.

A miringa autem, versus aures, id est in illo foramine officuli, aer continetur, qui connaturalis dicitur, & immobilis: quia nullus illi patet egressus: os enim foramine versus exterius, est valde paruum, nec potest aer egredi, ne de tur vacuum. Nam alterum os versus cerebrum clausum est miringam fortiter, estque, sicut aqua in vase paruissimi officij: aer iste naturalis ex hac parte est continuus cum reliquo aere extra foramen, qui dicitur externus, & in anfractibus auricularum continetur: deinde cum eo, qui extra nos est. Hoc itaque modo se habet potentia ista, & organum.

Est igitur difficultas: an, cum sonus sit, aliquis ex motu aeris percussus, totus moueatur aer usque ad internum, & internus motus moueat miringam? sic enim dicitur esse sonus, realiter in toto medio. An non sic, se sonus & motus usque ad aliquam certam spatij partem procedat?

In hac igitur difficultate sunt quatuor sententiae insignium Philosophorum. Prima est Auicennae, libro 6. cap. de Auditu, quia aerem moueri usque ad

nis in- telligit.

In quo ta sit quod- nis difficultas.

1. opinio Auicennae.

internum putat, sonumque realiter esse in toto medio: sed hoc modo, quod illa portio aeris immediate percussa a corporibus seerberantibus, illa eadem, in qua sonus est, impetu fertur per totum medium, aerem ipsum rumpendo vsque ad auditum, seu vsque ad aures sicut sagitta in scopum. Vnde idem nullo modo sonus, iuxta hanc opinionem, per totum transit medium.

2. opinio Siplcij. Altera sententia est Siplcij, in hoc loco, ubi digressiuam facit contra Alexandrū: dicitque, quod totus aer mouetur, cum mouetur illa particula percussa: est enim continuus vsque ad auditum. Coptiaui autem, vnus percussione partis, totum mouetur: sicut si lignum longum vna moueatur parte totum mouetur.

3. opinio Albert. Alia sententia est Alberti: qui plures percussiones fieri sentit in aere, ita ut illa prima percussio aliam percutiat, aliumque sonum faciat, & haec alia, & sic consequenter, sicut fit in circulis aqueis, ut in textu digimus.

Hanc sententiam multi receperunt, quamuis non eodem modo: Nam Albertus putat hanc realen motionem & sonum peruenire vsque ad ipsum auditum: secus vero non audit. Et haec est tertia sententia.

4. opinio S. Th. & communis. Alii, ut S. Th. & Cajet. vterque, & communis denique sententia est, quod iste motus realis, & sonus multiplicatur quidem, sed non vsque ad auditum, sed vsque ad certum spacium, & ad summum, vsque ad internū, aerem, postea multiplicatur intentionaliter, & per species, sicut color. Hæ sunt sententiae.

1. Cōcl. Philosophorum in hac re. Idem numero. Ut autem, quod mihi, videtur promerito so-

babilius, manifestem, proponam alius non quot cōclusiones, quarū prima sit. Idem numero sonus, realiter vsque ad auditum non peruenit. Haec est contra Auer- cennam, qui vnā aeris partem, in qua ad auditum sonus erat, per medium interruptum, vsque ad aures peruenire, dicebat.

Quod autem hoc non possit fieri, probatur primo. Quia, hoc non supposito, multi non possent vnum sonum integrum sentire, cuius oppositū patet. Sex enim, & septem milia vnica mandiant vocem Concionatoris. At sequela patet: quia vna illa particula, immediate percussa, non potest integra multiplicari. Et hoc argumentum est ferè demonstratio.

2. Ratio. Preterea secundò. Quia sonus est successiuè: non ergo permanet idem per totum spacium, nisi noua fiat percussio.

Et preterea tertio. Quia vna debilis percussio aeris, cum aliquis loquitur, non videtur, quod possit tantum aerem rumpere.

Secunda conclusio. Cùm pars aeris percutitur, ita, ut audiatur, non necessariò totus aer simul mouetur. Haec est contra Siplij.

Et probatur forti ratione: quia tunc esset tam velox auditus, quam visus: nec citius propè, quàm procul audiretur, cuius oppositum docet experientia.

Nec ratio ipsius de continuitate quicquam valet. In cōtinuo enim fluído, & fragili, non statim vna mora parte, totum mouetur: aliter enim, totus Vniuersi aer moueretur vna mora particula: quod ridiculum est.

Tertia conclusio. Sonus, & percussio non multiplicatur realiter vsque ad auditum: nec sic sonos audimus. Haec est contra Alber. Probo autem conclusionem contra ipsum validissimis rationibus.

Prima sumitur ab experientia. Audimus enim aliquando in locis occultissimis, & clauissimis, quibus non cōmunicat aer externus, cùm tota fuerint fortissimè muris circūdata: ergo motus aeris non perueniet vsque ad auditum continuus.

Similiter in vase clauso sentimus motum lapilli inclusi, nec potest motus per illud ferrum transire.

Quod

Quod si dicas, per poros aere ple-

nos transire motum? In primis hoc est figmentum in corporibus omnibus tales ponere poros.

Præterea: est impossibile, motum transire: quia est paruissima particula aeris, quæ non potest illum motum recipere, & sonum causare.

Et, quod magis est, non sunt ordinati illipori, & recti, sed inordinate, & particulis corporis circūdati impediētibz transitum: quomodo ergo tantus motus per illos deferri potest vsque ad auditum?

Præterea: pisces audiunt voces piscatorum, aquis immotis manentibus: quomodo igitur totum continuū medium mouetur vsque ad auditum? Profectò hoc est manifestè repugnare experientia.

1. Ratio. Probatur secundò. Et hoc est fortissimum argumētum. Auditus percipit sonū cū distātia & situ, ut notū est. Cū enim cāpana sonat, sonū distātem, & locum sentimus: at si sonus realiter multiplicatur vsque ad aures: impossibile est, sonantia percipere, & eorum distāciam. Quod patet: quia sonus qui sentitur, nō est nisi in auribus: illic percipitur sonans: nan sonus ille primus sonantis iam corruptus est.

Quod si dicas, sentiri sonum illum cū distātia ex motione tali vel tali soni proximi? Profectò non soluitur argumentum: nam poterit alius sonus prope eum, qui audit, talem motionem facere, qui tamen non est in eadem distātia: non igitur sonus realiter vsque ad aures peruenit.

2. Ratio. Probatur tertio. Quia si totus aer mouetur vsque ad auditum, iam sensibile supra sensum faceret sentationem: & audire contingeret, sicut videre id quod est supra pupillam.

Præterea quartò. Quia multus sonos simul sentimus: quanuis autem dici possit, quod per aerem possunt pro-

cedere, quia latus est, habensque par-

tes diuersas. Tamen impossibile est hoc dicere de aeris illa minima portuicula, quæ in aere continetur: non enim multis simul motibus, & percussionibus percuti potest. Non ergo audiendum necessariò mouetur realiter totum medium vsque ad auditum.

Quarta conclusio probabilis. Sonus realis productus nō multiplicatur realiter per spacium. Haec est cōtra quartam opinionem multorum. Dicunt, n. quod aer primò percussus, sonūque recipiens, alium percutit, facitque sonum, & hic aer alium, quanuis non sit necessarium vsque ad auditum. Cōtra hæc sonorum & motuum multiplicacionem est conclusio posita.

4. cōcl. probabili.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Confr. matur ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio.

6. Ratio.

3. conclu. Quinta conclusio. Sonus semel realiter productus intentionaliter multiplicatur. Explico. Cum duo corpora se percutiunt, aer eliditur, ac ad aliquam distantiam mouetur non magnam, sonumque ex percussione recipit, & illinc sentitur, sicut color in corpore existens per species immutat visum, & videtur, sic sonus in illo receptus aere eliso immutat intentionaliter organum.

Nec est necessaria illa percussio multiplicatio vsque ad auditum: quia accidit aliquando aerem moueri vsque ad aures, cum sonus fuit vehemens: sed non est necessarius ille motus ad audiendum: nec ille motus est soni effectiuus. Et haec sententia mihi probabilior est, sic enim sonantia corpora, & distantiam percipimus, quauis non tam exacte, sicut per visum: cum color fit in corpore colorato, sonus vero extra sonans.

Et praeter omnia argumenta facta, quae conclusionem hanc probant, est vniuersaliud. Quia aliter integer sonus & vox audiri non potest a multis, nisi intentionaliter se diffundat: si enim realiter, tunc pars audiat: quia in qualibet medij parte, non est tota: ac in qualibet parte medij, etiam propinqua auditur tota: ergo intentionaliter se diffundet per aliquas medij partes.

Vnde, cum Aristoteles dicit, id sonare, quod potest mouere continuum aerem vsque ad auditum, est intelligendum de hac immutatione: sicut, id est visibile, quod medium immutare potest vsque ad visum: sed non est haec immutatio, nisi per species.

An Echo sit idem numero cum sonis prioribus. Quae. XXXI.

Sensus quaestio. Sensus facilis est. Perimus enim, an, cum profert aliquis istam vocem, Do, & post prolata iterum sentitur similis vox, & sonus, qui

dicitur Echo: talis sonus sit idem cum eo, qui primo auditus est? Tres sunt haec de re Philosophorum sententiae. Prima est Auicenna, qui putat, esse eundem numero prorsus, sed hoc modo. Est enim illa aeris portio, quae illum habet sonum, primo a corporibus elisa, quae transit per medium aerem, intueniensque obstaculum iterum eadem regreditur, & bis sentitur.

Alia sententia est S. Thomae & communis, quod sit numero diuersus, sed idem specie. Opinatur enim, quod sonus multiplicatur nonis percussio. Cum autem occurrit aliquod obstaculum, fit percussio cum illo, & similis sonus, & iste percussus aer retrocedit semper percutiendo secundum diuersas partes: & sic sentitur idem specie sonus.

Et est simile de circulis in aqua factis: regreditur enim circuli alij per eadem aquam, occurrente obstaculo.

Alia est sententia, quam citat Iandunus, quae est, quod sit sonus diuersus specie, quia prior erat ab anima factus posterior autem a corpore inanimato, scilicet ab obstaculo aliquo.

Aduertendum igitur quod hic est vnum certum, & alterum dubium. Certum hoc est, quod aer ille primo percussus, aliquando tam fortiter procedit, ut alium aerem percussus sonum faciat: ut apparet in aere moto a bombardis, qui cum alio aere strepitum facit debiliorem multo. Similiter si occurrat aliquod corpus, tamen iste sonus non dicitur repercutus, nec Echo, cum non sit similis procedenti, in quo nulla est controuersia.

Dubium autem est, cum similis sonus repercutitur, ita, ut si quis profert hanc vocem, Homo, iterum repercuta audiat vox eadem, Homo, aut extrema syllaba: & de hac fuit controuersia in opinionibus citatis.

Mihi videtur esse dicendum, quod Echo est prorsus eadem vox cum priori, non sic, ut dixit Auicenna. Non enim illa

1. opini. Auicenn.

2. opini. S. Tho.

Simili declaratur.

3. opin.

1. Funda. quid certum sit in hac re, quid dubium.

In quo consistat controuersia.

1. conclu. Idem sonus per illa.

capitur illa aeris portio per medium aerem tenet, & reflectitur, sed existit in vno loco proximo sonanti suae, species mandata, per quas idem sonus percipitur, & ista reflexa faciunt apparere Echo, & alium sonum, propter moram.

Et est exemplum nouum. Cum ego video in speculo me, non est aliud a me, quod in speculo video, sed ego ipse species. n. meae figura procedentes versus speculum, repercutiuntur, ac me extra me, apparere faciunt: vnde si viderem me directe, apparere duo. Ita fit in sono: procedens enim species reflectitur, ac ibi iterum sonum eundem auditur, non autem simul sentitur, propter moram temporis: successiue enim immutat sonus. Sic igitur fit Echo.

Et hoc vnicuique argumento proba, quasi nouus esset sonus productus ab obstaculo: non posset esse articulatus: at sentimus integras & distinctas voces repercutas: impossibile ergo est ab inanimato corpore fieri.

Experimur enim, quod tibia quantumque a lingua mouetur, non potest distinguere vocem exprimere: quomodo ergo aer percutiens murum, vel alium aerem, syllabam faceret sermone? Et hoc etiam argumento probari potest, non multiplicari voces per medium, nec sonus consequenter. Et hoc nota.

De vocis natura, et causis, ac significatione. Quae. XXXIII.

Nota. Non ob id difficultatem alicuius quaestiones disputationem hanc proponimus, sed, ut Vocis causas, & instrumenta, quae breuiter Aristot. tangit in textu, ante oculos ponamus.

Aduertendum igitur, quod duae sunt viae ab ore versus pectus deorsum intusque procedentes: Vna tendit ad ventriculum seu stomachum, quae dicitur gula: haec enim manum cibum in ipsi

ventriculum mittimus: haec versus os excauitatem grandem est enim latior in eo extremo: quae excauitas, sicut dicitur, seu pharynx. Est enim pharynx officium illud amplum gulae deglutimus.

Alteram via, est magis extra medullam colli, versus partem anteriorem transiens, & haec in pulmonem tendit, quae magis est ossis, quam carni, similis habens anfractus circulares: ob id aspera arteria dicitur: similiter etiam dicitur guttur: haec non cibum, nec potum sumimus, sed aerem per respirationem in cordis refrigerium trahimus.

Est enim pulmo (vt dicitur. 3. de partib. animal. cap. 3.) substantia spongiosa, & velut follis cordis, a quo procedunt duae viae vsque in cor. Altera, quae in cor mandat aerem, & remittitur aer, qui dicitur arteria venosa: quia vnicuique habet tunicam, sicut vena sanguinis. Per alteram viam sumit alimentum a corde, quae dicitur vena arteriosa: quae duashabet tunicas, sicut arteria.

In huius extremitate arteriae versus os, fit magna cauitatis amplitudo, quae adparet sub mento paulo inferius in collo, & dicitur solet pomum: talis pars vocatur curculio, & a pharynx, quae sunt viginti musculi ad innumerum motum constituti, vt dicemus.

Aduerte vterius, quod iuxta extremum linguae, interius duobus apparent foramina: per vnum cibus mandatur in gulam, per aliud aer in arteriam: at, si aliquod corpus, vel particula cibi labatur per arteriam, quae motu ferret animal, natura opposuit in superiori palato carunculam quandam, quae dicitur ligula epiglottis, seu clauicula, qua clauditur foramen tracheae arteriae dum deglutimus.

Supposita hac partium descriptione & historia, scito, vocem fieri in larynge, seu curculione, hoc modo. Aer illic reprimitur, & ab aere, a pulmone per eam de arteria misso, percutitur sit, vox.

pharynx

Aspera arteria

Pulmo.

arteria venosa.

arteriosa.

Pomum curculio seu larynx.

Foramina data iuxta linguam extremitate.

Ligula epiglottis, seu clauicula.

De causa vocis, quo fiat vox.

Prout autem variaz sunt percussiones, ratione illorum musculorum, variaz sunt voces. Vnde, cum cantant auiculae, apparent multae, & varij motus pluarum in illa parte, quae curculio dicitur.

Quomodo fiat vox arti culata, & alia eius quatuor instrumenta.

Aduertendum tamen, quod sic fiat vox, absolute loquendo: at si eius articulario, & syllabarum distinctio consideretur, sunt instrumenta etiam alia quatuor necessaria, scilicet, Lingua, Palatum, Labia, & in hominibus Dentes. His enim omnibus perfecta si vox.

Circa eius significatione aduerte, quod in animalibus vox, naturale est signum passionum internarum. In hominibus vero aliqua naturaliter significat, aliqua ad placitum. Quod si aliqua non significat (possumus enim fingere voces non significantes in internos concentus) tamen apte sunt ad significandum. Non oportet autem: modo de vocum significatione disserere: sufficient, quae in Logica dicta sunt.

CAP. V. NONVM.

De odore autem, et Olfactione.

Text. XCII.

De odoratu ac primò de odore, eius obiecto. Difficultas tractationis de odore.

R

ostqua de auditu egit, nunc Odoratum tractare aggreditur, ac, vt solet, ab abiecto, & medio incipit. Primò tamen difficultatem rei proponit, dicens: quod difficultius est tractare de odoribus, quam de colore, lumine, & sono. Et ratio est, quia melius ista cognoscuntur, quam odores.

Potest ergo ratio sic formari. Scientia sensibilium non fit, nisi ex precedenti cognitione sensitiua ipsorum, at odores difficultius sensu percipiuntur, ergo ipsorum scientia difficultior est. Maiorem probat, quia homo habet malum odoratum, & peiorè, quam multa animalia. Cuius signum est, quia non sentit odores, nisi vehementes: qui causa esse possunt nocuum, vel delecta-

tionem sensui olfactus, quod si esset boni odoratus, etià odores non vehementes, sed remissos, sentire posset.

Rationabile est, et sic, quae dicitur.

Text. XCIII.

Proponit comparationem satis accommodam. Sunt enim quaedam animalia, quae duros habent oculos, cum absque palpebris sint, de quibus loquitur, 2. de partu, cap. 13. vt lacerti, & alia animalia. Haec non vident obiecta proposita, nisi sint magna, & terrorem aliquem incutiunt. Dicit, rationale, id est, proportionale, & simile esse in his, quantum ad colores, & colorum diuersitates percipiendas, & in hominum olfactu, quantum ad odores. Illa enim visum imperfectum ad colores habet, homo autem odoratum imperfectum ad odores.

Videatur enim proportionem habere ad gustum.

Text. XCIII.

Difficultate proposita cognoscendi odores, methodum tradit, quae facilius cognoscantur: constituitque olfactum cum gustu magnam similitudinem habere, & odores cum saporibus. Est enim olfactus ob gustum animalibus concessus: per saporibus ergo odores cognoscendi sunt: nam saporibus notiores sunt.

Probat autem, quod saporibus melius cognoscamus, quam reliqua animalia omnia. Tactu vincimus omnia animalia: at gustus est quidam tactus, scilicet tactus linguarum, circa saporibus: ergo vincimus etiam gustu: melius agitur percipimus saporibus.

Maiore probat: quia homo est prudentissimum animalium aliorum: at ipsamque conuenit: ergo vincit tactu omnia sicut prudentia. Minor ergo signo probatur. Per tactum enim bonum, vel malum, iudicamus de ingenio, bono, vel malo, & non per alium sensum: ergo tactus aliquid ad prudentiam facit. Vnde homines boni tactus, & habentes carnes molles, vocamus ingeniosos.

Comparationem satis accommodam quaedam idem esse constat.

De methodo, quae facilius odores cognosci poterit: proportionem, scilicet, ad saporibus, vt pote nobis notiores.

Nota tactus esse iudicium ingenij.

niosiores: alij: si ergo homo excellit tactu, excelleat gustu, & consequenter saporibus optime dignoscet, quauis in alijs sensibus vincatur ab animalibus.

Est autem, vt sapor, sic quidem.

Text. XCV.

Tracta. de odoribus analogica ad saporem.

Vnde de odoribus tractat per analogiam ad saporibus, dicitque. Sicut saporibus quidam sunt extremi, puta, dulcis, & amarus, alij medij, vt anisus, acutus, & alij: ita similiter odoribus alij extremi, scilicet dulcis, & amarus: & alij medij, qui omnes eisdem nominibus nominantur, propter similitudinem. Vt enim dulcis, sapor ad gustum: sic dulcis odor ad olfactum se habet: similiter & reliqui.

Nota.

Hoc tamen non ideo est, quod aliquando simul sunt tales odores cum talibus saporibus: vt quia odorem dulcem habent, etiam saporem dulce habent, vt mel, & crocus: & quod acrem odorem, etiam acrem saporem, vt Thymus. Nam aliquando discrepant, vt habeant odorem dulcem, & saporem amarum: vt in musco accidit.

Adhuc autem, sicut audimus.

Text. XCVI.

Odoratus non solum sentit odores, sed etiam odoratum priuationes, vt ceteri quoque sensus priuatione suorum obiectorum.

Non solum odores olfactu percipiuntur: quod omnibus sensibus commune est. Visu enim colores, & non coloratum discernimus: & auditu sonos & silentium: gustu, gustabile, & ingestibile: olfactu, odorabile, & inodorabile: est enim eadem potentia contrariorum, quo autem modo hoc sit intelligendum, dicemus inferius.

Distinguit tamen, vnumquodque horum contrariorum dici tripliciter. Vt, v. g. ingestibile primò: quia nullum habet saporem. Secundò: quia debilem habet, & vix sensibilem. Tertiò: quia malum, & nocuum habet. Similiter in odorabile.

Diets. Quomodo gustu sentimus, quod nullum habet saporem? Respondeo, quod non solo gustu, sed per ipsum sensum.

interior percipit. Quo autem modo id fiat, declarabitur in capite de sensu Communi.

Est autem Olfactus per medium.

Text. XCVII.

De medio, per quod Olfacimus, nunc tractat, ipsumque aerem, & aquam esse docet: & de aere non est dubium. Odorant enim per aerem respirantia, & non respirantia, quae sanguine carent. Ad de aqua dubium videbatur: ob id probat, quia pisces à longa distantia ad escas accurrunt: quod non esset, nisi odorarent: quod si odorant, necessario per aquam odorant: & sic ipsa medium est, sicut & aer. Similiter etiam odorare videntur, quae non respirant terrestria: quod eodem probatur argumento de motu ad escas.

Vnde et dubium est, si omnia.

Text. XCVIII.

Vbiūm proponit, quod oritur ex dictis. Dicit enim est, & hoc idem modò reperitur, quod quaedam odorant non respirantia, vt quae sanguine carent inter terrestria: quaedam autem non odorant, nisi inspirantia ita, vt quaedam expirant, vel quando retinent spiritum, non odorant, quauis eis proximus sit odor: imò nec quauis odor potestatur supra sensorium: (Sed de hoc non esset mirum: quia commune est omnibus sensibus, non sentire sensibilia superposita: tamen proxima, seu propinqua non odorant, nisi cum inspiratione, quae tamen alia animalia odorant sine illa: & odorare cum inspiratione, videtur esse ille proprium, cum absque illa non odorant.)

Notandum hic, quod odorare cum inspiratione dicitur proprium homini: quia omni inest, sed non soli, vt dicit Auerro. & Albert. Alijs enim multis ab homine hoc inest, vt notum est.

Quare quae sanguinem non habent.

Text. XCIX.

Ex die

De medio per quod olfacimus.

Quod hoc medium sit aqua, & aer.

De modo quo Olfacimus. Repetitur, quaedam animalia inspirantiam odorare alia sine illa.

Nota.

Dubium Aristot. An sit diuersus sensus ab Olfactu habentium sanguinem, cum ille absq; inspiratione, hic cum ea sit.

Respondet ad dubium, non ita esse, sed esse eundem genere Olfactum in omnibus, quod duplici ratione probat. Prior est: quia est idem obiectum & eadem differentia: vterque enim est circa odores bonos & malos.

Posterior: quia ab eisdem odoribus partitur vterque Olfactus: vt enim homo, & alia animalia inspirantia resurgunt odorem sulphuris, & bituminis & aliorum: ita etiam animalia non respirantia. Est ergo idem genere Olfactus in vtriusque.

Videtur autem in hominibus differere.

3. Exemplo quoddam a simili in visu dubium soluit. DVbium modo rationem soluit, quoddam eleganti exemplo, quod tale est. Animalia quaedam habent oculos duos absque palpebris, quaedam autem cum palpebris. Illa obiectum presens in perspicuo statim vident, quia nullum habent oculi impedimentum: hæc verò non statim, donec aperiant palpebras. Notum est, hanc diuersitatem in videndo oriri non ex diuersitate potentia, sed eorum, quæ circa ipsam sunt.

Sic fit in Odoratu. Homo enim odoratum habet cum operimento, quod non aperitur, nisi cum inspiratione, cetera verò non: Olfactus tamen est eiusdem generis.

Nota. Cum homine cætera inspirantia intelligas: solius enim hominis meminit, quia experimus homine, absque inspiratione non olfacere. Vnde infert, quod respirantia in aqua non odorant, quia non possunt in aqua inspirare.

Quod Olfactus sensorium sit impo-

sensorium saporum debet esse in potentia humidum: sic sensorium olfactus in potentia siccum. Nam sensorium, vt recipiat obiectum, debet denudari ab eo: sicut pupilla non debet habere colorem, vt percipiat. Facultas ergo in sensorio tali existens, Olfactus est.

An homo Tactum vincat animalia omnia, non tamen Olfactus.

Quest. XXIII.

Sensus questionis est notus. Aliquot autem argumenta occurrunt in hac re, & præsertim ex Aristotele. Primum est ex libro de sensu, ca. 5. vbi dicitur, quod homo solus percipit odores aromaticum, non autem alia animalia. Ex hoc colligo, ipsius Olfactum esse perfectiorem: quia plures odorum differentias percipit.

Præterea, secundo. Videtur, quod in omnibus sensibus homo vincatur etiam in tactu, ex illo celeberrimo Carmine.

Nos sus auditu, in visu, simili gustu. Vultu odoratu præcellit, a mente tactu.

Præterea tertio. Lib. 10. degenera animal. cap. 20. in fine, dicitur, quod gustus, & tactus nihil ad prudentiam faciunt. Et lib. de sensib. cap. 10. Præfertur auditus omnibus, quantum ad disciplinas. Et primo Metaphys. cap. 10. præfertur visus, quantum ad scientias, per intentionem. Ergo tactus nihil ad prudentiam, & scientiam facit sed potius alij sensus.

Præterea quarto. Sect. 30. Problem. q. 1. melancholici in scientiis præferuntur: & tamen hi non molles, sed duras habent carnes: non ergo mollicies carnis aptiores mente significat.

Præterea, quinto. Fœminæ & Phlegmatici molliores habent carnes Sanguineis, & tamen ineptiores sunt.

Circa horum resolutionem aduertendum, primo ex Aristot. lib. 5. de generatione. cap. 2. quod dupliciter vnus sensus alteri

tentia si cum,

1. Argu. ab auctoritate Arist.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

1. Fund. dupliciter vnus

alteri potest præstare per se. Dico per se, vt sensus est, & in ratione cognitio nis nam per accidens præstat aliquando ratione subiecti, quomodo omnes potentia hominis sunt præstantiores, quia in anima rationali sunt. De hac autem præstantia non est hic sermo sed de ea, quæ in cognitione posita est.

Hanc autem dicit esse duplicem: alteram, quæ in eo est, quod vna potentia distantius percipit obiectum, vel subremissior gradu: vt perfectior est visus, qui colores ad maiorem percipit distantiam, quam qui ad minorem, & qui remissiores etiam colores videt, quam qui solum fortes, & intensiores.

Nota. Quod ex eo dicit provenire, quod oculi magis sunt reconditi, & intus positi: habent enim tunc a natura vallum maius quod ad videndum iuvat: ob id enim manum ponentes super frontem videmus distantiora.

2. Excel lentia per se. Altera nobilitas in percipiendis pluribus differentijs obiecti, vt, visus in eadem distantia plures colorum differentias distinguens, perfectior est altero, non tot distinguente: quod ex eo dicit provenire, quia minus est turbida pupilla.

Nota. Offendit illa duplex excel lentia in olfactu. Respondetur communi de olfactu hominis excellentia.

Hanc duplicem præstantiam in Olfactu esse posse dicit. Erunt enim Olfactus perfectior, qui distantiores odores percipit, & remissiores: erit etiam perfectior, qui plures odorum percipit differentias, quantum intensas, & propinquas.

Iuxta hanc ergo doctrinam Aristot. facile erit dissolvere dubium presens de Olfactu. Dicendum enim, Olfactum hominis esse imperfectiorem aliorum animalium in percipiendis odoribus, quantum ad distantiam, & quantum ad remissionem. Alia enim animalia remissos odores percipiunt, & in magna distantia, vt canes, & vultures, & alia huiusmodi: homo autem non percipit, nisi prope, & intensos, vehementesque odores.

Dicendum tamen secundo, quod homo vincit in percipiendis differentijs odorum pluribus. Animalia enim, Olfactum habent in ordine ad gustum, atque ea de causa id olfaciunt ferè, quod ad gustum attinet: at homo Olfactum etiam propter se habet. Vnde multa alia olfacit.

Ex quo sequitur, quod bruta Olfactu iudicant cibos: non enim gustu probant, seu prælibant, quæ gustare & edere post debent, sed Olfactu solum, & post gustant non repellendo, vt plurimum, quæ olfecerunt. Ad homo non contentus est Olfactu solo, nam quantum bene odoret: potest malum habere gustum, & quantum male odoret, bonum habere gustum.

Sequitur ex hoc etiam, quod Aristot. docet de sensu, cap. 5. quod in nobis odores dupliciter dicuntur delectabiles, vel indelectabiles. Vno modo per se, puta, in ordine ad solum odoratum. Altero modo per accidens, puta, in ordine ad gustum.

Et ex his odoribus accidit, quod hæc delectationis mutatio in vno & eodem odore. Experimur enim, quod aliquis odor cibi delectat nos, cum famem patimur: & contrariat, ac nauseam præducit, cum simus satiosos.

Dices tu: Quæ est causa, quare hominis odoratus percipiat plures differentias odorum, non autem odores minus intensos?

Respondetur ex eadem radice, totum provenire. Ideò aduerte primo, quod quantum organum potentia denudatur magis a differentijs obiecti, tanto est perceptiuum plurium differentiarum. V.g. quantum pupilla est a colore remotior, tanto plures colores percipit. Vnde cum insperit aliquem colorem forte, non potest per aliquod tempus videre perfectè alium, quia quodammodo colorem illam recepit. Similiter auditus non debet internè habere sonum, vt plures percipiat: similiter lingua circa sapore.

2. Excel lentia in. 2. excellentia vixit a- lia, animalia.

Nota. diuersum usum ol factus in animalibus, & homine.

Nota. secundo o dore hō mī du pliciter esse delectabiles, vel indelectabiles

1. dubium an plures differentias odorum hō len- tiat & rā tū inren- tes, & nō remissos.

Respōs. 1. Fund. NOTA

Aduer-

2. Fida. Aduerte ulterius, quod odor in sicco & calido consistit magis. Vnde quod organum est minus tale, tanto plures percipiet odorum species.

Reddit ex his caus. du bij. Scito autem cerebrum hominis, vt docet Aristot. 2. de part. cap. 7. est frigidissimum, & humidissimum naturalis sua temperie omnium aliorum animalium, cum autem in hoc sit olfactus, vt dicemus euenit, vt homo plurimum differentiarum sit perceptius odorum: reliqua omnia calidius habent cerebrum & siccus.

Nota. Nota tamen, quod cum sit tam frigidum, & humidum, non potest pati, nisi a vehementi calido & sicco, atque ob id non sentit remissos odores. Vnde cum patimur catharrum, minus olfacimus: quia humidius est tunc cerebrum. Non sic in reliquis animalibus.

Dubiū. Responso. Dices. Quare cerebrum hominis est frigidissimum? Respondeo: quia debet in se ruere operibus mentis, per spiritus in eo existentes: quod si esset ex se calidum, ex altera parte accedit calor cordis, tunc spiritus turbarentur, & inepti essent ad ministerium: quod accidit ebrijs, & phreneticis, ob nimium calorem in cerebro: atque etiam adureretur, vt fierent inepti, quasi fulgines adusti.

Problematis solutio. Hinc patet solutio problematis cuiusdam: scilicet homines odorantes a longa distantia esse ineptos, & rudes: arguit enim in cerebri calore: pravi vero odoratus, quantum ad distantiam, & remissionem odorum, esse solere ingeniosiores. Quanquam alia etiam esse causa solet, videlicet longitudo nasi, quae iuuat, vt facilius, & ad maiorem distantiam odor sentiatur, vt in canibus: & breuitas obest. Haec de Olfactu.

1. Fund. At circa Tactum aduerte, quod non est illa nobilitas percipiendi remota: non enim remota tactu percipimus, sed coniuncta: at nobilitas consistit in remissione obiecti percipienda, & in pluribus differentijs obiecti.

*** Nobili-** Et vtraque homo omnia animalia

vincit plures enim differentias percipit, scilicet asperum, lene, durum, molle, & alia: quorum multa bruta non tangunt aut imperfecte tactu dignoscunt. Similiter percipimus qualitates omnes in gradu remissione: quia tactus hominis in maiore temperie omnium qualitatum consistit: vnde excedentes omnes qualitates percipit. Bruta autem non percipiunt qualitatem, quae ipsorum tactus abundat, nisi in gradu intensissimo: vt declarabitur in capite de tactu. Ex his facile erit argumenta soluere.

Ad primum dico: quod Olfactus hominis perfectior est in illo, non tamen absolute: non enim odores remissos percipit.

Ad secundum dico: quod illa carmina veritatem habent, quantum ad nobilitatem sensus, circa distantiam, vel remissa obiecta.

tamen de Simia non est verum: sed dicitur habere optimum gustum: quia facit gesticulationes quasdam, quibus delectationem magnam in gustando praese fert.

De aranea autem Albert. tracta. 3. cap. 73. dicit, quod non habet nisi primum tactum: est enim frigida complexionis, & viscosam habet humiditatem, quae tactum hebeat. Vnde ignem admotum, non statim sentit: quod si percipit vermiculos cadentes in telas, id est propter motum: tela enim cum continua sit, statim mouetur.

Dices: videri oditimi tactus, cum tamen debilem motum sentiat, quem homo non sentiret? Respondeo, motum esse commune sensibile, & quantum ad hoc, concedendum est: remissiores motus percipere: tactus tamen magis considerandus est circa obiectum proprium, scilicet primas qualitates.

Ad tertium aduerte: quod aliud est, sensum prodesse scientiae, vel prudentiae: aliud esse signum ipsius. Visus, & auditus, profunt multo magis ad scientias: per ipsorum enim cognitionem Intel-

tas, seu praestantia tactus in quo consistat. 1. Cocl. In vtraque nobilitate excellere tactum hominis Ad 1.

Ad 2.

Not. primo de Simia gustu.

Nota secundo de aranea tactu.

Obiect.

Solutio.

Ad 3.

Intellectus multum iuuatur: per auditum ad disciplinas, per visum ad inuentionem, & sic tactus parum aut nihil facere dicitur.

Aliud est, quod sit signum. Tactus enim significat bonam corporis temperiem, qua posita, aptior est anima ad operandum.

Habet autem hoc peculiariter tactus: quia temperies tactus, est, sicut temperies animalis: vniuersalis in primis qualitibus: atque ideo bene temperati in tactu, totam sortiuntur temperiem bonam. Vnde distemperies tactus morbum periculosum ostendit.

Aduerte autem, per prudentiam, intelligi aptitudinem ingenij ad scientias, & discursus: quia non facit hominem sapientem, nisi studium, & labor accedat.

Ad 4. Ad quartum dico, esse melancholicos ex natua complexionem, quibus terra dominatur, & hi rudes sunt: alios esse ex accidenti. Nam consumptis spiritibus, & subtilioribus partibus sanguinis, abundat terreum & frigiditas: quod ex nimio euenit studio: & de his loquitur Aristoteles, nec est contradicium.

Ad 5. Ad quintum dico, esse mollitiem spongiosam, quae in humido a quo consistit, qualis est illa dicta in argumento, & haec non iudicat bonum ingenium. Alia est in humido aereo magis consistentiam habens, non spongiosa, & de hac Aristotele. est sermo, illa prouenit ex humido & frigido, haec ex humido & calido: & ita illa est phlegmatica, haec sanguinea.

An odorum scientia bene per saporum tractatur? vbi et de natura Odorum.

Quaest. XXV.

Ocasio quaestio. **D** Vbi hoc, circa text. 94. insurgit, vbi Aristoteles docet, saporum melius cognosci, odoresque habere similitudinem cum ipsis: eamque ob causam per sa-

porum doctrinam habendam esse etiam odorum notionem.

Videtur autem primo non ita esse. Primo: quia tunc oportebat prius de gustu & sapore tractare (quia notior sapor est quam de odore: cuius tamen oppositum fit, cum post tractetur de sapore & gustu.

Præterea secundo. Adhuc non videtur posse talis haberi scientia: quia tunc per saporum bene colligeremus odores, si sapor dulcis esset cum odore dulci, & amarus cum amaro: at non ita fit, imò saepe sapor amarus cum dulcibus odoribus inuenimus, & e contra: ergo potius methodus ista faciet nos errare, quam scire. Hoc dubium praecipue propono, vt explicent odorum naturam.

Aduerte ergo, quod odores, & saporum, sicut & colores, qualitates sunt secundae, distinctae a primis, ex ipsarum tamen varia missione insurgentes. Vnde de dulcedo & odor, non est calor, nec frigus, nec alia ex primis qualitibus, sed quaedam alia ab eis distincta, ex ipsa rum missione insurgens.

Scias tamen, quod alia est mistio qualitarum, in qua sapor, ab ea, in qua odor consistit. Sapor enim in humiditate comprehendente siccum, ipsumque superante consistit. Vnde ad dandos saporum rebus, vt imur aqua, & liquore: & hoc humidum comprehendens siccum, Aristoteli de sensu cap. 4. Enchimum, id est, incorporatum dicitur. Odor vero, oppositam habet missionem: consistit enim in sicco comprehendente & superante humidum: tam autem odor, quam sapor in humido, & sicco, praecipue consistunt.

Hinc fit, cum post terrae siccitate sit pluuia, vt solet in principio odor terra diffundi, tunc enim humidum incorporatur sicco, abundat tamen siccum. At post longam pluuiam non sentitur odor: quia tunc humidum excedit, & potius comprehendit siccum.

Vnde,

1. Argu. ad partem negatiua.

2. Argu.

1. Fund. de natura & causis odorum esse secundas qualitates ex primis insurgentes.

Alia est mistio qualitarum in odore & alia in sapore, & quae fit vtraque. Neque Enchimum sic sumitur neque, se in loco citato Aristoteli offert, iudeo hic auctor vtriusque dicitur.

Exemplo seu experientia probatur.

Nota,

2. exemplo idē pbatur. Vnde, quōd sic or est hos, eō solet maiorem odorem emittere, ob id ro- fā & quā spinas habent multum odoriferi flores sunt; id enim siccitatem indicat.

Causa efficiē mltis is p̄dicto rum odoris & saporis. Causa efficiē uā & materialis odoris & saporis: 3. Nota tu digna quā sequuntur ex dictis

Vnde sequitur, quōd calor sit efficiētiua causa odorū & saporū: materia verō est p̄cipuē humidum & sic cum. In tali enim odor & sapor recipiuntur, vti diximus cum discrimine.

Ex hac doctrina sequuntur aliqua notanda. Primum est, quōd non in eodem subiecto adquatē, est odor, & sapor habent enim temperiem oppositam: sed in partibus subiecti, quibus siccum supereminet humido, in est odor: in partibus verō crassioribus, quibus humidū, p̄sertim aqueunt, abūdat, in est sapor. Et hoc notant Alber. Auicenna, & Philoponus. Subiectum enim immediatum odorū, vocant exhalationem siccā.

Secūdu. Sequitur secūdo, quōd sapor est prior natura, quā odor: quia materia, in qua sapor est, per calorē fit materia odorū, non autem econtrā. Et ratio est, quia calor agit consumendo humidum, & augendo siccum. Vnde cum sapor in humido siccum comprehendente consistat, fit, vt calor externus consumendo humorem, expellat saporem, & consequenter odorem inducat, dominante sicco. At calor materiam siccā non facit humidā, non admisso alio corpore: ob id non facit ex odore saporem. Hac causa dicitur sapor prior natura odore.

Tertiū. Sequitur tertio, quomodo possit esse, vt res habens bonum odorem, habeat malum saporem? non enim in eadem parte adquatē, nec in eadem

temperie consistunt. Ex his oiaibus possumus descriptionē odoris colligere. Odor, est qualitas secunda, proximē in sicco comprehendente humidum, consistens, olfactusque immutatiua.

Pro argumentorū resolutione notandum, quōd analogia, inter sapes & odores, non consistit in hoc, quōd odor dulcis sit cum sapore dulci: hoc enim non est opus: nec isto modo ab Aristotele doctrina traditur.

Sed duobus slijis modis. Alter est, quod in quali proportione humidū supra sic cum sit dulcis sapor, in eadem sicci supra humidum sit odor dulcis & sic in alijs.

Alter est in ordine ad sensum. Qualem enim passionem sapor dulcis gustui, talem dulcis odor olfactui infert: & sic etiam in alijs odoribus.

Per hoc soluitur argumentum secundum.

Ad primum dico, quōd hic sequitur ordinem nobilitatis potentiarū est autem nobilior olfactus gustu. Præterea, non tradit hic exactam doctrinā naturæ odorū, sed in vnīuersali, quatenus in communi potentiam immutat: idcirco non fuit opus præmittere sapes, id enim facit libro de Sensu, vbi naturam eorum considerauit.

An sensorium olfactus sit processus mammillarū. Quest. XXXVI.

Adulit intelligentiam aliquid ex anatomia oportet adnotare. Scito à cerebro procedere duos canales vsque ad olfa foraminosa narium, quæ sunt p̄p̄e concauitatem oculorum, atque in extremitate facere duas carunculas, ad modum extremitatis mammillæ: ob id processus mammillares dici solem: per hos cerebrum mittit excrementa in nasum, & per respirationem ascendunt etiā per hos sumi vsque ad cerebrum: per hos canales deriuantur rami neruorū vsque

Descriptio odoris.

2. Fund. d̄ alano gia inter odores & sapes. Duo modi veri analogia.

1.

Ad 1. Ad 1.

Nota, ad sensu quæstio nis intelligentiā.

Sensus quæsti.

1. Opin. Auerro. non esse in illis carunculis mamillaribus.

1. Ratio. 2. Ratio.

2. Opin. verior & cōis philopon. Gale. esse potentia olfactus in illis carunculis.

1. Ratio. 2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Ad primam rationem. Auerr.

Ad secū dā ratio

vsque ad nasum, procedentiā à quinta coniugatione neruorum.

Dubium ergo est: an olfactus potentia in neruo, an potius in carunculis illis mammillaribus consistat.

Auerr. lib. 1. collectan. cap. 7. & lib. 2. cap. 17. putat cōtra Auicennam, nō esse in caruncula mamillari, sed in neruo. Probat duplici ratione. Prima est. Ille caruncule sunt eiusdem substantiæ cum cerebro: at cerebrum est expertus sensus, vt docet Arist. 2. de part. ca. 10. ergo non est illic potentia olfactiua.

Altera est. Quia contingeret per foramen palati, quod in nares terminatur olfacere, quia illinc posset attigi talis caruncula: nullus tamen est expertus, per os olfactionem esse factam. Hec est opinio Auerr.

At philop. in præsentia Galen. 8. de vsu partium. Auicenna Cap. de odoratu, & Albertus Magnus, denique sententia communis tenet, in illis carunculis esse olfactiua potentiam: & ita viderur cum ipsis esse sentiendum.

Primo: quia neruus ille, etiam vsque ad partes nasi interiores descendit: contingeret ergo sentire absque respiratione.

Secundo: quia neruus ille, est eiusdem rationis cū neruo tactus: ibique est potentia actiua: at olfactus sensorium habet diuersum, aliamque petit temperiem.

Præterea: quia alij sensus non in neruo consistunt ex his, quæ habent medium externum. Auditus enim in miriga, visus in pupilla est.

Præterea: quia, vt diximus, olfactus sequitur temperiem cerebri.

Nec argumenta Auerrois concludunt. Ad primum enim dico, quōd nō est prorsus eiusdem temperiei illa pars, cum cerebro, ob id sensum habet. Ad de, quōd forsan cerebrum habet sensum imperfectum tamen, & hebetem.

Ad secundum solutio patet: est enim contra ipsum: nam quāuis ponatur in

neruo, idem sequitur. Dico tamen quod non ita facile patet aditus per illud foramen, quōd si à naso ad os sit transitus, id est, concurrente motu naturali musculorum, qui modo oppositi nō mouent.

Hic aduerte vnum. Aliqui enim Latini dicunt, illas carunculas operiri tunicis, seu meningibus, quæ respiratione eleuantur, quod videbatur indicare Aristoteles. Sed hoc nō inueniunt anathomes periti: ob id non est recipiendum.

Per operculum ergo, quōd ait Aristoteles, intelligere oportet ipsam carnem spongiosā, quæ compressa est ante carunculas; & per respirationem dilatatur, & pora aperiuntur: & hoc ipsum docet Arist. text. 100. Non sic est in non respirantibus.

An odor sit realiter in medio. Quest. XXXVII.

Quid odor sit, & qualiter in corpore esset, diximus. Nunc dubium est: an odor sentiatur in subiecto suo, immutato medio per species intentionales, sicut videtur color? an non sic, sed ipse odor realis perueniat per mediū vsq; ad potentiam, & sensorium? In hoc enim nō sunt Philosophi concordēs, sed variæ extant sententiæ.

Prima est Auicennæ, quā sequitur Albertus, in summa de auditu. Dicunt, quōd odor subiectatur immediate in materia sicca & parū humida, resoluta per calorem: & in ista materia fertur odor realis per medium vsque olfactum. Nec contingit olfacere, nisi quando ista fumosa exhalatio, in qua fertur odor, ad sensorium peruenit. Hec sententia probatur ab Auicenna: & ipsius rationes postea adducuntur.

Altera sententia est Auerr. com. 97. vbi impugnat Auicem. Dicit, quōd odor non egreditur realiter à corpore

nem Auerro.

Nota de operculo seu tunica olfactum operie te quorū dā falsā opinio nem. Nota secundō, quid Arist. operculū intelligat.

1. opin. Auicenn. & Albert.

2. Sententia Auerr.

P odora

odorabili, sicut nec color à colorato, sed intentionaliter agit in medium, & in sensorium.

1. Ratio. Rationes eius sunt duae. Altera est, quia odoratus contingit ad distantiam tantam, ad quam, non est possibile, corpus resoluatur. Dicitur, quod vulturnes ad quingenta miliaria offecerunt corpora occisa in bello Troiano.

2. Ratio. Altera ratio est: quia tunc daretur corpori penetratio. Si enim odor non fertur per medium aëre, nisi simul cum corpore, id est, illa fumosa exhalatione, ista tunc aere penetraretur.

3. Sententia. Tertia sententia est media S. Thomae & Philoponi, Ianduni, & communis, quod odor per aliquam spatij partem fertur cum illa exhalatione: per aliam vero usque in sensorium intentionaliter immutat, sicut color.

4. Opin. His possumus quartam Aegidij sententiam addere. Dicit enim, quod odor producit in aere, absque illa exhalatione: & sic odor in medio realiter producit, sicut sonus, quavis non producat, nisi intentionaliter.

1. conclusio. Pro huius difficultatis resolutione sit prima conclusio. Odor nullo modo in medio realiter produci potest. Ita est contra Aegidij.

Explico. Odor, ut diximus supra, in media subiectione in mixta materia, in qua sicum comprehendit humidum, quod si contingit odorem extrahi ab aliquo corpore per medij, id est, quia tales partes extrahuntur resolutae per calorem.

1. Ratio. Probatur primo. Odor magis est secunda qualitas, quam color, cum ille immediatè ex millione qualitatù fiat: at color, puta, albedo, nigredo, nullo modo immediatè in ipso aere recipi possunt; ergo nec odor.

2. Ratio. Præterea secundo. Qualitates secundae non sunt inuicem actiuae, ut notum est in Philosophia: non enim albedo alteram albedinè producit: ergo nec odor subiecti producet alterum odorabilem.

rem in medio. Si ergo contingat realiter esse odorem in medio, id est, quia aliqua subiecti partes, in quibus odor inerat, per calorem extrahuntur, vel calor in partibus subiecti resolutis, odorem facit diminuendo humidum, & incorporando sicum est humidum.

Vnde non sunt audiendi, Ammonius & Boetius, in cap. 2. Antepredicamentorum, qui dixerunt, quod odor de subiecto in subiectam transiit, quia manus comprimens pomum recipit in se odorem.

Sed hoc falsum est. Nam, ut ibidem dicitur bene simpliciter, non recipit manus odorem, nisi quia simul recipit aliquas partes ipsius subiecti, in quibus erat odor: Cuius signum est, quod pomum rugas contrahit, & diminuitur.

Hic aduertendum est, quod materia, in qua odor est, consistit in sicco comprehendente humidum. Vnde non dici debet proprie vapor talis materia: nam vapor est calidus, & humidus: nec exhalatio proprie, quia hæc est natura sicca, & frigida, licet per solem calefacta. At quia ista materia odoris resolutur per calorem, ratione talis caloris fit in calida & humida, & calida & sicca: & ideo exhalatio & euaporatio dicitur similiter propter subtilitatem. Proprimis dicitur fortasse posse fieri miosa exhalatio: quia hæc est calida & sicca, sed dum rem teneamus de nomine non oportet valde esse anxios.

Secunda Conclusio. A corpore odorifero sæpè effluit exhalatio illa, in qua fertur odor.

Hæc conclusio est euidentis, quam probant argumenta Auicennae. Primum est ab experientia: quia experimur res odorem emittere, cum manu calorem vel ignis alterantur, & vigete calore æstatis flores odorem spargere. Experimur etiam, quod manu aërem ad nares trahimus ad odorandum aliquando: quod non esset, nisi talis exhalatio à corpore resolveretur. Experimur etiam res odoriferas nimio odorabilem.

Quinta quorundam opinio reijcit, quod odor transiit à subiecto in subiectum.

Not. circa nom. vaporis. odoriferi.

2. conclusio. A corpore odorifero emittuntur exhalationes odoriferae.

odoratum marcescere & diminui.

1. Ratio. Probatur præterea secundo. Quia si ista resolutio non esset, semper citissime odorarem, nam tunc immutatio ipsius speciei intentionales fieret: quæ velociter producuntur. Cuius oppositum experimur: & tardissime enim contingit aliquando odorare, præsentem odorabilem.

3. Ratio. Præterea tertio. Quia odores profertur, vel nocent cerebro: quod non esset, nisi aliquid à corpore odorabili cum odore resolveretur.

3. conclusio. Tertia conclusio. Non semper Olfactus contingit facta hac resolutione, sed medium & organum intentionaliter mutantur.

Aduerte, quod à corpore odorabile aliquando fit resolutio ista usque ad certam medij partem, ut dicit S. Thomas, & intentionaliter odor illi agit in sensorium. Aliquando exhalatio profertur usque ad sensorium ipsum, & cerebraum, & tunc non olfacimus, ut experientia docet. Aliquando etiam non egreditur à corpore exhalatio, & olfacimus.

Vt igitur olfactus fiat, non debet exhalatio sensorium attingere, & hoc contra Auicennam, quavis non negemus aliquando attingere, sed dicimus non tunc olfacere, imò lesionem sentimus in organo.

Similiter dico, quod olfacimus aliquando extracta exhalatione, per resolutionem: & hoc probauimus in secunda conclusione, & videtur esse contra Auerroem.

Modò autem dico, quod olfacimus etiam non extracta exhalatione, sed manente in proprio subiecto, & in hac parte conuenio cum Auerroem.

Sunt igitur duo probanda. Alterum, quod olfactus contingat aliquando, non resolutio corpore odorabili. Alterum, quod odoratus aliquando etiam contingat, facta resolutione exhalationis, sed non usque ad sensorium, ut dicitur.

cit Auicennam. In his duobus consistit ista sententia.

Primum probatur duobus textibus Aristote. simul etiam rationibus contentis in illis. Alter text. est sect. Proble. 12. quo probat contra Democritum, odorem non esse exhalationem. Quia, inquit, semper diminuireretur res odorabilis dum odoratur, & sic non duraret: at experimur corpora parua, multum temporis odorem conseruare.

Ex hoc loco ego etiam sumo argumentum simili contra eos, qui quavis non dicant, odorem esse exhalationem; dicunt tamen esse in ea, & cum ea ferri extra odorabile: quod simili argumento impugnat etiam Aristoteles.

Alter locus est, de sens. cap. 5. vbi impugnat idemmet hoc argumentum: quia pisces odorant in aqua à longe, & tamen non potest per aquam similis exhalatio ferri, quin destruat. Profecto, hoc idem est contra eos qui odorè cum illa copulant. Colligo igitur, olfactum fieri aliquando, solù immutato medio intentionaliter, sicut color videtur.

Posterius dictum, scilicet, quod aliquando exhalatio extrahatur per spatium, iam probatum est.

Sed quod non contingat Olfactus, nisi immutetur medium intentionaliter, probatur primo. Quia tunc sine medio externo Olfactus esset: quod tamen est expressè contra Aristotelem: qui Olfactus medium posuit aquam, & aërem: non ergo odor immediatè tangit sensorium.

Præterea: quia iam tunc esset sensibile supra sensum, si usque ad carunculas illas peruénire opus esset odore ut olfaceremus: quod tamen falsum est.

Dices tu: Quæ est ratio, quare aliquando odor fit cum resolutione aliqua exhalationis usque ad aliquam spatij partem: aliquando vero non opus est id?

Respondet, quod sunt aliqua odorabilia, quibus, vel ob nimium humidum, vel ob sicum terrestre, non bene comprehenditur.

Primum probatur, quod Olfactus aliquando continetur absque resolutione vaporum odorabilium. auctoritate Aristotelis. Ceterum firmat eodem loco. 2. Autoritate Aristotelis.

Alterum probatur, quod etiam emittitur vaporibus à re odorifera non sentiat olfactus nisi mediatio intentionaliter mutetur. 2. Ratio Dubium. Solutio.

tendente humidum, imperfecti sunt odores, vt vix sentiuntur: perfecti vero calore, vel resolvente humidum vel siccum cum humido miscete: & tunc sentiuntur: non fit autem talis perfectio nisi cum resolutione ex vi caloris partes extrahentis.

Nota.

Alia vero sunt, quibus odor est perfectus, & non indigent tali resolutione, quantum verum sit, quod odores hebetantur frigiditate partes corporis comprimente, & humidum coagante: excitantur autem odores calore aliquo.

Ad primū Auerro. argumentū

Superest, vt ad duo argumenta Auerrois respondeamus: quauis non sint omnino contra nos. Ad primū respondet Auicenna, quod non est necessaria continua exhalatio ab odorabili vsque ad olfactum: sat est, quod aliqua illius particula perueniat: & sic fuit in vultibus: ventus enim exhalationes ad magnam ferebat distantiam. Ego etiam idē dico: solum in hoc differo, quod non erat opus, quod perueniret exhalatio immediate vsque ad sensorium, sed vsque ad partes proximas, à quibus per species possit et diffundi odor.

Ad 2. Solutio.

Ad secundum respondet Auicenna, quod non est penetratio, sed cedit aer exhalationi, sicut cedit vaporis eleua. q. ab aqua.

Reijctur hæc solutio.

Sed ista solutio licet primò aspectu optima videatur: tamen si sub illius aduertimus, nihil valet: non enim percipit vim argumenti. Nam Auerro. supponit, aerem esse mediū illius sensus: at medium recipere debet, & non cedere: si ergo odor semper cum corpore fertur, erit penetratio: & est optimum argumentum contra Auicennam.

2. Solutio vera.

Nos autem soluimus, quod exhalationi cedit aer, tamen iste aer non est mediū, postea odor in illa existens exhalatione immutat aliam medijs partem intentionaliter, & sic aer est mediū: illa autem exhalatio odorifera, est odorabile proximum: quod in medium agit. Et sic abunde huic est diffi-

cultati satisfactum: existimoque hæc sine dubio esse Aristotelis mentem, & veram philosophiam.

CAPVT DECIMVM.

Gustabile autem est tangibile.

Text. C I.



De quarto sensu nunc tractat, scilicet de Gustu, ac primò de eius obiecto in communi tractat, proponens conclusionem, gustabile esse quoddam tangibile, ac si dicat: Cùm aliquid gustamus, ipsum tangentes gustamus.

De gustu, ac primò de gustabilibus obiecto.

Hanc conclusionem duplici probat ratione. Prima est. Gustus non fit per medium externum, sicut visus: sed non habere medium externum, est tangere: gustus igitur tangendo fit: & sic gustabile est, quoddam tangibile.

Quod gustabile fit quoddam tangibile

Posterior ratio est. Sapor non percipitur à gustu, nisi percepta simul humiditate, in qua, vt in materia, fundatur sapor: at humiditas tactu percipitur: ergo gustabile cum tactu percipitur, & sic est quoddam tangibile. Is ergo sensus est & expositio harū rationum.

1. Ratio Aristot.

2. Ratio Aristot.

Sicut in respondet dubio. Posses dubitare circa priorem rationem. Nam aliquando existentes in aqua percipimus cibos iniectos ad distantiam: vt si sis in vna parte aquæ, & in altera insidatur melis tentens, illud ergo fit per medium externum.

Solutio Aristot.

Respondet, non esse medium: aqua sed idē sentire mel, quia tota aqua illi semiser, & fit saporosa. Sicut cum vinū insunditur, & facta saporosa, tunc sentitur illa, quæ est iuxta linguam sine externo medio. Non sic autem fit cùm est verè medium: vt, verbi gratia, color non desinit & miscet se cum aere: non ergo habet sapor medium externum, sed illud gustabile cum aqua coniunctum est obiectum, sicut visibile & coloratum.

Nihil

Nihil autem facit saporis sensum

Text. C II.

Dubi. 2. Aristot.

Respondet alteri dubio, circa posteror rationem, non enim videtur, quod percipiatur gustabile percepta humiditate. Nam aliquando gustabilia non habent illam, vt sal: & alia sicca, vt saccharum?

Solutio Aristot.

Respondet: quod ista quæ non habent humorem, tamen cum linguæ opponuntur, tunc cum salua miscetur ac humiditate acquirunt, quæ percipiuntur: & hæc dicuntur humida portia. Alia autem, quæ in se habent, nec indigent salua, dicuntur humida actu.

Nota.

Vbi nota saluæ utilitatem: saporem enim perficit, & præstat non habentibus, quæ aliter non possent gustari, nisi externa humiditate accedente: imò omne ferè gustabile tali humiditate salua temperatur, & ea de causa ipsa se cundata se expers saporis est.

Sicut autem visus, et visibilis.

Text. C III.

De ingustabili opposito obiecto. Omne potentia percipere priuatione sui obiecti.

Postquam obiectum per se in communi explicuit, nunc eius oppositum docet, scilicet Ingustabile, constituitque omnem potentiam non solum obiectum percipere, sed etiã ipsius priuationis: vt visu indicamus visibile, & inuisibile: auditu silentium, & sonum: ita gustu gustabile, & ingustabile.

Tribus modis a liquidum dicitur inuisibile, similiter inaudibile.

Distinguit autem, tripliciter dici inuisibile. Vno modo per priuationem visibilitatis, sicut tenebrosum. Altero modo per vehementem visibilitatem, vt valde lucidum. Tertio ob diminutionem. Similiter inaudibile.

Item negatiue.

Notat tamen, quod aliquando sumatur negatiue, vt inuisibile, quod non potest videri, vt angelus, & sapor, & odor. Similiter inaudibile: & talia non percipiuntur sensu, vt bene dicit Philoponus, sed priuatiue.

Tor modo dicit ingustabile.

Similiter ingustabile dicitur, quod debilem saporem habet: & hoc est verè priuatiuū, sicut tenebrosum, cū putat, habet tam debilem saporem, vt

gustari non possit. Secundò, in gustabile, quod vehementē & nocuum saporem habet. Tertio, quod prauum saporem habet. Omnia hæc gustu discernimus.

Ponit exemplum, quomodo dicatur inaudibile, quod paruum habet sonum: & ingustabile, quod saporem debilem habet, exemplum est de apede. Apes enim, id quod sine pedibus, dicitur: & quod breues habet pedes, vt hirundo, & vespertilio. Similiter sine nucleis, id est, oliuis dicitur, quod pauca habet, vt Philoponus exponit.

Potest etiam Apes dici tribus modis, vt plerique Latini exponunt, scilicet quod non habet pedes, nec potest habere, vt arbor: vel quod non habet, cū possit habere, vt animal, & illis caret vel quod habet sed paruos, aut malos.

Videtur autem principium esse potabile.

Ostendit gustu, non solum gustabile, & ingustabile, sed etiã probabile & impotabile percipere. Potabile quidem est secundum naturam: at impotabile est contra naturam gustus. Dicitur enim impotabile, quod malū & nocuum potum faciat, sicut ingustabile.

Addit tamen, quod potabile est commune gustui & tactui, ob id principiu est, & prius quam gustabile, est enim commune. Hunc locum exponit Aegidius, quod potabile sit ipsum humidum: & humidū hoc tam gustu, quam tactu percipiatur.

Sed hæc expositio non est recipienda. Non enim obiectum proprium vnius sensus ab altero percipitur. Vt enim auditus non percipit albedinem sic nec gustus humiditatem, vt gustus est: hæc enim est propria tactui. Vnde gustus non percipit potabile, nisi quia humidum est saporiferum, & ratione admitti saporis percipitur.

Dicitur ergo potabile commune tactui & gustui: quia potabile magis in humido consistit, quam gustabile, id est

Exemplis declarat

1.

2.

3.

De potabili & non potabili.

Quod gustu non solum gustabile, sed etiã potabile

potabile le percipiatur. Potabile est cōe tactui, & gustui.

Prima expositio reijctur. Nota.

Secunda expositio.

ideo tactui competit : at quia simul sa-
porem alioquin adiunctum habet, ob
in gustu inest.

Philoponus exponit esse potabile
commune & praeipuum : quia humi-
dum est, & humore est tactu percepti-
bilis, & est praeipua causa saporu, qui
gustui percipiuntur, no tamen sola hu-
miditas gustabilis est per se.

Quoniam autem medium est.
Text. CIIII.

grum: iuxta dulce, est aliud post ipsum
scilicet pingue, & iuxta amarum, est
salsum: haec duo no sunt ita simplicia.

Tria intermedia sunt, austerum, a-
cerbum, & acidum. Sunt ergo septem
saporum species.

Ex omnibus colligitur, potentiam
Gustus esse facultate horum suscepti-
uam: & gustabile, seu saporis esse qua-
litate talis potentiae immutatuam:
atque haec Aristot. de gustu docet.

An gustus differat a tactu.
Quest. XXXVIII.

Occasionem huius dubij dedit
nobis Aristot. qui gustabile
quoddam esse tangibile dicit
ex quo licet inferre. Ergo gustus est
tactus: sicut si visibile est odorabile vi-
sus: ergo olfactus est?

Et praeterea adhuc probatur. Ille se-
sus sunt idem, qui sensorium & orga-
num idem habent: at gustus est in ner-
uo linguae, vt post dicemus, ibidem au-
tem est tactus: ergo gustus tactus est.

Praeterea. Sensus, qui obiectum pro-
prium idem habent, idem sunt: at tactus
est circa humiditatem, quam etiam
gustui percipimus, ergo gustus, saltem
species est tactus ipsius.

Aliqui ergo gustum a tactu essen-
tialiter non differre autumant, sed esse
se eandem potentiam quae in certa cor-
poris parte, scilicet in lingua, exercet
actionem peculiarem circa saporis.

Sed haec sententia nullo modo est te-
nenda, sed quod gustus, & tactus sunt
potentiae essentialiter distinctae, sicut
visus, & auditus. Et ratio est. Primum,
quia habent obiecta propria diuersa:
gustus enim circa saporis, tactus circa
primas qualitates est: constat autem
saporem distingui realiter & essentia-
liter genericè ab illis, sicut color ab
illis differt.

Secundò: quia si eadem esset poten-
tia, vbi esset tactus, ibi esset gustus. At
non

De potè-
tia gustu
quae sit,
ex dictis
colligit.

Occasio
questio-
nis.

1. Ratio.
ad par-
tem ne-
gatiuam.

2. Ratio.

3. Ratio.

1. Opin-
quorum-
dam falsa.

Reijciit.
1. opin.

1. Fuda.
de tactu.
significa-
tione &
accep-
tione ex
quo to-
ta diffi-
cultas
dissolui-
tur, &
quoniam
responde-

1
2
3

Ad arg.
No. duo
disgusta-
bile dici
tangible

1
2

Not sen-
sum Ari-
stot.

nonita est: tactus enim per corpus spar-
sus inuenitur: at gustus in quadam parti-
cula. Et hoc argumento vitatur Aristot.
text. 112. ad probandum, eos esse di-
stinctos sensus.

Vbi nota, quod tactus sumi potest
communiter, & sic inuenitur inter cor-
pora etiam inanimata. Quae enim in-
ter se non habent medium, sed conti-
gua sunt, dicuntur se tangere. Non sic
in presenti sumitur, sed pro potentia
sensitiua, quae non percipit obiectum,
nisi tactu isto intercedente, cum inter
ipsum & obiectum nihil mediat, quod
sit corpus externum, & hoc modo ta-
ctus comprehendit gustum etiam, & il-
lum, qui dicitur, tactus: nam gustus sic
percipit obiectum suum.

Tertio modo, particulariter sumi-
tur tactus pro potentia ista perceptiua
quatuor primarum qualitatum, & sic
essentialiter differt a gustu. Vnde, si-
cut non dices, visum, & auditum esse
vnum sensum, quauis per idem mediū,
scilicet aerem, percipiantur obiecta: ita
nec gustum, & peculiariter tactum,
dices esse vnum: quia per idem mediū
internum percipiunt, & sine medio ex-
teriori. Vnus enim percipit obiectum
genere diuersum ab altero.

Ad argumentum ergo primum re-
spondeo, quod dupliciter gustabile di-
citur tangibile. Vno modo, sumendo
tangibile in communi, non pro obiecto
tactus, qui est quintus sensus: & tunc
est sensus: Gustamus ea, quae sunt con-
iuncta, absque exteriori medio: & huc
sensus manifestat Aristot. in sua pri-
ma ratione, text. 109.

Altero modo, sumendo tangible par-
ticulariter pro obiecto quinti sensus,
& tunc significat, gustabile esse tangi-
bile, id est, non gustari rem, nisi simul
tangatur eius humiditas: simul enim
gustus operatur cum tactu: & hoc indi-
cavit ibidem Aristoteles in ratione po-
steriori. Non tamen est sensus, quod
gustabile formaliter sit tangible parti-

culariter. Est autem notanda haec reso-
lutio cum expositione huius textus.

Hinc patet solutio secundae argumē-
ti. Cum enim gustus non gustet, nisi si-
mul comitante sensatione tactus, in
vno sensorio iunguntur propter hanc
ordinationem, quauis non sint eadē
potentia, cum inueniatur, alibi tactus,
sine gustu: tactu ergo percipiente hu-
miditatem gustus saporem percipit:
deseruit enim tactus gustui, & gustus
dat tactui condimentum.

Ad tertium, solutio nota est ex di-
ctis. Non enim gustus percipit humi-
ditatem, vt non bene concessit Aegi-
dius: tunc enim formaliter esset tactus:
sed tactus, qui cum gustu coniunctus est,
illam percipit. Nec mireris, tactū esse
vbi gustus est: nam tactus est genera-
lis, repetiturque in pupilla & alijs sen-
sorijs sensuum.

Hic tamen statim se offert dubium,
quod sit organum gustus? In qua diffi-
cultate videtur aliqua diuersitas in
Aristotele, tam gustum & tactū, in cor-
de constituit lib. de Sensu, cap. 3. in fi-
ne & de Senect. cap. 2. & 2. de part. c.
50, imò omnes sensus in corde ponit,
lib. 5. de gener. cap. 2. quauis tactus &
gustus manifestius in corde esse dicat.

At verò alijs in locis gustum in lin-
guae cuspede, & in palato ponit. vt. 1. hi-
storia. cap. 11. & 3. historia, cap. 5. & 2.
lib. de Part. cap. 27. Idem Auero. 1.
lib. collectan. capit. 3. quauis Plinius
lib. 11. capit. 37. dicat, soli homini in-
esse gustum in lingua, & palato: alia
enim in sola lingua habent: sed Ari-
stoteles hoc omnibus tribuit: & ita te-
nendum est.

Vt autem loca ista pugnantia con-
ciliemus, aduerte ad tertiam coniunctio-
nem nervorum duos nervos ad linguam
vsque simul derivari, qui per medium
linguam, quae cuspidem dicitur, transeunt
vsque ad extremitatem, & ramulos
quosdam ad latera ipargunt, qui
nervi etiam palatū attingunt. In hoc

De sen-
sorio seu
organo
gustus.
Quod est
se debeat
potentia
humidū
1. Ratio

Nota.

Secundò
duplici-
ter i-
de ostē-
ditur.

2.

De sapo-
rum dif-
ferentijs.

Vinc qualiter sensorium Gustus
se habeat, explicat, dicens: senso-
rium Gustus debere esse secundum se
potentia humidum, ita, vt possit actu
humectari. Huius ratio est: quia senso-
rium, vt percipiat obiectum, debet esse
in potentia tale: si enim actu esset
tale, non immutaretur ab obiecto. Cū
igitur gustabile sit humidū, opus est,
vt sensorium gustus sit potentia humi-
dum, no ita in potentia, vt nequeat hu-
mectari, sed vt possit re-ducere ad actum
absque sui corruptione: sic enim perci-
piet gustabilia.

Aduertendum, quod hic vocat hu-
midum non absolute, sed humidum sa-
poriferum: ali enim debet priuari sen-
sorium secundum se, vt percipiat om-
nia gustabilia.

Duplici signo ostendit, quod dixe-
rat. Alterum signum est: quod se sit in po-
tentia humidum, vt humectari possit:
vnde cum lingua est admodum sicca,
nec humectatur, non gustamus.

Alterū signū est: quod nullum saporis
rum humidum praecedat. Vnde infir-
morum lingua, quia humores amaros
habet, quod gustat, non percipit, sed
amarum iudicat, illudque primum sen-
tit humidum: similiter hi, qui aliquos
saporis vehementes praegustarunt.

Species autem saporum sicut.

Text. CV.

Obiecti species nunc distinguit, di-
cens esse duos saporis extremos,
qui simpliciores sunt, puta, dulce, &
amarum, sicut in coloribus, albū & ni-

Ad 2.

Ad 3.

Dub. de
organo
gustus
quod sit.

Arist. testi-
monia quae di-
cunt gu-
stum esse
in corde.

Alia A-
rist. testi-
monia quae
dicunt esse
in lin-
guae cus-
pide, &
palato.
No. Pl.
opini.

1. Fuda.
Descri-
ptio or-
gani, gu-
stus.

est gustui, amarum vero quod maxime inimicum; ob id apud vulgum tanquam extrema iudicantur.

2. Cōcl.

Si autē secundo, modoctiā extrema sunt: natura. n. saporis proximē in sicco & humido consistit: cum igitur in dulci humidum maximē comprehendat siccum, in amaro, siccum maximē separatur ab humido: resoluitur enim humidum multo calore: ob id extrema sunt.

3. Cōcl.

Si tamen tertio modo considerentur, tunc acutum & ponticum extrema sunt: illud enim in calido multo, hoc vero in frigido consistit.

Cōclia tur Gal. & Arist.

Ex quo sequitur, quod bene Aristoteli & Galenus dixerint. Nam Aristoteles, cum sit Philosophus, & naturā scrutator, consideravit saporē secundum propriam naturam, & etiam in ordine ad gustum, de quo tractabat: ob id dulce, & amarum extrema fecit. At Galenus, ut Medicus, considerans potius corpora, ut ad sanitatem conferunt, saporē ad ipsorum temperies dignoscendas ordinavit, & sic per subiecta distinguit.

Ad Argumentū contra Gal.

Possumus ergo ad argumentum Auerrois respondere dupliciter. Primum quod ut plurimum tales saporē sequuntur temperies, ab ipso Galeno dictas.

1.

Secundū, quod debent sumi saporē in suo gradu profecto, & tunc profectū amarum in calido est forti, & profectū dulce immoderate calido: non sic autem sunt saporē prædicti: sunt enim imperfecti.

3.

Deinde dici posset, quod quæcūque ratione fiat, aliqui erunt saporē in temperie summē distantes, & ita secundum eam maximē contrarij. Per hoc quæstionis dilucidā explicatio, & opinionum concordia habetur.

CAPVT VNDECIMVM.

De tangibi et autem, Tactu. Tex. CVI

De tact.



SECUNDUM exteriorum sensuum putā, Tactū, explicare aggreditur: ac primo quæstiones aliquot circa ipsum determinat. Prima est circa ipsius unitatem, vel pluralitatem: an Tactus sit vna potentia, vel plures?

At quia posses obijcere: Quare non tangibili incipit? Hoc præueniens dicit, quod in hoc eodem est vtriusque ratio. Si enim Tactus vnus, vel plures, est etiam erit tangibile, & e contra.

Et quid est sensorium tangibilis. Tex. CVII.

SECUNDAM proponit quæstionē circa Tactus sensorij, an sit caro ista exterior? an aliquid intus latens, caro autem medium sit?

Statim regreditur ad primam quæstionem, duplicique argumento. Tactum non vnam potentiam, sed plures esse, probat.

Alterum est. Vnus sensus, tantū est vnus contrarietatis, at tactus est plures: ergo non est vnus, sed plures. Maiorem exemplis & inductionē ostēdit. Vifus. n. est albi, & nigri: auditus acuti, & grauis: gustus amari, & dulcis. Minorem probat. Tactus enim est calidi, & frigidi, sicci, & humidī, durī: & molli, & aliorum.

Habet autem solutionem quandam. Tex. CVIII.

ARGUMENTUM positum soluit, quæ solutionem non esse ex mente propria, docet Themist, Auer. Albertus, S. Thomas, & communis sententia. Putant enim omnes hi, secundum Aristotelem, tactus esse plures, quannus oppositū doceat simplicius, & Philopon sed modō sequimur cōmune sententiam, quæ magis quadrat Aristoteli.

Solutio ergo est, quod non idcirco sensus plures, est, quia plures habet contrarietates: nam alij sensus, quorū singuli vnus sunt, plures habent: ut auditus, est soni grauis, & acuti, magni, & parui,

Quæstiones quedam de Tactu. 1. Quæstio an sit vnus vel plures? Occurrit obiectioni.

2. Quæstio an caro sit tactus, an aliud caro vera, & meiorum? 1. Ratio quæ tactus non sit vnus, sed plures.

Solutio primæ rationis Nota an sit secundū propriā mentē Arist. esse varias opiniones. Explicatur solutio Arist.

parui, asperi, & lenis: similiter visus, albi, & nigri, splendidi, & non splendidi. Contra hanc solutionem ponit argumentum alterum. Vnus sensus habet vnum obiectum, sub quo omnes ipsius contrarietates adæquate sunt vt visus colorē, & auditus sonum. At in tactu id non est: non enim calidum, frigidum, siccum, humidum, molle, & durū & alia sub aliquo proximo genere conueniūt, quod sit primum Tactus obiectū: plures ergo Tactus non vnus, sunt. Vtrum autem sit sensorium intus.

Quod caro non sit tactus sensorij sed medium.

1. Ratio. Ad secundam quæstionem se conuertit, & partim determinat illā, sed non omnino vsque ad textum. 116. Dicit ergo, quod caro non est sensorium, sed medium. Probat tal ratione. Si caro esset sensorij, maximē esset ex eo, quod spiritus admota carne circa obiectū, sentimus ipsum, sed hæc causa nulla est: ergo caro non est sensorium. Discursus videtur bonus cum Maiori. Minor probatur. Si super digitum modō ponamus pelliculam aliquam caparū vel linteum aliquem, statim, admoto digito, cum illa pelle, tangimus, & sentimus, & tamen talis pellis non est sensorium, sed medium: ergo nec illa caro erit sensorium, quannus statim, illa admota, sentiamus.

Occurrit obiectioni.

Quannus enim sentiamus citius per carnem, quā per pelliculam illam, vel linteum, id non peruenit, quia caro sit sensorium, sed quia caro est magis proxima sensorio, quā linteus, vel illa pellicula. Quapropter et talis pars corporis. Tex. CX.

Exempli.

AD secundam quæstionem se conuertit, & partim determinat illā, sed non omnino vsque ad textum. 116. Dicit ergo, quod caro non est sensorium, sed medium. Probat tal ratione. Si caro esset sensorij, maximē esset ex eo, quod spiritus admota carne circa obiectū, sentimus ipsum, sed hæc causa nulla est: ergo caro non est sensorium. Discursus videtur bonus cum Maiori. Minor probatur. Si super digitum modō ponamus pelliculam aliquam caparū vel linteum aliquem, statim, admoto digito, cum illa pelle, tangimus, & sentimus, & tamen talis pellis non est sensorium, sed medium: ergo nec illa caro erit sensorium, quannus statim, illa admota, sentiamus.

Quannus enim sentiamus citius per carnem, quā per pelliculam illam, vel linteum, id non peruenit, quia caro sit sensorium, sed quia caro est magis proxima sensorio, quā linteus, vel illa pellicula. Quapropter et talis pars corporis. Tex. CX.

REGREDITUR ad primam quæstionē, ostenditque deceptionis causam: quare vnus Tactus appareat, cum plures sint. Causa est, quia medium (putā caro) est coniunctum & adnatū nobis. Ponit exemplum. Si aer, qui circa nos est, esset nobis adnatus, & pars nostra: tunc profectū, quia per illum vi-

demus, audimus & olfacimus, videtur illi tres sensus esse vnus. Nunc tamen, cum sit tale medium, determinatur, & à nobis distinctum, facile scimus esse tres sensus: & tamen reuerā, quannus esset adnatus aer, adhuc esset tres & deceptio esset nostra, putare vnū esse. Attendē, quod vocat medium id, quod motus sit, id est, per quod obiectum agit in potentiam.

In Tactu autem hoc nuuc. Tex. CXI.

APPLICAT modō exemplum: In Tactu non est medium aer, vel aqua: hæc enim cum simplicia sint, non possunt esse pars animalis, quod mistum est, & tamē medium est mistū aliquid scilicet caro, & sic medium tactus, est pars animalis. Accidit igitur error in tactu, qui accidere in alijs sensibus, si aer esset pars nostra, vt existimamus vnū tactum, cum tamen plures essent.

Indicat autem, quod plures sint. Tex. CXII.

ADHUC causam erroris explicat. Tactumque plures esse ostendit, & hoc per gustum probari dicit, per illam partē, quæ gustamus, & tangimus quatuor qualitates, & similiter saporem percipimus: si reuerā hoc esset in omni parte corporis, putarem statim idem esse gustum & tactum: at modō non putamus, quia quannus illic, id est, in lingua, simul esse percipimus, tamē in alijs partibus tactus est sine gustu, ob id distinctos cognoscimus, cum tamen reuerā quannus vbique esset, uterque esset, adhuc distincti essent, sed distinctio non esset nota: hoc euenit in tactibus, qui cum simul vbique sint, vnū putamus, & tamen plures sunt.

Nota, quod hoc argumentum probat sic: non quia sensorium sit vnus, & medium idem, potentia vna est: sed possunt esse plures potentie ratione obiectorum: vt patet in gustu, & tactu lingue, quos diuerfos cognoscimus cum postea separentur. Cum igitur non sit

Applicatur exemplū Tactui.

Altero exemplo seu hypotesi ostēdit.

Nota quæ sit vis argumenti facti.

non sit vnum obiectum, sed plura in tactibus, erunt plures tactus, quāuis sensorium sit vnum, & medium vnum.

3. Opin. an sit aliquid quod medium externū in Tactu Triplex suppositio.

1. Puta, an sit aliquid mediū externum in Tactu? Et, antequam dubium proponat, rationem facit, qua probat, esse medium externum in Tactu. Ratio autem fit tribus praesuppositis.
1. Primum est. Omne corpus habet profundum, id est, dimensionem tertiam, quae grossities dicitur.
2. Alterum est. Cum inter duo corpora aliquid aliud est medium, hoc duo talia non se tangunt: vt si inter manū, & lapidem mediat aer, vel aqua, lapis & manus non se tangunt.
3. Tertium est. Vbi est humidum, vel humectum, seu vnum, ibi corpus est. Humidum dicitur, quod in se humiditatem recipit, vt aer vel aqua. Vnum vero & humectum, quod recipit corpus habens humiditatem, vt si aquam ponas super corpus, dicitur humectatum, seu vnum.

Ne sit ratio probans requiritur & esse aliquid quod medium externū Tactus.

Nota.

Si igitur haec doctrina in communi vera est, non continget tangere aliquid corpus durum, quin, inter carnē & ipsum, mediet aer, vel aqua: quāuis lateat nos ille intermedius aer, sicut latet etiam vda, & humecta, quae se tangunt in aqua. Videtur enim tūc eis, quod non sit intermedia aqua, cum tamen sit: multo magis eos, qui sunt, & se tangunt in aere, latebit intermedius aer.

Vnum igitur omnino similiter sit.

Text. CXIII.

Modo dubium proponit: an omnium quinque sensuum sensorio sit similis, id est, per medium externū? an nō sit, sed gustus & tactus sint tantū per internum medium, caroq; immediatē tangat, vt nunc videtur, & apparet: reliqui autem eminentes sint, id est, per externum medium?

Respondet, omnes sensus esse per externum medium, tactumq; in corporibus duris, & mollibus, tangendis: sicut gustum medium habere externū, aerem, vel aquam, sed non eodem modo cum alijs sensibus tribus: est enim duplex discrimen.

Vnum est: quod alij tres eminentes, & à longē percipiunt obiecta: at tactus, & gustus, cominus, & propē, ac per medium breue: ob id decipiuntur in istis, non in illis, putantes non esse mediū, sicut prius dicebamus, nos decipiendos, si pelliculā haberemus: tunc enim per illam tangeremus, sicut modō: ita enim tangimus per aquam, vel aerem medium.

Sed differunt tangibile a visibilibus.

Text. CXV.

Alterum ponit discrimen: quod obiecta aliorum sensuum sic agunt in medium, vt non simul in potentiam agant, sed medium agit in potentiam, postquam ipsum passum est ab obiecto: At in Tactu non sic, sed potentia simul patitur cum medio, vt qui habet clypeum, & percutitur ab aliquo, simul cum clypeo percutitur: non enim dicendum, quod ferrum mouet clypeū, & clypeus manum, sed manus cum clypeo percutitur, & impellitur: similiter si manus habeat pelliculam, simul cū illa mouetur à corpore tacto.

Omnino autem videtur caro & lingua.

Text. CXVI.

Nunc ad explicandum Tactus medium, obiectum, & sensorium, se conuertit, ac primò ipsam carnem nō

An medium externū requiritur eodem modo in omnibus sensibus. Respon. Medium externum requiritur, sed non eodem modo.

2. discrimen.

De medio. tactus.

Quod caro sit me- dium & non sensorium tactus.

De obiecto tangibili.

Quod sint quatuor primae qualitates obiecti Tactus.

De sensorio seu organo Tactus.

Quid id sit quod est in potentia tactiū qualitatis receptiuū.

Causa cur debeat esse in potentia sensorii Nota.

Tactus non sentit qualitates in eo gradu in quo ipse est.

sensorium, sed medium esse, ac se habere ad tactum, sicut aerem, ad visum vel auditum. Probatur tali argumento. Sensibile positū supra sensorium, non sentitur: (vt notū est in alijs sensibus) tangibilia autem supra carnem posita sentiuntur, vt patet de aere & aqua, quae immediata sunt carni: ergo caro non est sensorium, sed aliud quid sub carne, putā neruus intus existens.

Tangibiles igitur sunt differentie.

Text. CXVII.

Obiectū explicat esse primas quatuor qualitates, quas vocat differentias corporum, nempe generabilia: insunt enim omnibus generabilibus, & elementa per ipsas distinguuntur inter se: vt diximus, libro de Elementis, seu secundo, de Generatione.

Sensorium autem, seu tactiuum, seu id in quo primò inest potentia ipsa, quae dicitur Tactus (omnia enim haec tria idem significāt) sensorium, inquam Tactus, est pars illa corporis, quae est in potentia huiusmodi qualitatū receptiuā, & perceptiuā. Vt enim dictū est, sensorium cuiusq; potentia, debet esse tale, quale est obiectum actū: nā sentire est pati: & potentia, dum sentit patitur ab obiecto: quod verò patitur, debet esse in potentia tale, à quo patitur.

Sentire enim pati quoddam est.

Text. CXVIII.

Redit rationem, quare sensorium sit in potentia. Ratio est, quia patitur ab obiecto, & obiectum agit in ipsum. Vnum quodq; autem agit in id, quod est in potentia ipsum.

Hinc sequitur, quod sensorium Tactus, cum non possit omnino denudari à qualitatibus tangibilibus (est enim illa pars) non sentiat illas qualitates in eo gradu, in quo sunt in sensorio: respectu enim illarum est in tactu, & nō potest ab illis pati: vt si in manu est calor, vt quatuor, manus non sentiet in obiecto tantum calorem, sed maiore à quo pati possit: similiter de alijs.

Vnde optimo consilio natura, & author potius naturae reduxit in tactu qualitates ad medium, & sic temperavit: per medium enim vtrūque extremum percipimus: nam media habent rationem vtriusque contrarij, prout ad hoc vel illud comparantur.

Et vt oporet id, quod debet.

Text. CXIX et CXX.

Ponit exemplum, qualiter sensorium debeat esse in potentia obiectum. Sicut visus in potentia est album, & nigrum, & alij etiam sensus: eodem modo & tactus in potentia ad extremas qualitates.

Statim docet, quomodo tactus sit etiam tangibilis, & intangibilis, vt in alijs sensibus explicatum est.

Intangibile autem dupliciter dicitur, aut quod vehemens & nocivus tactui qualitates habet, aut remissas, vt distinguī nequeant. Concludit dictum esse figura, id est, in vniuersali de his quinque sensibus exterioribus: de singulis seorsum.

An caro sit Tactus sensorium.

Quest. XXX.

Aristoteles, in hoc Capite, carnem non sensorium, sed medium potius esse determinat: sensorium verò intus latere docet. Credit enim esse ipsum neruū, qui sub pelle, & sub carne, & intra carnem est.

Argumenta duo pro hac sententia ponit. Alterum est. Si caro esset sensorium, esset ex eo, quod statim, ad mota carne, sentimus: sed haec ratio nihil probat: ergo non est sensorium. Minorem probat: quia si digitus per pelliculam externam ei appositam tangeret, statim sentiret, non tamen idē colligeretur esse sensorium.

Alterum argumentum est. Si caro esset sensorium, tunc sensibile positū supra sensorium faceret sensationem: nam carni res appositae sentimus: car-

Cur natura fecit in tactu qualitates ad medium temperatas. Exemplo seu inductione ostendit seu sensorium oportet esse in potentia tale.

Quod tactus non solum fit tangibilis. Dupliciter dicitur in tangibile.

1. Arist. opin. carnem nō esse sensorium tactus, sed medium.

2. Argu. Arist.

ramē

tamen nullum sensorium sentire sensibilia superposita: nō ergo caro est sensorium, sed medium.

Authores qui sequuntur sententiam Arist.

2. Opin. Alex. Phil. A. Nic. carne esse sensorium tactus.

Hanc sententiam sequitur communis opinio, & praesertim quatuor Philosophi insignes, Gale. lib. de usu partium, & lib. 2. de temperamētis. Aueroes cōm. 108. Albertus, & S. Thom. Item Iandun. q. 29 & Caiet. & alij. Putant enim, carnem esse medium quodam, nervum autem esse sensorium: dicitq; Galenus, quod si nervi, carne separarentur, nihil sentiret caro.

Oppositam sententiam habent non spernendi Philosophi: inter quos sunt Alexan. lib. 2. de anima, cap. de contactu & Philop. super tex. 116. & Avicē. 6. naturalium, p. 2. cap. 3. & Auerr. qui tribus in locis retractat sententiam prius dictam, lib. de Sens. cap. 1. lib. 2. collect. ca. 8. & 13. Hi omnes in carne tactivam potentiam ponunt, & hunc sensum tangibilia superposita sentire docent. Idē Conciliator, differētia 42. in carne enim, & in nervo tactū ponit.

3. Opin. Themis. Simpl. tactū & tangēdi potētia esse in corde reliqua es semedia per quae contia-gat & sciat.

Tertia sententia est Thomistij, cap. 40 ubi impugnans Alex. ponit tactum in corde. Idem Simplicius, supra tex. 116. Hi putāt cor esse, quod potētiam habeat tangēdi, reliqua sint media, per quae ipsum tangit sicut manus, quae per baculum tangit corpora.

Et profecto habet ista sententia pro se Arist. qui locis quatuor videtur tactum in corde ponere, puta, de Sensu, cap. 2. & de senect. cap. 2. de somn. & vigilia ca. 2. & lib. 2. de partibus, ca. 10. haec ergo sunt sentētia Philosophorū.

In hac difficultate pro eius resolutione, adverte primo, quod sensorium potētiae debet denudari ab obiectis, quae percipit: vt pupilla, quae colores percipit debet a coloribus denudari: & auditus sonos percipiens, debet in se sonis carere: similiter gustus, & alij.

1. Fund. De de- mandatio

Vnde experimur, quod quando in sensorio aliquis color, aut sapor, aut odor inest actu, tunc est impedimento

quod minus alia percipiuntur, facitque vt aut difficile aut male percipiuntur.

Adde etiam, quod quod magis denudatur sensorium ab obiectis, eo plures obiectorum percipit differētiās; vt docet Arist. lib. 7. de Gene. cap. 2.

Notandum tamen, quod sensorium tactus, cū sit pars animalis, ac idcirco necessario mista, non potuit omnino denudari a subiecto, s. a quatuor qualitatibus.

Ex quo fit, quod non percipit eas in omni gradu, nisi quando excedant gradum qualitatis, qui in tactu est: vt, calor vt quatuor, non sentiet calorem, vt quatuor, nec inferiores, sed eum, qui excedit quatuor: scilicet ergo tactus qualitates superantes in actiuitate eas, quae in ipso sunt.

Hinc est, quod natura temperavit, & reduxit ad medium qualitates in tactu sensorio, vt posset saltem ipsarum excessus percipere, respectu quorum est in potentia.

Vbi nota, quod quanto vna qualitas remissior est in tactu, tanto magis percipitur qualitas remissior in obiecto: vt si in tactu est frigiditas, vt duo, sentiet eam, quae est vt tria, & reliqua: & quanto in tactu qualitas est intensior, tanto intensiorem qualitatem tantum percipiet.

Ex hoc sequitur, quod quanto plus est de contraria qualitate in tactu, scilicet plus de calore, tanto remissior percipiet qualitatem contrariam in obiecto, scilicet frigiditatem: quia si calor multus est in tactu, necessario erit parū frigiditatis, & sic de alijs contrarijs.

Ex hac doctrina sequuntur duo obseruanda Alterū est, quod tactus animalium brutorū potest excedere hominis tactū in percipiēda aliqua qualitate remissiore, non tamen in percipiēdis omnibus remissioribus.

Ratio huius est: quia tactus brutorum est intemperatior, habetque qualitates aliquas intensiores, alias vero

ne potētiae ab obiecto. Potētia, debet ab obiecto, quod magis est nudata, eō melius percipit. Tactus non potest omnino denudari a qualitatibus quas percipit, & ideo nec illas percipere, nisi in gradu quo illa excedit. Cur natura fecit tactū temperatū in medio.

Nota 1. Nota 2.

Differētia colligitur ex dictis in ter tactū hominis & aliorum animalium in temperatū.

Nota 1. Nota 2.

Differētia colligitur ex dictis in ter tactū hominis & aliorum animalium in temperatū.

perie & in perceptione qualitatum.

remissiores: vt v.g. multum caloris, parum frigiditatis, ob id, quia multum caloris, & parum frigiditatis habet, patitur poterit a minore frigiditate, quam homo, sed non poterit pati nisi a multo & maiori calore.

At homo, habet qualitates omnes magis ad mediū, quamuis aliquas, puta frigiditatem, nō sentiat in gradu remissione, quae alia animalia, quia haec qualitates illam habent valde remissam ob intemperiam, & excessum qualitatis contrariae, tamē calorem, vel alias, sentiet remissiores: quia homo in nulla habet tantam intemperiam.

NOTA

Vnde signū boni temperamenti est, nō pati notabiliter magis ab vna qualitate, quam ab alia eiusdem gradus: ob hoc in armis accidit oppositum.

Disolutio quorundam problem. ex dictis

Alterum, quod sequitur ex hac doctrina, est solutio aliquorū problematum. Primum est: quod lachrymae frigidae calidae, videntibus frigidae apparent, cum tamen eodem modo illa se habeant?

1. probl. disolutio.

Ratio est. Ridētibus enim facies est valde calida ob sanguinis diffusionem: ob id lachrymae, quae temperata est, videtur frigida: in gemitibus vero, ob fugam sanguinis ad cor, est facies frigida, ob id lachryma videtur calida. Sicut si sit aqua temperata, & manus sit calidissima: tunc videtur talis aqua frigida: si vero sit frigidissima, videbitur aqua calida.

2. probl. disolutio.

Alterum problema est: quod pluviales aquae aestate frigidissimae videntur, non sic hyemales: tunc enim marinus, & corpus est nimis calidum, non autem in hyeme.

3. probl. disolutio.

Fit etiā tertio, quod in hyeme post discessum a locis calidis, sentiamus, plus frigiditatem. Per haec multa alia humilimodi, & etiam in alijs qualitatibus contrarijs inuenies, & solues.

2. funda. a nervis eorū origine, &

Aduerte secundo, quod de origine nervorum est controversia inter Galenum & Aristotelem. Nam Galenus. 8.

de usu partium, cap. 3. & 4. a cerebro originē ducere docet, eiusdemq; esse substantia: cum cerebro, & sic primam sedem sensationis in cerebro ponit. Aristotel. verò. 3. histori. cap. 5. haec omnia tribuit cordi. Putat enim cor esse primam radicem sensationis, & ab ipso nervos procedere, eiusdemq; esse substantia: cum corde.

Quicquid tamē sit de hoc, in praesentia sit est scire difficultatem esse, an in nervo; an in carne tactus sensorium sit collocandum? quamuis putō cum Galeno esse sentiendum de origine nervorum.

Aduertendum autē, quod in nervo continetur substantia quaedam subtilis, & calida, velut aerea, quae dicitur spiritus animalis, & in his spiritibus non est sentiendi potētia: sed duo faciunt. Primo, temperat nervos, & partes circumstantes, calorem naturalem eius communicantes, quo sua munera possint exercere. Secundo, sunt vehiculum, & mediū, per quod species sensuum exteriorum deferuntur ad interiores, vt post dicemus.

His igitur suppositis, sit prima conclusio. In carne est potētia tactiva, & caro non medium, sed sensorium est. Hanc conclusionē teneo cum illis celeberrimis Philosophis allegatis.

Exprobo primā auctoritate Arist. qui tribus in locis docuit oppositum huius, quod in hoc capite dictum est. Nam primò hist. cap. 4. carnem sensorium tactus posuit: & lib. 2. de partibus, cap. 1 & cap. 5. Pluris igitur sunt aestimanda tria loca, quae vnus, est praesertim posteriores cogitationes sint sapientiores, vt est in proverbio Graeco.

Sed probo secundo, ratione. Id est tactus sensorium, quod magis est temperatum in qualitatibus: sed caro, & praesertim cutis est pars nostri corporis temperatissima (vt omnes Medici, & Philosophi concedunt) ergo ipsa est tactus sensorium. Cōsequentiā certa est

officio. 1. Opin. Gale. de origine nervorum 2. Opin. Aristot.

Praesertim Galeni opinio.

Quae sit nervina natura, & officium ac spirituum in eis cōtētorum.

1. cōclu. caro est sensorium tactus, & non medium. Primo ab auctoritate Aristot.

Secundo ratione.

eam maiori: vt minor est ex communi
cōsentia.

Confir-
mat ra-
tio.

Et confirmatur. Nā nēruī sunt ter-
restres admodum frigidi & sicci, vt di-
citur 2. de Gener. animal. ca. 4. aded,
vt ipse Arist. 1. de Anima, tex. 79. dixit,
pilos, ossa, neruos, non habere sen-
sum, ob terreitratē.

1. Solut.
quorum
dam re-
ijcitur.

Ad hoc respondent Caiet. Thie. &
Iandunus, q. 29. quod neruus, secundū
se, est intemperatior carne, tamen in
ordine ad tactum temperatior est.

Hac solutio est falsa, & patet. Nam
temperies nerui, secundū se, non est
alia, quā quae consistit in quatuor qua-
litatebus: & haec eadem est necessaria
ad tactum: ergo si intemperatior est in
se, erit etiam in ordine ad tactum.

2. Solut.
aliorum
reijcitur.

Alij dicunt, quod caro est quidem
temperatior, sed ided est mediū, quia
medium debet esse temperatum. Sed
contra hoc est argumentum euident.
Si caro est temperata temperie neces-
saria ad tactum, & ultra hoc habet ani-
mam, vt certum est: quare non habe-
bit potentiam tactuam, sicut neruus?
Profecto argumentum non habet so-
lutionem. Et aduerte quod hoc argu-
mento vsus est Alexand. & quod magis
e. ipsemet Aristotel. ad hoc idem
probandum.

3. Proba-
tur ex-
perien-
tia.

Probatur tertio. Experientia osten-
dit, quod neruus denudatus à carne,
sentit, si pūgatur: ergo si neruus est sen-
sorium, iam sensibile supra sensum po-
situm, sentitur: ergo ratio illa, qua pro-
bat, carnem nō esse sensorium, quia
sentit sensibile superpositum, nihil va-
let, cum hoc idem etiam sequatur in
neruo.

1. Solut.
quorum
dam re-
ijcitur.

Aliqui respondent, quod non denu-
datur à carne omnino: sed, prae ter quā
quod hoc est contra experientiam, ad
hac non obstat: quia pono, si secetur
neruus, tunc sentiet dolorem obiecti
tangētis.

2. Solut.
aliorum
reijci-
tur.

Alij dicunt, vt Caietan. quod pars,
quae pūngitur, nō sentit, sed proxima:

& pars puncta tunc est medium. Sed
hoc est ridiculum: quia in parte pun-
cta sentitur dolor: & praeterea, quare
potius pars proxima ad vnū lacus sen-
tit, quā ad aliud?

3. Solut.
reijci-
tur.

Alij, vt Fernelius, lib. 5. Physiologie,
cap. 7. dicunt, quod neruus sentit rati-
one duarum meningum, quibus est
indutus. Sed hoc non soluit argumen-
tum: nam illae meninges neruū ipsū
intrinsicē componunt.

Colligimus igitur illam rationem,
quae carnem, non esse sensorium, pro-
batur, nullam esse in tactu enim sensi-
bile positum supra sensorium sentitur.

4. Ratio

Probatur quarto. Quia alicubi est
Tactus, vbi nullus est neruus: vt in i-
core dolor sentitur, & in corde, in ve-
nis, in ossium tunicis, & pericraeo ca-
pitis: non ergo sensorium neruus est.

Præterea quinto. Quia tactus sit in
aliqua parte, & in aliquo situ, vbi non
est neruus: nam neruus non est expan-
sus per totum corpus, vt pellis, & ta-
men in quocunque situ corporis senti-
tur tactus: ergo, &c.

1. Ratio

Secunda conclusio. In neruo etiam in
ipso tactus, imò in omnibus partibus,
praeter ossa: nam tactus est sequens vni-
uersalem temperiem animalis, & vi-
tae necessarius, atque ideo diffusus est
per totum, quāuis magis in his, quā
in illis partibus.

1. obie-
ctio.

Quod si dicas: Quomodo nerui, cū
sint terrestres, sicut ossa, habent sen-
sum? Respondeo, quod quāuis ratio-
ne temperie innatae terrestres sint, &
sensus expertes, tamen ratione tem-
perie influxae habent conuenientem
temperiem: à spiritibus enim intus
contentis calefiunt, & à carne circū-
stante humectantur: ossibus autē hoc
deest.

Solutio.

Quod si dicas: Neruus ergo senso-
rium erit? Respondeo, non nego, sed si
mul etiam caro, quae tam aptū habet
temperamentum, habebit virtutem
tangendi.

2. Obie-
ctio eius
que solu-
tio.

Tertis

3. cōclu.
Cor nō
est pro-
ximū
sensoriū
ta ctus.

Tertia conclusio. Cor non est pro-
ximum sensorium tactus. Hoc proba-
tur argumentis supra profitis: nec lo-
ca Aristot. concludunt. Respondimus
enim iam, q. 28. ad illa.

Ad loca
Aristot.
Ad 1. ar-
gumēt.

Argumenta posita hic ab Aristote-
le, facile soluntur. Ad primum dico,
quod illa ratio cum alijs multis con-
uincit, carnem esse sensorium.

Ad 2.

Ad secundum dico cum illis Philo-
sophis, quod in tactu non est id incon-
ueniens, imò necessarium, quod sensi-
bile positum supra sensorium, sensa-
tionem faciat.

An in Tactu sit medium externū necessariū?
Qu. 1. XXXI.

Occasio
questio-
nis.

Hoc disputandi, nobis occasio-
nem dat Aristoteles, qui non
solum in externum mediū in Ta-
ctu ponit, sed etiam externū.

Vocatur medium internum, quod ip-
sius animalis est pars, vt caro: externū
verò, quod non est pars animalis, vt
aer in visu: in tactu nō solum docet me-
dium carnem esse, sed aërem, vel a-
quam, nihilque tangi non internueniē-
te aere, vel aqua.

1. Argu-
ad par-
tem ne-
gatiuā.

Contra hanc doctrinam est argumē-
tum primum. Si nihil Tactus percipe-
ret, nisi aere, vel aqua interueniente:
ergo Tactus non esset Tactus: nam à
tangendo dicitur Tactus: non autem
tangeremus obiecta, si corpus vel mi-
nimum esset intermedium.

2. Argu.

Præterea secundò. Si opus esset me-
dio externo, periret ratio Aristot. qua
probat carnem non esse sensorium: quia
sensibile, positum supra carnem senti-
tur. Hoc autē nō valeret: quia non est
immediatum carni, sed medius est ae-
re, vel aqua.

3. Argu.

Præterea tertio. Medium habet pro-
portionē cum sensorio (vt dicitur in-
ferius, vbi probat, esse plures sensus,
quā quinque) sed medium externū,
& internum, cum tam diuersa sint, (est

enim vnum simplex, alterū mixtum)
non possunt cum organo conuenire:
sicut nec inter se: ergo in tactu nō sunt
duo media.

4. Argu.

Præterea quarto. Dicit tex. 115. q.
in Visu prius agit color in medium, &
post medium in Visum: at in Tactu si-
mul in totū. Videtur hoc esse falsum:
Nam color in instanti agit per mediā
visionem: ergo non prius alterat me-
dium, quā simul alteret Visum. Hac
autem sunt argumenta, quae præci-
pua continent in hac re difficulta-
tem.

In qua sunt duae sententiae. Prima est
communis S. Thomae, Alberti, & cum
eo Caieta. Tien. & aliorum, q. Tactus
indigeat medio externo ad tangendū
dura, & consistentia corpora, non ta-
men ad percipienda liquida, vt aqua,
aerem, & alia huiusmodi: istamq; di-
cunt fuisse Aristotelis mentem.

1. Opin.
cōis S.
Tho. &
Alberti

Alterā est Auerro. commun. 115. quā
sequitur Iandunus, quæst. 28. hi dicunt,
quod vniuersaliter ad Tactum opus
est medio externo.

2. Opin.
Auerro.

Quod si obiecias: Quod ab aere, &
ab aqua patitur immediatē absq; ex-
terno medio: respondet ad hoc Auer-
roes per duo dicta. Alterum est, quod
aer in sua naturali dispositione exi-
stens, non agit in nos, nec sentitur:
& sic est immediatus nobis: similiter
aquae se habent ad pisces. Et ratio A-
uerrois est, quia aer est locus natura-
lis nocter: at locus naturalis nō debet
agere in locatum, cum ei sit similis &
proportionatus.

obiectio
nis sol u
tio.

Præterea. Quia si aer ageret in nos,
non esset medium aptum, vt alia per
ipsum agerent: debet enim mediū ef-
se denudatum, sicut & sensorium.
Iandunus limitat hoc dictum, q. aer nō
agit in nos, cum est in sua dispositione
naturali, vt aer agit quidem, sed dici-
tur non agere, quia ita agit, vt nō per-
cipiatur tactu: quare de notabili a-
ctione intelligendus est Auerroes.

1. Auer-
dictum.

1. Ratio
huius di-
cti.

2. Ratio.

Limita-
tur Aue-
rro, di-
ctum.

Q. Alte-

Secūdu
diū A-
ristot.

Alterum dictum Auerro. est: quod aer existens extra suam naturalem dispositionem, agit in Tactu: & quia elementa nunquam sunt extra naturalem suam dispositionem, nisi cum missione alterius corporis, idē & tunc non est ipse aer qui infrigidat, vel calefacit, sed corpora, quæ cum ipso coniunguntur: scilicet vapor, vel exhalatio: & talia non sunt nobis contingua, sed solum aeris naturalis portio, per quam talia corpora agunt: cumq; ea parua sit, videtur nō esse medium externum, sed reuera est. Idem dicendū de aqua, respectu aquatiliū. Hæc est sententia ipsius Auerrois:

1. cōclu.
contra
Auerro.
in tactu
non est
necessa-
riū me-
dium.

Pro huius difficultatis resolutione sit prima Conclusio. In tactu nō semper est medium externum. Hæc conclusio est cōtra Auerro. Putamus enim cum S. Thom. & Alberto, quod tactus tangat aerem, & aquā, & corpora ista fluida absque medio externo.

Not. vñ
puenit
necessi-
tas me-
dij exter-
ni in ta-
ctu.

Ad probandam autem hanc conclusionem, notandum est prius, quod necessitas ponendi medium externum in Tactu, nō est ex parte sensus, vt sensus est, nec ex parte obiecti, vt obiectū est, nec ex parte corporis, vt corpus est, quatenus duo corpora non se tangūt, nisi mediante aliquo alio: & hoc manifestē patet ex textu. 115.

1. Ratio.

Ex quo sumo argumentum. Nō repugnat, vniuersaliter loquendo, vñ corpus immediatē tangere aliud, in ipsumque agere immediatē: ergo nō repugnat, Tactum immediatē pati ab obiecto. Consequentia est certa: quia repugnantia in tactu & obiecto, est, vt corpora sunt. Antecedens patet: quia illud in duris corporibus veritatē habet, vt etiam ipse Aristot. text. 114. dicit, non autem in fluidis.

Confir-
matur.

Et præterea experiētia: aqua enim immediatē tangit lapides, & ipsos infrigidat: ergo etiam manum, & carnē. Similiter immediatē aer tangit lapidem.

Quod si dicat Auerro. quod in sua dispositione naturali aer non agit in lapidem, quia eius est locus naturalis. Hoc nihil prorsus est: nam faciam mutationem: Aquatilia ponantur in aere, & terrestria in aqua: iam tunc profectō patientur ab ipsis, cum sint improporcionada, & erit Tactus sine externo medio.

Sed probatur secundō. Et est argumentum Alberti, & S. Tho. cōtra ipsius dictum, vt patet. Dicit enim, q non patimur ab aere, vt est in sua dispositione naturali: quia sic est locus. Est ergo argumentum. Non aliter est locus naturalis noster aer, vel terra, quam vñū elementum est locus alterius: sed vñū elementum, quauis sit locus alterius naturalis, agit in ipsum: ergo similiter elementum agit in mistum. Consequētia est certa. Maior probatur: quia nos & mista in loco ponuntur secundū elementum dominās. Minor probatur: quia elementa in his extremis se alterant, & se secundū partem mutō transmutant.

Probatur tertio. Quia aer vt elementum in sua naturali dispositione existens, habet qualitates excedētes eas, quæ in mistis sunt: ergo in sua dispositione naturali existens ager in ipsa, & ea alterabit.

Probatur quartō. Contra ipsius secundū dictum, quod est in philosophia absurdum, quod nunquā sint elementa extra suam dispositionem naturalem, nisi cum missione alterius corporis. Hoc videtur falsum. Primō, quia Sol calefacit radijs suis aerem, & aquam: nec videtur, quod corpus vllum sit commistum.

Præterea, quod fortius est. Ante talem missionem præcessit aliqua alteratio in elemento: ergo tunc facit elementum extra naturalem dispositionem sine tali missione.

Nec ipse argumenta quicquam probant. Ad primum dico, quod ele-

Reijci-
tur obie-
ctio A-
uerro.

2. Ratio
in qua
primum
dictum
Auerro.
euerti-
tur.

3. Ratio

4. Ratio
in qua
secundū
dictum
Auerro.
confuta-
tur.
Primō.

Secūda

Ad. 1. ar-
gum. A-
uerro.

menta, nō solum sunt loca ob suas qualitates actiuas, sed etiam simul cū virtute caelesti, quæ locata conseruat. Adde etiam, quod in sua puritate nō sunt loca naturalia, nisi vt à sua vi, & intentione mutātur, atque ea de causa sunt facile mutabilia.

Secūdu.

Et per hoc soluitur secundū. Aer enim & aqua media sunt, quia sunt facile receptiua alienarū qualitatum.

2. cōclu.
etiam in
duris
corpori-
bus non
est sem-
per ne-
cessariū
mediū
externū
tactui.

Secunda Conclusio. Etiam in corporibus duris, vt fiat Tactus, non est semper necessarium medium externum. Hanc conclusionem, teneo cum Philopono contra Albertum, & alios. Dicit enim Philoponus, quod duo corpora non se tangere immediatē prouenit, cum superficies inæquales sunt: nō tamen cum æquales sunt.

1. Ratio
ab expe-
riencia.

Hæc conclusio probari potest, si probemus duo corpora dura, & nō fluida, posse tangere immediatē absque aere, vel aqua: & id probō primō experiētia. Serra secat lignum: ergo immediatē tanget ipsum.

Reijci-
solutio.

Quod si dicas: aer semper est medium: profectō vanum hoc videtur, & adhuc contra rationem experiētia: nam sigillum inaprimis similitudinem in plumbum, & tamen quis capit aerē mediare.

1

Et præterea, si lapis sit intinctus, & projiciatur in murum, relinquit illic figuram & corpus, impossibile autem est, quod inter illud atramentū & murum mediet aer: nam tunc non consisteret illa figura.

2

3

Præterea, oporteret dicere, q inter ossa & tunicā ipsorū medieret aer, & inter venas & carnem: quod est impossibile.

2. Ratio.

Probo secundō. Si aer semper est medius, sequitur quod ingentes lapides sustentantur in aere, cum non tangant immediatē terrā, nec alios: quod si in aere illo sustentantur, quare in maiori & altiori non sustentantur? & si ille aer spatium occupat, quare la-

pides non descendant inferiūs?

Probatur tertio. Illa repugnātia (ne solida se immediatē tangant) non est, quia corpora sunt, quia orbis caelestes solidi se immediatē tangūt: ergo solū est, quia inæqualium partium superficies habēt: & ita quauis secundum se tota non se tangant immediatē, tamē secundū aliquam saltem particulam se tangere, est necessarium.

Et hoc solum est, quod Aristot. docet, quod corpora dura, quæ regulariter sunt inæqualia, non se tangunt, secundū se tota: id tamen non vetat, quod minūs secundū aliquas se tangant partes: & si omnino proportionata essent, se secundum se tota tangerent.

Tertia conclusio. Istud medium externum in Tactu quando est, non eodem modo se habet, sicut aliorum sensuum media.

Aduertendum igitur, quod Arist. hanc ponit differentiam, quod color v.g. agit in medium, & post medium in visum: at tangibile simul eandem medio agit in tactum.

Exponunt Auerro. & Sanct. Thom. hunc locum, quod non sit intelligendus de prioritate temporis, sed de prioritate causalitatis: tunc enim esset prioritas temporis, si faceret istū sensum, quod color prius tempore agit in medium, & post medium agit in visum, tangibile verō simul in medium, & tactum: sed hunc sensum dicunt esse falsum, quia in instanti agit color in medium simul & potentiam: & similiter tangibile simul in vtrumque.

Sentus autē huius causalitatis hic est: quod quauis color simul in medium & potentiam agat, tamen idē agit in potētiam, quia agit in mediū, & sic medium est prius causalitate. At tangibile non sic, sed ita corpus agit in tactum per illud externum mediū, vt quauis non esset, ageret in ipsum. Et præterea, quia illud medium, vt diximus, non est necessarium tactui, &

Not. sen-
sum &
mētē
Aristot.

3. cōclu.
Mediū
externū
tactus

qñ con-
iungit,
nō ita se
habēt,
vt alio-
rum sen-
suum me-
dia.

2. Diffe-
rētia ex
Aristot.
Exponi-
tur Ari-
stotel.

maſ ter-
rio ex a-
lijs con-
trarieta-
tibus.

2. cōclu.
Probabi-
lius eſt
vnā eſſe
tactū po-
tētiā, nō
plures
ad illa
externa
tangibi-
lia.
Nor. di-
ſtinctio.
nē tāgi-
bilibium.

Explica-
tur con-
clu. cum
authori-
bus qui
eam ſe-
quūtur.

x. Ratio

dicendum de alijs tangibilibus, puta,
de dolore, voluptate, fame, ſitititia. n.
profectō ſecundum ſe tangibilia ſunt,
magisq̄ ue diſtincta à primis quatuor,
quā ſunt ipſa quatuor inter ſe. ſi igitur
tactus multiplicatur in his, etiam
in illis: & in hoc conſentio cum The-
miſtio, Alexand. Albert. & Auicē.

Secunda Concluſio. Quāuis ſit pro-
babile, tactus eſſe plures ſeu potētijs
plures, ad illa ſingula paria contrario-
rum externa, tamen probabilius pu-
to, vnā eſſe, & eandem.

Aduertendum igitur, quōd tangi-
bilia faciō in duplici differentia. Quā
dam externa: & hęc ſunt, quę in exter-
no ſubiecto ſentimus, & nos mouēt: vt
illa quatuor prima, & ſimiliter durū,
molle, graue, leue.

Voco interna alia, quę in ipſo ſen-
tiente ſentiuntur, vt dolor, voluptas,
fames, ſitis.

Dico ergo, quōd vnā eſt potētia,
qua illa externa ſentimus: licet proba-
bile oppoſitum, propter authorita-
tem tātorum Philoſophorum, & etiā
quia exiſtimo magis eſſe de mēte A-
riſtotel. hoc, tamen puto probabilius
cum Philoſono, & Simplicio, imō cū
S. Thom. qui retractauit ſentent. 1. p.
quæſt. 78. art. 3. ad. 3.

Hoc autē probō primō. Si ſit plures po-
tētijs plures eſſent, maximē eſſe pro-
pter primam rationem ab Ariſtotele
factam: quia vnus ſenſus eſt vnus con-
trarietatis: ſed hęc ratio non conuin-
cit: ergo Tactus vnus eſt. Diſcurſus eſt
bonus, & Maior vera. Minor probatur:
quia in alijs ſenſibus, vt ipſemet fate-
tur, inueniuntur plures contrarieta-
tes, vt in ſono aentum, & graue, mag-
num, & paruum,

Ad hoc dicunt Themifius, & Ale-
xander, quōd iſta ſolutio Ariſtotelis,
non eſt de propria mente, ſed ficta, eo
quōd magnum & paruum, eſt ſenſibi-
le commune, & non eſt contrarietas
in obiecto proprio.

Contra hoc optimē replicat Philo Reijciit.
ſolutio.
ponus illud probans eſſe falſum. Ma-
gnū enim, & parū in mole & corpo-
re, eſt quidem ſenſibile commune: at
non hoc eſt in ſono, ſed eſt magnitudo
& corpulentia quardam maior, vel mi-
nor ipſius ſoni, quā ſolo percipitur au-
ditu: reſponſio ergo illorum nulla eſt.

Probatur ſecundo. Si eſſent plures
Tactus, eſſet ob ſecundam rationem
Ariſtotelis: quōd non ſit obiectum cō-
mune vnū: ſed hęc ratio non con-
uincit, quia eſt vnū tale obiectum,
vt concedit etiam S. Thomas in loco
allegato.

Et Ariſtoteles non dicit: non eſſe
obiectum vnū, ſed non eſſe mani-
feſtum: quaſi dicat, eſſe, ſed non eſſe no-
minatū: & ſic exponunt illi Græci, vt
non ſit ſecunda ratio vlla Ariſtotelis,
ſed quōd ibi ponat differentiam, quōd
alijs ſenſibus eſt obiectum nominatū,
non in Tactu.

Sed ego præterea probō, quōd re-
uera ſit. Vbi eſt idem modus immutā-
di, ibi eſt vnū obiectum (nā ſicut vni-
tas ſcientiæ ſumitur ab vnitāte abſtra-
ctionis: ita vnitās ſenſus ab vno modo
immutandi obiecti & mouendi ipſam
potentiam) Sed omnes illæ qualita-
tes tangibiles eodem modo ſe habent
ad mouendum Tactum, & per idem
medium, & ſenſorium, ergo ſunt ſub
vno genere.

Et notandum, q̄, quāuis hoc genū
forſan in re eſſet analogū, tamen, in
ratione ſenſibilis, vninocum eſt.

Probatur tertio. Quia quinque ſen-
ſus communiter ponuntur etiam ab
Ariſtot. ſi autem multi tactus eſſent,
plures eſſent, quā, quinque.

Nec valet, ſi reſpondeas: quod quan-
tum ad ſenſoria, ponuntur quinque
quia hoc eſt falſum, quia guſtus nō ha-
bet aliud ſenſorium a tactu, loco diſtin-
ctum, & præterea, quia dicitur text.

1. 2. quōd, quāuis guſtus eſſet per to-
tum corpus, adhuc diſtinctus eſſet à ta-
ctu: er-

Reijciit
obiectio

Confir-
matur
ratio.

Nota.

3. Ratio

Reijciit
ſolutio.

1.
2.

4. Ratio

Aut ergo pluralitas ſenſus magis eſt
ſecundum formam.
Probatur quartō à poſteriori, iuxta
regulam, ſuperius poſitam de diſtin-
ctione potentiarum, quæſtione. 8. Vi-
demus, quōd vnusquique, qui poteſt
tactu ſentire, vnā ex illis contrarie-
tatis, vt verbi gratia, calorem, & fri-
giditytem, poteſt per eandem partem
ſentire alias, videlicet ſiccitatē, & hu-
miditatem, grauitatem, leuitatem, &
cæteras. Et a contra, ſi quis aliquo im-
pedimento, vel ex aliqua cauſa, nō pō-
teſt vnā ex ijs ſentire, nec poteſt alias
ſentire: vt cū perit tactus, vel obſtu-
peſcit, ergo omnia illa obiecta exter-
na, & oēs illi actus pertinent ad vnā
& eādem potentiam. Hęc enim eſt re-
gula certiffima à poſtiori diſtinctio-
nis potentiarum, vt tunc oſtēdimus in
illa quæſtione. 8.

Tertia concluſio probabilis. Quan-
uis Tactus, & potentia tangibilium in
ternorum, in eodem ſit ſenſorio, cū
illo tactu quo externa ſentimus, eſt ta-
men diuerſa viſ & potentia. Vnde pu-
to eſſe vnā aliam potentiam, qua
famen, ſitim, voluptates, dolores cor-
poreos ſentimus, aliam verō poten-
tiam, qua ſentimus externa.

Hoc mihi perſuadeo primō, quia fa-
mes ſitis, &c. magis diſtant à tangibili-
bus externis, quā ſapor ab eiſdē ex-
ternis: ſed ſenſus ſaporis eſt diſtinctus
ab illo, ergo & horum ſenſus.

Præterea ſecundō. Quia diſfert mo-
dus immutandi, externa enim per me-
diū, interna ſine medio, percipiūtur.

Præterea tertio. Quia, ſi tactus ſen-
tiret dolorem in ſe, & voluptates, vtique
pōſet ſuam ſentire operationē, quod
nulli ſenſui exteriori conceditur, eſt
igitur alius ſenſus ad hoc.

Vbi nota, quōd fames, & ſitis, appe-
titiones ſunt, & ſentire, eſuriri, ſenſa-
tiones ſunt harum appetitionum, &
certē ſentimus nos eſuriri, & ſitire.
Dolor autem eſt ſenfatio diſcōuenien-

4. Ratio

3. cōclu.
Tactū in
ternorū
tangibi-
liū eſt di-
uerſa po-
tētiā in
eodē ſe-
ſorio à
tactu ex-
ternorū
1. Ratio

2. Ratio

4. Ratio

4. Ratio

Preterea quartō ex illa regula di-
ſtinguendi potētijs à poſteriori, hoc
idem probare poſſumus. Nam ſeparā-
tur, & ſeparari poſſunt hęc potētijs &
actus, ita, vt in ea parte, in qua tangū-
tur externa, non ſentiat fames, & ſi-
tis, nec alia, vt in manu, & illa in
parte determinata ſentiantur, vt pote, ſto-
macho, & alijs, non in reliquis anima-
lis partibus, atque ita non ſpectabunt
ea obiecta, & omnes illi actus ad vnā
potentiam, ſed ad diuerſas.

Quōd ſi dicas. Erūt ergo plures ſen-
ſus? Reſpondeo, quōd non erunt exte-
riores plures, nam iſte inter interio-
res eſt computandus, & Ariſto. loquitur
modō de his, quibus exteriora ob-
iecta percipiuntur.

CAP. DVO DECIMUM.

Oportet autem vniuerſaliter de omni ſenſu.
Text. CXXI.



Vniq; ſenſibus exteriori-
bus traditis in particu-
lari, nunc aliquas prop-
rietates eis communes
ponit, quarū prima eſt,
q̄ ſenſus ſuſcipit formas ſine materia.
Ac ſi dicat Sensus percipit ſubiectorū
accidentia, nō perceptis ipſis ſubiectis
ſecundū ſe. Vt viſus percipit coloratū,
ratio coloris, ſed non ratione corpo-
ris ſecundum ſe: & auditus ſonum, ſed
non ſubſtantiā, in qua ſonus eſt: & in-
de eſt, q̄ nō patitur, nec recipiat in-
tentionem ſubiecti, ſed formæ.

Et ponit exemplum. Sicut cera in
ſe recipit ſigilli formam, ſed non mate-
riam, putā, aurum, vel ferrum, quā ſi-
gillum non ratione materiæ, ſed ra-
tione formæ in cera agebat: ſic ſen-
ſus patitur ab habente ſonū, in quan-
tum tali, & ſecundū rationē & formā,
ſcilicet ſonum. Obiectum enim eſt
velut ſigillum imprimens hic ſpeciem

Proprio-
tates cō-
munes
ſenſibus
exteriori-
bus.
Prima.
Exemplū.

in sensu. Hoc posterius declarabitur.
Sensorium autem primum est,
Text. CXXII.

Secūda.

Alterum cōmune, quod declarat, est, sensorium primum sensus esse, in quo talis potentia, id est, receptiva formarū sine materia, recipitur.

Nota.

Notandum autem, quod vocat sensorium primum illam partem similitudinem, in qua immediatē recipitur sententia potentia: ut enim dicitur 2. de partib. cap. 1. quauis organum, quo sensatio perficitur, & exercetur, sit dissimulare, ut oculus, auris, caro, nervus; tamen pars in qua primō & immediatē est potentia, & actus sentiendi, similis est: ut pupilla, miringa, nervus, & hanc vocat sensorium primum.

Potētia & sensoriū sunt idē subiecto sed ratione diuersa.

Subdit autem, quod potentia, & sensorium, idem sunt subiecto: sed ratione diuersum est vnum ab altero. Ac si dicatur, albedo, & lac idē subiecto sunt, quia albedo in lacte est: sed definitio ipsorum eest diuersa. Ita potētia, & sensorium, eodem etiam modo dicitur priuationem, & materiam esse idem subiecto.

Dupliciter aliquid dicitur idē subiecto.

Dupliciter enim aliqua idem subiecto dicuntur. Aut quando duo vni insunt subiecto: ut albedo, & dulcedo idem dicuntur in lacte. Aut cum vnū est in altero, & sic in presenti.

Responso quod sensorium non sit ipsa potētia.

Probat autē, quod secundum esse, & naturam distinguantur: quia sensorium est magnitudo & corpus: potentia verō non, sed forma in corpore. Et nota, quod potentia dicitur ratio in corpore: quia est forma, non quocunq; modo, sed certam dispositionē: & harmoniā, ac mixtiōe petens: non enim aliter potentia in corpore recipitur.

Dissoluantur duo problema ex dictis Primū.

Manifestam autem ex his.
Text. CXXIII.
Pro predicta doctrina de potentia soluit duo problema. Alterum est: quare sensibilia excellentia, ut vehemens sonus, vehemens color, & alia destruant potentias & laedunt? Et re-

spondet: quia istae potentiae, in quadā harmonia & temperie dispositionum, consistunt, qua turbata, vel dissoluta, laeditur, & destruitur potentia. Sicut consonantia musica perit, cordis fortiter percussis: nam vehemens percussio temperiem chordarum soluit. Nō intelligas, quod temperies sit potentia: sed potentia in ea est, ut dispositio ne, loquitur enim Aristo. causaliter.

Nota.

Et propter quid plures non sentiunt?
Text. CXXIII.

Alterum problema est: quare plures non sentiunt, cum animam habeant, & etiam pariuntur a qualitatibus primis, sicut & animalia: calefunt enim, & frigeunt? Respondet: quia non habent hanc temperiem & rationem, qualis est necessaria in sensorijs: ac ob id, ista deficientes, deficient etiam potentia, & principium recipiendi formas sine materia, & sentiendi, hanc distinguuntur clarē potentia a dispositione & ratione.

2. probl. dissoluitur.

Nota.

Dubitabit autem aliquis, si patitur.
Text. CXXV.

Cum dixisset, plures recipere qualitates tangibiles, non tamen sentire: dubium ponit, an aliquid non sentiens patiatur etiam ab alijs obiectis, ut ab odore, colore, sono: Et pro parte negativa ponit tria argumenta.

Dubiū Arist. an non sentiens patiat ab alijs obiectis aliorum sensuum.
1. Ratio a parte negativa.

Primum est. Odor & olfactus correlatiua sunt: odor enim est olfactibilis, & quod olfactum mutat, est odor, ut odor. Adde tu: Et olfactus est odoris: ergo nihil pati potest ab odore, quod nō olfaciat. Idem in alijs, scilicet colore, & sono: nam sapor cum agat simul cū humiditate, computatur terē cū ipsis tangibilibus.

2. Ratio.

Alterum argumentum est. Quod potest sentire, non patitur ab illis, nisi ut sensorium est, id est, qua parte sentire potest, ut animal in visu a coloribus in auditu a sonis, in olfactu ab odoribus patitur: ergo quod non potest sentire,

non.

non patietur ab istis, recipiendo ipsorum formas.

Simil autem manifestum est, & sic.
Text. CXXVI.

3. Ratio

Tertium argumentum est, quod in ductione colligitur. Color enim lumen, sonus, odor nihil in corpore produunt: non enim albedo facit albedinem, nec sonus sonum, nec lumen lumen.

obiectio

Quod si dicas: Quomodo sonus magnus scindit arbores, similiter coloribus pingimus?

Solutio.

Respondet, quod ista nihil faciunt, sed subiecta, in quibus sunt: vnde aer est, qui suo motu rumpit corpora, & color non agit, sed nos applicado subiecta, in quibus colores sunt, pingimus. Similiter lumen in aere est, cum ipso illuminat corpora, quae in eo sunt.

Nota.

Vbi notat: lumen in aere recipi, non in corporibus opacis: at qualitates tangibiles ipse agunt, & extra suum subiectum produunt sibi similes: aliter enim nō esset alteratio in corporibus inanimatis, vera enim alterationes secundū has qualitates sunt. Numerat autem saporem, ratione humiditatis.

Responso Aristote. ad dubium propositum.

Ergo et illa faciunt. *Text. CXXVII.*
Dvbi proposito, respondet modo, quod illa sensibilia obiecta, ut odor, color, &c. etiam agunt in corpora, quae non habent sensum: sed non in omnia: nec quocunq; modo. Non enim agunt, nisi in corpora diaphana, ut aerem, vel aquam: nec permanentiter agunt, sed ut in viam, & medium, per quod in sensus agunt. Vnde: aer recipit quidē, & a calore, vel odore, & sono patitur, sed non, ut forma in ea permaneat, & propter ipsum sit, sed ut per ipsum in sensum, fiat actio.

obiectio.

Dubitabis: Si aere a colore patitur, & ab alijs, nec sentire videtur ergo quod sentire non sit solum recipere formam, sed aliquid aliud?

Solutio.

Respondet, ita esse: non enim odo-

rare est solū recipere, & pati: hoc enim aeri inest: aer autem nō sentit, sed immutatus potentiam proximē sensationem facit. Vides sensationem non esse solam passionem.

Not. sensationē non esse solā passionem.

Philoponus vult, argumenta proposita solum iuste gratia disputationis: nam color, & odor non sunt essentialiter relatiua, ob id in medium etiam possunt agere, quauis dici posset, quod hoc, est ad sensum relatū: & sic argumenta tenent: quauis probabilia sint, & non demonstratiua.

No. alia Philop. expositionem.

An sint species sensibiles?
Quest. XXXIII.

Anrequam disputationem ingredi, explicandum est quæstionis sensus. Aduer: e igitur, quod non hic de specie logica disputamus, scilicet predicato communi de pluribus numero differentibus: sed speciem hic vocamus cum philosophis realem qualitatem, qua obiectum agit in potentiam sensitivam, & qua mediane sit sensatio. Quæ species est rei simulacrum quoddam, & imago, obiectum representans: & ita illam obiecti sensui, ut illud obiectum extra se sentire possit, ut cum sensus percipiant obiecta sua distantia, nec sensus in obiecta agant aliquid actione transeunte, iam queratur, an obiecta agant in potentias, imprimatque aliquid, seu qualitatem, & virtutem aliquam, qua media sentiantur.

Sensus questionis

Fuerunt igitur in hac re tres sententia. Prima fuit Galeni, quæ citat Gregor. Nyss. libro de viribus animæ, ca. 2. fuit etiam Plotini, Enneade quarta, & quorundam Platoniorū, quod sensus non indigent aliqua specie recepta ad sentiendū, sed obiecta sua in debita distantia proposita percipiunt, absque vilo alio interueniente.

1. opinio Galeni, Plotini, &c.

Argumentum Galeni fuit: Si istæ species essent in sensibus, idē essent, quia ipsæ essent rerum imagines, sed

1. argu. Galeni.

hoc est impossibile: ergo non sunt species. Discursus videtur notus, & maior vera. Minor probatur: quia imago calis & molium magarum quas videmus, recipi non potest in oculo paruo.

Confirmatur argum. 2. Opin. Ockam: & Durā. Gabrie. & Nominalium.

Hoc argumentum quoque fecit Aristotele libro de Memoria, cap. 2.

Altera sententia fuit aliorum, puta, Ockam. 2. Sent. d. 17. & 18. Durand. d. 3. q. 6. etiam. 1. Sent. & Gabrielis Biel, in cap. 2. S. d. 3. q. 2. & Nominalium: quorum sententia consistit in duobus. Alterum est, quod sensus exteriores non indigent specie ad sentiendum, & in hoc cum priorē sententia conveniunt. Alterū est, quod interiores sensus indigent specie obiectiva.

Explicatio huius opinio.

Pro explicatione, notandum, quod hi ponunt obiecta omnia producere in sensus suam speciem, quae est formae huius similitudo ipsius obiecti, & haec non est necessaria propter exteriores sensus, sed propter interiores: ita tamen, ut ista species sit obiectū, in quod terminatur actus interioris sensus, sicut in imaginem: & ita dicunt fieri in somnia. Percipientes enim illas imagines, putamus esse res ipsas, quarum sunt imagines. Haec est horum sententia.

3. Opin. ebris.

Tertia est communis omnium aliorum Philosophorum sententia, quod omnis sensus interior & exterior indiget specie, non ut ipsam percipiat, sed, ut per ipsam percipiat obiectum.

4. Opin. antiquorum Empedocle: & Aristot. 1. de Anima.

Prætermitto sententiam Empedoclis, & aliorum, qui animam ex omnibus componebant, ut omnia cognosceret: haec enim satis impugnata est ab Aristotele.

5. Opin. Platon.

Prætermitto etiam sententiam Platonis, quod à potentia procedit radius in obiectum: hoc enim est in visu tantum. Nos autem in universali loquimur, & supponimus etiam, à visu vel nihil tale egredi, vel non esse satis, quod per se faciat ad cognitionem. At de hac res superius obiter in fine quaestionis. 18. diximus, & disputationem ad

cap. 2. de Sensu, cum Arist. distallimus.

Circa huius ergo difficultatis dissolutionem, sit prima Conclusio. Nullus sensus, nec interior, nec exterior, potest obiectum suum exterius percipere, nisi recepta specie & qualitate aliqua ab eo. Haec probo argumentis sumptis ex rei natura, & etiam argumentis ductis ab experientia.

Primo. Vbi aliqua duo, inter quae est actio, sunt, quae indigent medio certo, & dispositione medi, ibi est aliqua actio transiens, & per medium, sed visus, & color, inter quae est operatio (videt enim visus colorem, indigent medio, aere, vel aqua, & etiam indigent dispositione, ut sit illuminatum, & non sit obstaculum: ergo ibi est aliqua actio media transiens, non potentia in obiectum: ergo erit obiectū in potentia, & sic per species erit visio, & per aliquam qualitatem per medium productam.

Discursus est notus cum minori. Probo maiorem: quia, secundum omnem Philosophiam, nullum agens indiget medio, nisi sit aliqua actio per ipsum, aliquidque in ipso recipiatur. Hoc idem, etiam dico de alijs obiectis.

Secundum argumentum, est ex modo sentiendi. Sensus in determinata distantia percipiunt obiecta, & non omnes in aequali, ut notum est: ergo aliqua interuenit in medio actio. Antecedens est notum: distantiores enim videmus colores, quam sonos audimus: nec in quacunque distantia videmus, aut sentimus. Sed probo consequentiam. Quia si medium nihil agit, nec recipit, sed sola praesentia sentiuntur obiecta: ergo longitudo medi nihil prorsus facit.

Idem dico de velocitate sentiendi. Nam eundem sonum citius prope, quam remote percipimus: ergo necessario aliqua est actio in medio. Sicut ignis calefaceret sua praesentia solum, utique à longè, & prope calefaceret, & aequè cale-

1. conclusio. Necessario indigent sensus tam exteriores, quam interiores specie ad sentiendum.

1. Ratio.

2. Ratio.

Confirmatur secunda ratio.

calefaceret: quod non sic fit, est, quia per medium agit. Idem ergo de obiectis in sensu.

3. Ratio.

Tertium argumentum, est ex indeterminatione potentiae. Potentiam in differentem impossibile est ad actum determinari aliquem, nisi ab aliquo determinetur: sed potentia sensus est indifferens, ut videat hoc, & non videat hoc item, ut videat hoc, vel illud: ergo debet determinari: non est aliud, nisi obiectum: ergo obiectum determinat. Sed impossibile est aliquid determinare aliud, nisi vel ipsum agat in potentiam, vel potentia in ipsum agat: sed potentia non potest agere in obiectum: ergo obiectum agat in potentiam: Sed obiectum seipso solo non potest determinare potentiam, cum sit extrinsecum: ergo illam determinabit per aliquid à se productum.

4. Ratio.

Quartum argumentum trahitur ab experientia, quae est dissolubilis de speculo. Videmus enim per specula res, quas aliàs non videremus, si essent post tergum: ergo necessario aliquod obiectum agit in speculum, & per speculum in potentiam quod sit necessarium ad videndum. Si enim nil agit in speculum, nec illic est illa actio transiens, quomodo per speculum videre res contingeret?

5. Ratio.

Quintum argumentum, ex sensatione interiore. Video hominem, quem non vidi, statim; oculo clauso, formam notitiam illius, quam ante primam visionem impossibile fuit habere: ergo aliquid recipio ab obiecto: si enim nihil reciperem, haberem me sicut ante visionem, nec possem formare notitiam.

Reijcit solutio.

Dicit Durandus, quod recipio imaginem rei, & hanc ipsam, tanquam obiectum, intueor: Sed, quod hoc sit verum signum, statim ostendamus. Non enim eam intueor, sed per illam, obiectum, ut postea constabit.

6. Ratio.

Sextum argumentum, est ab experientia etiam sumptum. Baculus enim rectus habens medietatem in aqua, apparet fractus: vel oculus est causa deceptionis huius, vel baculus, vel medietas. Non oculus, cum uniformiter se habeat, siue ille sit in aqua, siue in aere. Nec baculus, cum rectus sit: ergo medietas ipsum: ergo aliquid medium ab obiecto recipit: si enim per solam praesentiam fieret visio, nulla illic esset causa deceptionis.

Similiter, lapis in vase positus, quod oculus non pertingit ipsa recta visione, si aqua infundatur, videtur: ergo aliqua actio est in visum, qui aliter se habet, quam antea. Species enim diffunduntur & in superficie refranguntur, sicut lumen plures partes illuminat vasis aqua infusa.

Sunt praeterea aliae multae experientiae, quae salvari non possunt absque speciebus: nec propterea, quia non videntur, sensumque percipiuntur, ideo negari debent. Nec immerito Augusti. 11. de Trinitate. cap. 2. dixit, ingenijs rudioribus difficilis videri.

Secunda Conclusio. Species haec non sunt ipsa obiecta cognita. Explico. Species coloris, non est id, quod videmus: nec species soni, quod sentimus: nec species odoris, quod gustamus: nec similitur species est, id, quod sensus interior cognoscit. In quo (pace ipsius) erravit Durand. & hoc probabitur inferius, quando declaraverimus species non esse imagines rerum formalis. Et in hoc etiam peccat argumentum Galeni, ut dicemus.

Tertia Conclusio. Species se tenet tum ex parte potentiae, tum ex parte obiecti, sed diversa ratione. Explico. Ex parte quidem potentiae, ut ceterae dispositiones ipsius ipsam determinantes ad sentiendum, & percipiendum obiecta, suntque quodammodo sicut habitus Intellectus determinans, & inclinans ad assensum. Ex parte autem obiecti, quatenus per illas obiectum

experientia, tunc va-

2

2. conclusio.

Species haec non sunt ipsa obiecta cognita.

Explicatur conclusio.

3. conclusio. Species se tenet tum

ex parte potentiae, tum ex parte obiecti, sed diversa ratione.

Explicatur conclusio.

Explicatur conclusio.

monet

mouet potentiam ad se sentiendum, & per illas se representat, & obicit potentiam: imò etiam sic obicit in instrumentaliter concurrat ad ipsam sensationem, licet non effectiue, producendo sensationem: nò enim species sunt principia effectiua sensationis, sed potentia: nec ipsarum potentia sensatio est, vt an. eà ostendimus. Nam sentire actus est, & actio solius potentie immediatè operantis actiue.

hoc obicitur, ratio valida. Maneat illa pars in oculo meo, & cooperiatur aliquo obstaculo obiecti illius pars: tunc recipiant partem speciei, & non videbo obiectum totum: ergo non sufficit pars.

Hoc argumento aliqui vt solent ad impugnandas species: cum enim non sint diuisibiles, vt probatum est, nec in diuisibiles, vt notum est, & mox probabitur, sequetur eas non esse.

Secundum argumentum est. Si species sunt diuisibiles: ergo occupat spatium aliquod: ergo multe simul in parua pupilla esse non possunt: non ergo tantam rerum multitudinem simul videremus: cuius oppositum experientia confirmat.

Quòd si dicas, simul recipi in vna parte pupillae, sicut albedo, & dulcedo in vna parte lactis suat? Còtra est, quòd tam oculus nò perciperet diuersos obiectorum sensus: quòd tñ est falsum.

Tertium argumentum. Si species diuisibiles sunt: ergo sunt accidentia materialia: quòd si materialia: ergo educte ex potentia materiae, quòd si educte, tunc non producentur in instanti: quòd tamen falsum videtur: nam instantaneò oculus videt, & sensus sentit.

Quartum est. Quia duo contraria simul sentiuntur, vt albedo, & nigredo: ergo non per diuisibiles species. Probatur consequentia, Nam tunc operaretur in vna subiecti & organi parte recipi. Hoc autem fieri non potest: quia còtraria simul esse non possunt: ergo nec contrariorum species. His argumentis patet, species non esse diuisibiles.

Quae autem sunt dicta de visu, & ipsius speciebus, dici etiam possunt de alijs sensibus: sed claritatis gratia de visu & colore loquimur.

Circa huius questionis determinationem, quae valde grauis est, sit prima Conclusio Species, qualitas est diuisibilis, & extensa in subiecto.

Hac

Nota.

2. argu.

Confirmatur secundum argumentum.

3. argu.

4. argu.

1. conclusio. spēs qualitas est diuisibilis & extensa.

Declaratur conclusio.

Hac conclusio declaratur. Nec existimes species esse corpuscula aliqua per aerem diffusa, nec accidentia esse plura indiuisibilia, sicut pūcta, nec esse multa distincta, sicut multa accidentia, in vno subiecto: sed sicut calor vno productus ab igne est per mediū sparsum, & productus: & sicut lumen vnum, est à Sole, vel alio luminoso per mediū productum: Ita color diffundit virtutem hanc suam per mediū ipsum, quae dicitur species, & est, vt lumen à luce productum, similiter & alia obiecta.

Nota. Vnde, plura obiecta suas diffunderespecies, nò est aliud, quàm sicut plures lucernae: sua lumina per mediū diffundunt: ita ipsa obiecta ratione formarum in mediū accidentia producere.

1. Pars conclusio nis, quae spēs sit qualitas. 1. Ratio. Conclusio continet duas partes. Altera est, quòd species sit qualitas. Altera, quòd sit extensa. Prior pars probatur: quia si esset substantia, esset corpus: nò enim spiritualis produci posset à colore vel accidenti sensibili. Si corpus, nò posset recipi in organo, nec in medio: quia esset penetratio, attamen recipitur: erit ergo accidens. Nò quantitas, quia etiam esset penetratio: erit ergo qualitas. Ad alia enim non est actio per se. Relatio enim non producit per se, nec actio, nec passio, nec alia, vt notum est.

2. Pars conclusio nis, quae sit extensa, & diuisibilis. Altera etiam pars probatur, quòd sit extensa. Omne accidens receptum in subiecto quanto, est extensum subiecti extensione: species recipitur in subiecto quanto, puta, organo, & aere medio, vel aqua: ergo est extensa.

Præterea secundo. A qualitate corporea & extensa non potest produci qualitas incorporea, & spiritualis, sicut nec à substantia corporea & spiritualis: quia nil agit, nisi intra latitudinē suae perfectionis, & sui generis, & quatenus tale.

3. Ratio. Tertia sit ratio: quia aliàs, si esset in

diuisibilis, & inextensa, non posset reflecti, nec refrangi, nec etiam misceri, quod tamen videmus in speculo, & in aqua, & in vitro, & in nubibus.

Quarta sit ratio: quia aliàs oporteret dicere, quòd esset tota species rei in toto aere medio, & tota in quouis parte medij, imò & in quouis puncto: sicut anima rationalis in corpore: quòd videtur absurdum de materiali accidente cedere ex causis naturalibus facto. At hoc sequeretur: quia ex quouis parte medij, & quouis eius puncto, videtur obiectum idem.

Quinta ratio est: quia sequeretur, quòd eadem numero res, esset in duobus locis, & duobus subiectis omnino discontinuis, imò in pluribus locis discontinuis, vt eadē species in aere, in aqua, & in oculo, imò in meo oculo, & alterius, & omnium: quod asserere, est ridiculum.

Sexto: quia sequeretur, quòd essent infinitae species actu, numero differentes, & quidē vniuscuiusque rei. Quòd sic probatur: quia si media pars, v.g. obiecti operatur, producit illa media pars sola suam speciem, etiam indiuisibilem, quae non erit totius: quia hæc non representabit totum, sed illam solum medietatem: sic etiam, si adhuc quarta pars sola discooperta relinquitur, & quinta, & sexta, &c. proprias & indiuisibiles produceret species. Quare, cum omnes discooperte sint, tot essent species indiuisibiles actu, quot sunt partes in potentia, & ita infinite.

Confirmatur: quia perinde est, quòd cooperiatur obiectum per partes: vel, quòd oculo impedimentum videndi manu superposita, vel alio obstaculo apponatur: nam tunc non videbit, nisi partem hanc, vel illam: quare non solum totū, sed singulae partes proprias emitterent indiuisibiles species, & ita essent infinitae.

Secunda Conclusio. Species habet esse intentionale in medio, & in organo. Pro

No. Aristoteli monia speciebus.

In hac Conclusionem non immoror: quia late est disputata, superius. q. 12. Et sufficiat nunc ostendisse, esse spēs. Aduerte autem, quòd non licet dubitare in hoc de Aristotelis sententia, qui palam fatetur has, in presenti capite, & superius, cap. 5. vbi potentias sensitivas passiuas ponit, reducitque ad actum ab obiectis. Et capite de tactu, dicit, quòd obiectum agit in medium, & medium in potentiam proximè.

An species sint diuisibiles? vbi de eorum natura agitur. Quest. XXXIII.

In hac questione, de natura specierum disputandum est. Est autem titulus primus questionis, de earum diuisibilitate: an diuisibiles, & extensa sint, an vero indiuisibiles, & extensione carentes? Videntur autem in diuisibiles esse, estque primum argumentum forte. Si species, v.g. motus diuisibilis est, vel tota recipitur in oculo, vt videatur mons, vel aliqua eius particula: sed vtrunque esse non potest: non ergo est diuisibilis, discursus est notus cum maiori. Probo minorem: & primò, tota recipi nò potest, cum oculus sit paruus: & hoc manifestum est. Probo tamen, quòd nec pars: si sola pars speciei recipitur: ergo non videtur totus mons, & totum obiectum, sed vna sola pars: at totum obiectum videtur: ergo non sufficit pars.

Dices, late esse partē speciei ad percipiendum totum obiectum? Contra

1. Argu. quod sunt in diuisibiles spēs.

Confirmatur argumentum.

4. Ratio.

5. Ratio.

6. Ratio.

Confirmatur ratio.

1. conclusio. Species no. Pro

habet esse intentionale in medio, & in organo. Explicatur conclusio distincte triplicis intentionalis esse.

1. Pro sensu Conclusionis notandum quod esse intentionale tripliciter sumitur. Vno modo, ut distinguitur contra esse reale, & sic logica proprietates quæ non sunt in rebus, nisi sola Intellectus consideratione, dicitur habere esse intentionale: & sic species non dicitur habere esse intentionale, sed reale: enim qualitas quadam in subiecto existens, ut diximus in precedenti Conclusionem.

2. Altero modo, dicitur esse intentionale, esse quoddam imperfectum, & degenerans à sua causa. Et ut exemplum quoddam, licet non omnino verum. Lumen videtur habere esse quoddam intentionale, respectu lucis: quia lumen est lux quædam imperfecta, quæ nullo modo in medio consistit, nisi luminoso presentis: & sic non est eodem modo in medio, sicut est in luminoso. Ita sumimus intentionale accidens: hoc super addendo, quod sit diuersum specie ab ipsa causa, sicut quidam dicunt de lumine: ponunt enim ipsum à luce differre specie. Sic ergo dicimus species habere esse intentionale, quia species coloris non est verè color, sed qualitas imperfecta, quæ solum in medio est, & organo, præsentem obiecto. Idem dico de alijs speciebus aliorum.

3. Tertio modo, accipitur esse intentionale, & proprie dicuntur intentionales species, & accidens intentionale, duplici de causa. Primò, quia sunt immaterialiores, quam ipsum obiectum reale, unde prodeunt, ut species coloris, quæ color: & causa est, quia recipiuntur subiecto diaphano & illuminato, vel in sensu. Deinde intentionales dicuntur, quia immutant intentionem sensuum & mouent sensus ad intendendum rebus, & sensandum & intelligendum, & ad hoc à natura factæ sunt.

Et iuxta hoc intelliges Aristoteli. cum ait, sensus recipere formas sine materia. Non est enim recipere & pati à formis solis: nam lignum recipit in se ca-

lorem ab igne, non autem ipsum ignem sed est recipere formas aliter, quam sint in materia, & in dispositione subiecti, in quo erant.

Hac declaratione supposita, probatur Conclusio. Primò. Qualitates secundæ non sunt mutuo actiue & passiuæ secundum se: ergo non possunt sibi similes producere: ergo solum producant qualitates in esse intentionali. At obiecta sensuum ferè qualitates secundæ sunt: ergo &c. Probo primò antecedens quia albu per albedinem non agit in nigru, nec nigru per nigredinè in album, sed cum aliquid de albanus, tunc substantia cum albedine aplicamus, & si istæ qualitates actiue primò esset, utiq; sibi similes producerent: si verò non sunt non producerent sibi in specie similes.

Probatur secundò. Si species haberet esse reale, quale dictum est tunc species albedinis, esset albedo, & nigredinis, nigredo, & odoris, odor, ut notum est. Hoc autè esse non potest: quia subiectum, puta, aer vel aqua, cum sit simplex elementum, non est capax qualitatum secundarum: ergo species non habent esse reale.

Probatur tertio. Quia si habent esse reale, tunc species contrariorum essent contrariæ: sed hoc esse non potest cum in eodem organo & subiecto adæquato simul sint, & in medio: non ergo habent esse, nisi intentionale.

Tertia Conclusio. Species non est similitudo formalis subiecti: ita, ut sit ipsa obiectum & idolum quoddam & tantquam imago, quæ videtur, vel sentitur. Hæc est contra Durandum & contra alios: sed profectò est satis manifesta.

Probatur primò. Quia si esset imago, ita, ut dicitur Durandus, quod ipsa est obiectum sensus interioris, profectò non imaginaremur res, nec apparent in sonis, nisi sub quantitate speciei, quæ parua est: cuius oppositum experimur.

Et denique est argumentum vniuersale. Quia accidens homogeneum & simi-

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

3. Cõcl.

1. Ratio.

2. Ratio.

& simi

& simile non potest esse idolum subiecti heterogenei, nec res tam magna potest habere imaginem tam paruam imò essent multæ imagines ab vno, in medio, ut quisque oculus & sensus multorum recipiat suam: quæ omnia fragmenta apparent.

Probatur tertio. Si spes esset idola, esset ob experientias aliquot, scilicet de speculo, & de fenestris vitreis apparentibus in muro iuxta radios Solis.

Putant enim aliqui, quod res visæ in speculo, est ipsa species, & imago rei: quæ recepta in speculo, videatur per alias species.

Sed profectò hoc est omnino falsum & probatur primò. Si quod videtur in speculo, esset imago, & species recepta in ipso: sequeretur, quod non apparet res maior speculo: quia species in illo recepta, non debet esse maior: at oppositum fit. In speculo enim paruo, grandia corpora videntur.

Probatur secundò. Si quod videtur est imago impressa, sequitur quod res videtur in sola superficie speculi, vbi est: at apparent res in profundo, & ad distantiam intra speculum: ergo quod videtur, non est imago recepta, & hærens in superficie speculi.

Præterea tertio. Si, quod videtur, esset species in speculo recepta: sequeretur, quod ex quacunque parte videtur speculum, posset videri ea imago, sicut in tabula depicta, cum in eo cepta sit, & impressa: sed illud est falsum, non enim videtur res statim, viso speculo, nisi oculus sit rectus puncto reflexionis rei visæ supra speculum: non ergo species impressa, est, quæ videtur. Multis alijs posset impugnari hæc opinio, quæ prætermitto.

De vitrea autem fenestra, putare illos ipsos colores, qui videntur, esse species, est omnino falsum, Species enim, ut diximus, non sunt colores, nec sapores, nec sunt per se sensibiles.

Multò igitur aliter de his experien-

tis apparentibus sentire oportet, & Redditi longè alia est reddenda causa. vera cã

Nota igitur primò, quod hæc est natura visionis, ut fiat in perfecta rectitudine oculi & pupillæ ad rem visam, ita ut sit in quo res videtur, ad pupillæ centrum duci possit linea recta, & radius directissimus: ex hac visionis natura, multa accidunt notata digna.

Aduerte tamen, quod species rei visibilis non obseruant tantam rectitudinem ab obiecto vsque ad potentiam: cum enim extensa sint per medium, aliando in oculum impinguntur, & non ab obiecto omnino, & secudum axem opposito pupillæ.

Ex hoc vtroque principio accidit error in suo obiecti visi: & hoc tripliciter. Primò, quando obiectum mittit species per se in visum, tamen visus non habet rectum suum axem ad illud situm, & tunc apparet res extra locum ut quando comprimimus digito oculum extra proprium locum eleuantes, tunc alibi apparet obiectum, quæ sit: & quia alius oculus idem obiectum in proprio videt situ, inde habenti duos oculos, vnum tunc apparet duo, ut antea etiã diximus. Oculus enim eleuatus respicit obiectum in situ, cui rectè opponitur.

Secundò, accidit error situs, in refractione, quando obiectum mittit species, non à situ, in quo ipsum est, sed ab alio & tunc in illo videtur. Et hoc accidit in baculo, cuius medietas est in aqua. Illa enim pars in aqua posita, per aquam prius species expandit, & illinc rectè ad oculum veniunt. Vnde apparet medietas in illo situ, vbi species immutat oculum rectè, propterea apparet fractus. Eadem causa corpus in aqua apparet in alio situ, quam sit.

Tertio, accidit hoc in reflexione, quando obiectum mittit rectè species quæ, occurrent obiectulo, in alium situm & spatium multiplicat oppositum & tunc res apparet in illa rectitudine in qua species reflectitur: & hoc acci-

Ex di-
ctis red-
ditur cã
triplicis
qui acci-
dit, erro-
ris in si-
tu obiecti
visi.
1. Error
ex potè-
tiæ pas-
sione nõ
recta.

2. Error
ex refra-
ctiõne spe-
cierum.

3. Error
ex reflexi-
õne spe-
cierum.

dit in

3. Ratio
eaq;
multi-
plex ex
quibus-
dam ex-
perientijs
& appa-
rentijs.
Probatur
quod in
q; appa-
ret in
speculo
non fit i-
mago in
ea im-
pressa.

1.
2.
3.

Quarto
de appa-
rentia in
vitrea fe-
nestra.

dit in speculo. A speculo enim reflectitur species, sicut reflectitur radius luminis in pariete: & à speculo reflexa species in oculum, faciunt apparere rem in alio situ, puta in eo, qui rectus est oculo.

obiectio de speculo. Solutio.

Dices: Hoc modo deberet apparere res in superficie speculi, unde reflectitur species? Respondeo, quod per speciem non solum videmus rem, sed rem simul cum distantia, & ipsa species representat rem ad tantam distantiam, ad quam ipsa est producta. Unde illa species rem exa video rem cum sua distantia: sed quia visio fit rectè: idè ex distantia obiecti à speculo, & speculi ab oculo, per quas distantias procedit species, fit vna recta, & tota oculo representatur, & sic apparet in profunditate speculi, ac si ultra speculum esset res, & recta videretur.

Nota.

Vtèrius notandum, quod speculum quantum est minus tersum, & purum, tantò debilius species multiplicat, quibus minus rei distàtiam percipimus: & sic minus apparent res in profundo speculi, quantum ab ipso distant. Unde si speculum anhelitu macules, ferè in superficie rem representabit.

Reddit causa de apparetia colorum ex fenestra vitrea.

Ex hoc patet solutio, de vitrea fenestra: ratione enim luminis transeuntis per fenestram vitream, & disponètis medium, species colorum fortificatur & multiplicantur, ac in muro refranguntur, seu reflectuntur in oculum, faciuntque apparere illos colores illic, sicut in speculo, non est ergo aliud, quod illic videmus, nisi eandem fenestram cum suis coloribus alio in situ apparentem, sicut de speculo.

Nota.

Non tamen in profundo apparet: propterea, quod paries minus est tersus, & coloratus, ac species debilius reflectuntur, & est sicut speculum maculatum. Et hæc omnia profectò sunt notatu digna.

4. conclusio.

Quarta Conclusio. Qualibet speciei parte recepta in oculo, & actionem to-

tius terminante, totum videtur obiectum.

Hæc Conclusio declaranda est. Aduerte igitur, quod cum aliquod agens agit per aliquod spatium, non est dare in illo spatio aliquam partem, in quam totum non agat. V. G. ignis agit per stadium vnum, non dices: in hanc partem agit hæc pars ignis & in aliam alia: sed totus ille ignis agit in totum, & in singulas partes. Similiter cum vna lucerna illuminat medium, non dicit Philosophus: hanc partem illuminat hæc pars, illam verò illa: sed quamlibet partem tota illuminat lucerna.

Ex hoc dimanauit illa propositio perspectiua: In qualibet parte spatij obiecti luminosum terminat suam pyramidem. Hoc intellige, quando non est aliquod impedimentum prohibens actionem partis. Si enim sit aperta pars luminosa, vel aliquod obstaculum ante ignis partem, tunc illa pars non agit in spatium aliarum: sed intellige, nullo existente impedimento, quod minus possit agere. Quod de his diximus, etiam intellige de specie producta ab obiecto. v. g. colore: cum enim ipsa sit species diffusa, sicut lumen, qualibet pars producitur à toto obiecto, ad quod rectè, & absque impedimento opponitur.

Aduerte modò, quod per quamlibet partem huius specie diffusè receptam in oculo, totum id videtur à quo producitur (producitur autem ab eo, cui rectè, & absque impedimento opponitur, ab eoque dependet.) Et hæc est causa quare Philosophi dicunt, species in plurali, licet enim vna existens sit, tamen quamlibet pars, quæ actionem totius terminare potest, sufficit, vt per eam sensatio totius fiat. Dicunt etiã, species multiplicari, cum vna et vna sit: quia quamlibet pars totum facit cognoscere: totum, inquam, à quo dependet, & à quo producta est, & quod oculo opponitur rectè: ob id dicitur, multas species vnius diffundi per medium. Istæ

1. Fida. Quo conclusi. explicat, & probatur.

Not. per spectuorum propositio-nem.

Not. val de d modo, quo spes mouet oculum & representant.

Nota. 2

Nota. 3.

Nota.

autem

autem locutiones multas fecerunt halucinari. Ex his patet sensus conclusio-nis quartæ. Et hoc est multum obseruandum.

Ad. 1. argu. in titio quæstionis factum.

Per quæ patet solutio argumenti primi. Sufficit enim species pars in oculo ad videndum totum, dummodo à toto dependeat, & ab actione totius proueniat. Estque omnino simile de lumine corporis luminosi, nam lumen est extensum, & tamen per singulas eius partes ad oculum peruenientes, dummodo producatur à toto, totum luminosum corpus videtur: sicut per speciem partem quantumque producta in oculo à toto, videtur totum obiectum. Nec maior est difficultas, si quis rectè consideret, de lumine, per quod videmus corpus lucidum, & speciebus, per quas videmus coloratum corpus. Quod si pars obiecti occultatur, tunc ab illa iam non procedet species in oculo producta, nec ab ea producitur, nec ab ea conseruabitur. Sicut, si pars Solis eclipsetur, non dicitur Sol illuminare per illam partem, per quam primò illuminabat, sed per alias.

Ad secundum dico: quod, quantum species in eadem oculi parte subiectetur, seruant tamen diuersam oppositionem ad obiecta, à quibus procedunt: & per hoc oculus res cognoscit in sibus diuersis. Idem dico de alijs sensibus, quantum ad omnia prædicta.

Ad tertium dico: verum esse educi ex potentia subiecti tam species, quam lumen: aliter enim crearentur. Quantum posset probabiliter dici, quod inducatur in subiecto, & ab eo pendat, & inhercat, & idè non dicuntur creari. Nec oes in instanti producuntur, sed species coloris in instanti, sicut lumen, quia sine resistentia producuntur species soni in tempore tardius, vel citius, prout aer minus, aut magis quietus est, & maior, vel minor sonus. Species odoris tardius: non enim omnia obiecta sunt in productione æqualia.

Ad quartum dico: species ipsas non esse se contrarias inter se: vt enim diximus, non habeat idè esse cum suis obiectis. Hæc de tota hæc verèbri disputatione specierum & de toto. 2. libro sufficiant.

Finis Secundi Libri.

IN TERTIVM LIBRVM ARISTOT. DE ANIMA.

CAPVT PRIMVM.

Quod autè non fit sensus alius. Tex. CXXVIII.

Cur ab hoc loco potius cum Græcis inchoadus sit Tertius lib.



N huius libri sectione, varij sunt Arabes à Græcis interpretibus. Illi in initio à capite sequenti quarto sumunt, in quo de Intellectu disputare incipit Arist. huius vero à presenti capite. Et quantum pars hoc referat ad rei veritatem con-

sequendam, mihi tamè rationabilis esse visum est, Græcos authores sequi: quippe qui in his, quæ ad verba Aristotelis pertinent, maiore dignitate sunt auctoritate, & propter linguæ peritiam, & propter antiquitatem, quos etiam sequuntur Boetius, & Argiropilus, & inter ipsos expostores S. Thomas.

R In hoc

Diuisio In hoc ergo libro tria continentur. huiuslibri in tres partes. Primo de interioribus sensibus disputatur, quos aliqui ab intellectu non distinguiebant. Secundò de ipsa potètia intellectiua. Tertio de motiui principio animalium.

Præambulum Ante omnia ista, vnum præmittit, quod ad sensus exteriores magis pertinet videtur: sed id docet tanquam præambulum quoddam ad sensus interiores. Id autem est, non esse plures sensus exteriores, quam quinque prædictos. Probatio huius est valde difficilis & pleriq; variè Aristotelem exponit. Ego autem dicam, quod mihi visum est magis quadrare textui Aristotelico.

Ratio potest esse duplex. Prima procedit ex duobus suppositis, positus in text. 32. Alteru est, non esse nisi quatuor illas primas qualitates tangibiles. Alteru est, non esse nisi quatuor elementa, quæ communiter omnes ponunt.

Ratio. His suppositis, est prima ratio eiusmodi. Si alius esset sensus præter quinque positos, vel esset eiusdem rationis cum illis, vt si esset alius visus, alius auditus, vel alius similis reliquis, vel alterius rationis. Sed neuter esse potest: ergo non est alius præter quinque, quos habemus. Discursus est notus cum materi.

Probatio minoris & in hoc textu vnam minoris partem probat, scilicet, quod non sit alius eiusdem rationis, & virtute continet hæc ratione. Si alius esset eiusdem rationis, esset, quia horam singula non percipiunt omnia sua objecta: aliter enim esset superfluus, si idem duplici sensu perciperemus: sed quisque ex istis omnia sua percipit objecta: ergo non est alius, eiusdem rationis.

Huius discursus ponit probationem minoris ex primo supposito. Tactus percipit omnia tangibilia, vt notum est: ergo & visus omnia visibilia, & reliqua sua omnia. Colligit ex his omnibus, quod non est alius sensus, & est

alius præter hos, quos habemus, quod erit diuersæ rationis, ac consequenter habebit aliud sensorium, quod nos non habemus. Et istud debet legi in littera in sensu illatiuo.

Et nota summam breuitatem & connexionem verborum.

Est autem aduertendum, quod cum dicitur, sensum percipere omnia sua sensibilia, vt visum visibilia, & reliqua etiam sua, est intelligendum quantum est ex natura potentia: nam aliquando oculus debilis est, nec omnes potest percipere colores, similiter de alijs.

Et quæcumque quidem ipsi tangentes.

Text. CXXXIX.

Probat alteram minoris partem, quod non deficiat sensus altioris rationis: & si verum sensum sequamur Aristotel. non hic oportet incipere text. sed ex superioribus verbis. (Necesseque (qua non erunt contraria præcedentium in sensu illatiuo, sed initium rationis, & probatione secundæ partis minoris, quæ talis erit. Si sensus alius esset alterius rationis, esset etiam aliud sensorium præter ista, quæ habemus, sed nullu est aliud sensorium: ergo nec est alius sensus alterius rationis.

Huius rationis non exprimit, nisi maiorem in fine textus præcedentis, in præsentem minorem probat, & supponit alium virtuale syllogismum talem. Si aliud sensorium, deest, deest aliud medium: sed non deest aliud medium, ergo nec sensorium.

Huius discursus probat in hoc textu maiorem, in sequenti minore. Probatione maioris, sumit, medium aut esse internum, aut externum, aerem puta, vel aquam. Facit ergo rationem hanc.

Quinque sensus sentiunt, quæ sensibilia sunt omnia per ista media: ergo si est alius sensus, aliud erit medium: quæ enim accipi, vel sentiuntur per media prædicta, iam sensata sunt per quinque sensus. Incipit probare antecedens.

Nota. r.

Nota. 2.

Probat aliam partem minoris syllogismi scilicet, quod non deficiat sensus altioris rationis ex eo, quod non est aliud sensorium.

Nota. 1.

Suppositio.

Quod non sit aliud sensorium aliud.

cedens. Omnia, quæ tangentes sentiuntur, id est, omnia tangibilia per internum medium, iam sentiuntur per tactum, quem habemus: non enim alia sentiuntur per medium internum nisi tangibilia: quæ tamen omnia per tactum sensata sunt, (simul autem tactum & gustum comprehendit:) ergo iam sentiuntur per tactum omnia, quæ per medium internum sentiuntur possunt. De sensibus alijs per medium externum sententibus probat, quod etiam sentiant omnia, quæ per illa media sentiuntur possunt.

Not. circa literę textus expositiua.

Et hoc est quod dicitur (Quæcumque verò per media, & non ipsi tangentes scilicet per media externa sentimus, simplicibus illis corporibus, id est, aere & aqua sentiuntur,) id est, alij sensus sentiunt omnia, quæ sentire possunt per media externa, scilicet, aerem & aquam. Idque ostendit dicens: quod si per vnum medium sentiuntur plura, quæ genere differunt, tunc habens sensorium conforme illi in medio, sentit omnia sensibilia per ipsum medium: quod si vnum potest senti per duo media, vt, color per aerem vel aquam tunc habens sensorium vni illorum saltem conforme, sentit illud sensibile.

Nota. 2.

Circa cuius declarationem aduertente, quod medium habet aliquam convenientiam cum sensorio, cuius est medium. Et omnia, quæ recipiuntur in medio, ratione illius, in quo conuenit cum organo, percipi possunt à potentia existenti in organo illo. Verbi gratia, aer, & aqua ratione diaphaneitatis cum organo visus conueniant omnia ergo receptibilia in aqua, vel aer, ratione diaphaneitatis à visu percipiuntur.

Quod non aut aliud media, aer, & aqua, cum tribus sensibus, visu, olfactu, & auditu, conueniant, in omni eo, ratione cuius recipere possunt cum ipsis tribus sensibus: explicat & inde sequitur, quod illi tres perci-

piunt omnia, quæ talibus medijs percipi possunt. Nam ista media, aut recipiunt ratione diaphaneitatis, & sic visus conueniunt, visusque omnibus hæc percipiet, quæ sub ratione diaphaneitatis sunt in ipsis medijs. Aut recipiunt ratione humiditatis, & sic olfactu conueniunt, qui in humido consistit, vt superius dicebamus: percipietque ea, quæ ratione huius humiditatis in medio recipiuntur, scilicet, odores. Aut recipiunt ratione mobilitatis & fluxibilitatis, & sic cum auditu conueniunt, recipiuntque sonos. Cum igitur nihil aliud sit in his medijs, ratione cuius recipiant, nisi ista tria, & quæ horum ratione percipiunt, tres illi sensus percipiunt: sequitur, vt si alius sensus sit, debeat esse aliud medium, habens aliam rationem recipiendi.

Ex simplicibus autem duobus

Text. CXXX.

Probat minorẽ syllogismi, scilicet, quod nullum aliud sit mediũ, præter dicta: & de intrinseco certum est, de intrinseco verò ostendit, supposito illo secundo, scilicet tantum esse quatuor elementa. Et vis rationis in hoc consistit, quod id est medium, cui organum proportionatur. Vnde si elementum aliquod non potest esse dominans in organo, non poterit esse illius medium. Est igitur ratio hæc:

Solũ aqua vel aer potest prædominari in sensorijs, in pupilla aqua, in auditu aer, ratione aeris innati in afflatu aer, vel aqua, ratione humiditatis: ergo solũ ista possunt esse media. Ignis enim non potest dominari, quia calor sit maximè actiuus, impediret susceptionem specierum in organo: vnde calor non est in sensorijs, nisi debilis, & in missione cum alijs, non euita alijs esset sine missione, sed non est in excessu. Tertia, etiam non dominatur ratione suæ densitatis magnæ, & siccitatis, quod non est apta recipere: vnde

si dominatur in aliquo, id est, tantum in tactu & eius medio, non autem in alijs, & sic non potest esse medium eternum. Cum igitur non sit aliud simplex, non erit aliud medium.

Obiectio nis diso latio.
Dices: Erit aliud, videlicet mixtum? Respondeo, quod si est mixtum, debet dominari aliquod elementum horum, puta aqua, aer, vel aliud, est autem iam eadem ratio de tali mixto, ac elemento, illud enim mixtum non erit medium, in quo dominatur elementum, quod non potest esse medium.

*Hoc autem, & nunc quaedam.
Text. CXXXI.*

Quod non sint plures quae quae sensus, quia anima lia hos & non plures habent.
Rursus concludit, non esse alios sensus praeter dictos quinque: quia cum isti modo insint quibusdam, scilicet perfectis animalibus, nullus deest in natura sensus exterior. Explicat autem, animalia habentia omnes sensus esse perfecti, & non orbata, & defectuosa: non enim omnia habent quinque sensus.

Obiectio Aristor. Solutio.
Posset obijci, talpa esse animal perfectum, non tamen habere omnes sensus: caret enim visu. Respondet non carere, reuera organum enim habet: quibus sub pelle latens.

Ancreses fingit hoc esse nouum argumentum tale: quod si deus esset nobis sensus, saltem natura dedisset organum: si cut fecit in talpa: est enim visu priuatus, sed non organo. Ista expositio est nimis extra rem.

Nota de talpa an videat.
De talpa Themist. in presenti putat non videre, Itē Plinius, lib. 30. cap. 3. dicit, Naturam duo mala fecisse talpa, & quod perpetuis damnauit tenebris, & quivium sepeliuit. At Albert. lib. 22. de animalibus, cap. de talpa, dicit, quod videt lucem in confuso, quod possit discernere se extra terram. Mihi enim placet, quod hic dicit Simpli. erat animal sub terra multum viuens, ne puluere eius offenderetur oculi, natura illos cooperuit tunica quadam,

quae est velut ocularia viatorum, per quae absque offensione videt. Id est argumentum, quod illa tunica est transparent, quia per ipsam apparent oculi talpa motum quendam habere: videt ergo, & hoc mihi probabilius visum est. Posset etiam alia ratio reddi, cur natura oculos eius sic operuerit, ne videlicet, cum ex tenebris sub terra egrederetur, offenderentur eius oculi lucis splendore, atque, ideo posuit tegumentum, quo oculi illi seruarentur, & tamen fecit tale tegumentum transparent, quantum esset satis ut videret.

Quare si non est aliud. Text. CXXXII.

Totus Aristor. discursus quo probat quinque sensus, summatim recensetur.
Concludit primum discursum ponendo duas suppositiones praedictas, scilicet tantum esse quatuor qualitates primas tangibiles, & tantum esse quatuor elementa. Ex his concluditur non esse plures, quam quinque praedictos, sensus. Est igitur totus discursus Aristotelis iste. Si deest sensus alius praeter hos, vel est eiusdem rationis cum ipsis, vel alterius: sed neuter esse alius potest: ergo nullus deest. Minor pro priorē parte probatur secundo syllogismo. Si eiusdem rationis alius deesset, ex eo esset, quod horum singuli non perciperent omnia sua sensibilia: sed quisque sua omnia percipit: ergo nullus est alius eiusdem rationis.

Minorē probat tertio discursu, & solus iste exprimitur in litera, non totus, sed antecedens sic. Tactus percipit omnia tangibilia, ut ex prima suppositione patet: ergo & visus omnia visibilia, & quisque alius omnia sua.

Alterā pars minoris, quod non sit alius diuersae rationis, probat alijs suppositis discursibus. Primus est: Si esset alius alterius rationis, esset aliud sensorium: sed nullum aliud est: ergo non est alius alterius rationis. Minorē probat. Si aliud esset sensorium, aliud esset medium: sed nullum est aliud medium: ergo

ergo nullum est aliud sensorium: nec esse potest. Probat maiorem. Omnia quae per media, quae modò sunt, sentiari possunt, sentiuntur iam à quinque sensibus: si quid ergo sentiari debet, per aliud medium sentiari debet. Probat illa maiorem, quod nullum aliud esse possit, ex secunda suppositione, quod quatuor sint elementa, & quod quatuor sint qualitates: quia illud elementum est medium, quod in organo dominatur: sed solum aqua, & aer sunt huiusmodi: ergo solum haec sunt media externa. De interno certum est, carnem solum esse: cetera sunt declarata. Et nota hanc expositionem: multi enim conati sunt hunc locum difficilimum explicare, & quantum putò, non sunt plene mentem Aristot. assecuti.

At vero neque comminim.

Text. CXXXIII.

Alterā ratio ad ostendendum quinque sensus.
Secunda est ratio Arist. ad ostendendum, tantum esse quinque sensus: & potest sic componi. Si alius esset sensus, maxime esset ad percipienda sensibilia communia, quae sunt, motus, status, figura, magnitudo, numerus, vnū, ut superius declaratum est: sed ista non possunt villo proprio sentiari sensu: ergo non erit alius praeter quinque.

Probat maiorem: & potest ratio conserui in sequenda figura sic: Nullum sensibile proprium alicuius sensus potest sentiari per se ab alio sensu, puta, inter sensus exteriores: sed omne sensibile commune per se sentiatur ab alijs sensibus: ergo nullum sensibile commune potest esse proprium alicuius. Minorē ostendit: quia sensibilia communia agunt in alios sensus quinque, ergo per se sentiuntur ab eis. Id enim per se sentiatur, quod potest immutari. Et hoc est, quod dicit, ista communia, motu sentiari, id est, immutando potentiam.

Nota.
Quod autem in potentias agant ostendit in singulis. Magnitudo enim agit in visum, & consequenter figura, quae

est illi cognata: est enim figura terminus magnitudinis. Quiescens, percipitur negatione motus, id est, per cōsistentiam in situ, Numerus autem negatione continui percipitur, vel cum proprijs sensibilibus. Quasi dicat: Sensus non percipiunt numerum abstractum sed cōcretum in proprijs sensibilibus: numerus autem percipitur, non vt mensura, sed vt multitudo, & discontinuum quid, sicut, Vnum, opposito modo, id est, continuum percipitur à singulis sensibus. Omnia haec latè explicuimus lib. 2. cap. 6.

*Quare manifestum est, quod impossibile.
Text. CXXXIII.*

Alia ratione idem probat, quae ferè ad idem tendit, sed alio modo.
Si sensibile commune ab aliquo vno alio per se sentiatur, ab alijs vtique sentiatur per accidens: at omnes alij sentiunt ipsum per se: ergo non habet sensum proprium aliū. Maior patet: quia sensibile vnus sensus proprium, sentiatur per accidens ab alio, vt dulce à visu, non quod dulce mutet villo modo visum, sed quia coniungitur cum albo, vel alio colore: qui per se mutat visum quod si non sentiatur hoc modo per accidens sensibile commune, sentiatur alio modo scilicet, sicut Cleonis filius: hic enim purè per accidens sentiatur, quia non sentiatur ab alio sensu per se. Et nota hoc duplex sensibile per accidens, de quo diximus satis, libro 2. Vis ergo & sensus huius est, quod nec est sensus interior, nec exterior, cuius sensibilia communia sint propria obiecta. Si enim esset exterior, tunc sentiatur ab alijs per accidens, sicut dulce à visu: si verò interior, sentiatur per accidens, sicut Cleonis filius à visu, si albus sit.

Nam sensibile per accidens duplex est. Alterum, quando sic ab vno exteriori sensu percipitur per accidens, vt ab alio exteriori percipiatur per se, vt dulce, respectu visus. Alterum, quando

Nota.
Secunda ratione probatur eadem materia.

Nota.

Nota 2.
Vim rationis.

Nota 3.
Duplex sensibile per accidens.

Ratio a-
lia D. Tho ad
proban
dū quin
que tm
esse sen
sus.

Supposi
tio, mu-
tatione
esse du-
plicem.

Ex qnq;
diuerfis
muta
tionum
modis
quinq;
sensus
colligū-
tur.

1
2
3
4

At S.Thom. i. p. q. 78. art. 3. alio di-
scursu utitur ad hoc idem demon-
strandum. Cum enim potentia sensitua ex
terior, sit intrinsecè passiuā, ac ab ob-
iecto ipso exteriori immediatè muta-
bilis, p̄nes mutationis naturā & mo-
dum sumendus est numerus potentiae
ex terminis.

Aduertendum autem, quod sit du-
plex mutatio, qua vnum mutat alterū
accidentaliter. Vna est spiritalis seu
immaterialis, & hęc est, quę sit secun-
dum speciem intentionalem: quę so-
let dici immaterialis: quia non est sen-
sibilis per se, sicut alię qualitates, quę
sunt Obiecta sensuum: nec fit per alte-
rationē aliquam corruptiuā. Est alia
mutatio materialis, & hęc est duplex:
Altera secundum alterationem, quę
fit secundum qualitates sensibiles. Al-
tera secundū motū locale. His enim mo-
dis vnū potest alterum immutare.

Quia autem quinque modis contin-
git solū istas mutationes cōiungi in
mutatione obiectorum circa ipsos sen-
sus, quinque erit sensus. Primò enim
aliquando sensus percipit per solam
mutationem spirituale, & talis est
visus. Ad visionem enim non cōuenit,
nisi sola immutatio coloris secundum
speciem, quę spiritalis dicitur. Secū-
dò, aliquando sensus percipit quidem
per immutationem spirituale, sed in-
terueniente motu locali circa obie-
ctum, & hic est auditus, non enim so-
nus percipitur, nisi prius motus lo-
calis corporum fiat. Tertiò percipit
etiam sensus immutatione spiritali,
tamen interueniente alteratione ex
parte obiecti, & iste est olfactus: non
enim percipim⁹ odores, nisi prius præ-
cedat aliqua calefactio in corpore o-
dorabili ipsū resoluens, & odorem
extrahēs cum exhalatione. Quarto sit
quidem immutatio spiritalis, inter-
ueniente tamen alteratione in orga-
no ipsius ab comet, à quo sensatio est,
& iste est tactus. Tactus enim tangit ca-

lidum, ipsumque sentit per speciem
intentionalem, & ab eodem calido pa-
titur materialiter, quia calefit. Quin-
tò percipit sensus spiritaliter, inter-
ueniente alteratione materiali in or-
gano: sed non ab eo, quod sentit, sed à
coniuncto aliquo: & iste est gustus, re-
cipit enim species saporis, & simul al-
teratur materialiter, non à sapore, sed
ab humiditate, cum qua simul sapor
sentitur, & percipitur. Omnibus igitur
sensibus commune est, per immuta-
tionem spirituale sentiaē. Tamen,
prout variè se habet ista immutatio
cum materiali mutatione, siue ex par-
te organi, siue ex parte obiecti, variè
sensus fiunt. Hęc est ratio S. Th. hom.

Quod si ipse vult esse quandam to-
picam rationem, facile acquiri solet: si ta-
men ipse rationem necessariam esse
contendit, non mihi id possumt persua-
dere propter aliqua. Primò, si iuxta il-
las mutationes intrinsecè sumitur po-
tentialium numerus exteriorum, plu-
res alię sunt ponendę, putā, cum est
alteratio ex parte obiecti, & potentię
simul. Similiter cum est motus localis
ex parte organi, & ex parte vtriusque,
solū enim ex parte obiecti ponitur mo-
tus localem. Secundò, videtur muta-
tio ex parte obiecti esse accidentalis,
& nihil facere ad sensum, vt sensus est:
quia illa mutatio est ad faciendū ob-
iectum: motu enim illo sonus fit, quod
si istam computat, etiam dicam idem
de colore: præcessit enim mutatio, vt
fieret: quod si non est, cum sentitur co-
lor parū hoc refert: etenim nec est
ille motus, quo factus est sonus, cum
soni species peruenit ad aures: & pro-
pterea in odore non semper opus est
illa resolutione, vt ostēdimus lib. 2.

Probatū tertiò: quia ipse sumit, om-
nes sensus non sentire, nisi per speciem:
& hoc incertum est de omnibus, quan-
quam de aliquibus sit certum, vt dice-
mus in sequenti quæstione.

Puto ergo non esse, nec esse posse

Hanc ra-
tionē ef-
se solam
topicam
& nō ne-
cessariā
neq; de-
monstra-
tiuam.

1
2

3

Quod
ad posse
demon-

esse vl-
la demō-
stratio,
& tantū
quinq;
sensus es-
se possit
& nō plu-
res.

Quod
tm sint
quinq;
experie-
tia cog-
noscentur

Ad 1.

No. qua
druplici-
ter no-
mina se-
sūs pos-
se vsur-
pari.

Solutio.
argum.

Ad 2.

demonstrationem, quod non possint
esse, nisi quinque sensus: hoc enim nō
est necessarium, sed contingens. Po-
tuit enim Deus, non destructa rerū
natura, alios, & alios dare sensus ad
percipiendā accidentia, quę latēt hos
quinque: hi tamen conueniebant, &
sufficiebant. Possūt ergo rationes pro-
babiles, & congruentes dari, quod nō
possint esse plures, & talis est ratio
Aristot. & S. Thom. in neutra enim ne-
cessitas apparet: quod verò re ipsa nō
sint plures in mundo à Deo facti, expe-
riencia ipsa potius in nobis, qui sumus
perfectissimi omnium animalia, & in
alijs perfectissimis animalibus, depre-
hendimus: neque enim in nobis, neq;
in alijs plures experimur.

Ad argumenta igitur in principio
proposita respondeatur. Ad primum
dico, quod olfactus dupliciter potest
sumi, imò nomina cuiusque sensuum:
vt visus, auditus, & reliqua, quadrupli-
citer solent vsurpari apud Arist. Vno
modo, pro ipso sensorio, altero modo,
pro potentia existente in sensorio, ter-
tio, pro vtroq; simul, quarto, pro ipsa
potentia in actu, & operatione, vt vi-
sus pro visione, tactus pro tactione ol-
factus pro olfactione.

Dico igitur, quod si olfactus pro sen-
sorio sumatur, tribuitur aquę, vel ac-
ri, ratione humiditatis: at si pro ipsa
operatione & actu, quia sensus in actu
est quodammodo similis obiecto, vt se-
p̄ docet Aristot. & obiectum olfactus
fundatur in sicco per calidum resolu-
to, & euaporato, dicitur olfactus ei si-
milis. ob id igni tribuitur: quo etiam
modo dicit Aristot. quod oculus vidēs,
est quodammodo coloratus, text. 138,
ita & olfactus quodammodo odorife-
rus, & sic igneus, quia odor in natura
ignis est.

Ad secundum respondeo, quod ter-
ra potest dupliciter considerari. Aut
secundum qualitates primas: & sic pro-
cedit argumentum, quod non domi-

natur in tactu. Aut secundum densita-
tem, & consistentiam, & sic dominatur
in tactu: est enim pars animalis eiū-
dem temperiei cum toto: in magis au-
tem propter consistentiam magis do-
minatur terra. Secundò dici potest,
dominatur in tactu terra, non simpli-
citer, sed comparatione ad alia senso-
ria aliorum sensuum, quod magis in
eo abundat terra, quam in alijs senso-
rijs. Et hęc videtur mens Aristotel.

Ad tertium respondeo, quod in hoc
differt potentia nutritiua à sensitua:
quod nutritiua utitur calore, vt actiua in
instrumento suę operationis: at sensitua
non, sed vt materiali dispositione or-
gani, in quo fundatur: & hoc modo di-
citur potentia sensitua eleuatiore, quā
vegetatiua. Cum igitur dicit Aristot.
sensitive non esse sine calore: intelli-
ge, tanquam dispositione materiali,
sed non, tanquam instrumento.

Ad 3.

Nota.

Ad 4. &

5.

Occasio
questionis

1. Argu.
ad partē
affirma.

2. Argu.

3. Argu.

R 5. ratio

ratio Arist. qua probat, quinque tantum esse sensus, nulla esset: fundatur enim in medijs ipsis.

4. Argu. Probatur quare experientia. Coloratum multum oculo propinquum, non videtur: ergo quod immediatum est, minus videbitur.

1. Opin. Alexand. In hac difficultate duplex est Philosophorum sententia. Altera Alex. qui medium in tribus sensibus necessarium esse vult, scilicet auditu, olfactu, & visu, non autem in alijs.

2. Opin. Averro. Altera est Averro. comm. 116. quae esse videtur communis sententia, quod in omni sensu necessarium est medium aliquod, & hoc intrinsecè ex sensu, ut sensus est. Est enim de natura sensationis exterioris, quod fiat per medium aliquod.

1. Ratio Landun. Quod si huius causam petas, non est alia, nisi haec, quam dat Landun. q. 29. quod species recepta in sensu, est multum immaterialis, obiectum autem materiale multum: ut ergo fiat transitus ab extremo ad extremum hoc debet esse per speciem, quae minus sit immaterialis, quam species recepta in sensu, & minus materialis obiecto. Et haec est ea, quae est in medio.

Reijcit haec ratio. Haec tamen ratio ad rem tam ardua probandam infirma est, imò verò falsitate continere videtur. Species enim, quae in medio est, prorsus videtur esse eiusdem speciei cum ea, quae est in organo: si igitur est eiusdem speciei, erit eiusdem immaterialitatis intrinsecè. Quod enim medium non sentiat, non est ex defectu immaterialitatis speciei, sed quia medium caret anima & potentia: quam si haberet, utique per illam sentiret. Multis posset ista ratio reselli, sed hoc sufficiat. Non ergo est ratio sufficiens, quia probatur hoc, quod omnis sensus intrinsecè indigeat medio.

2. conclusu. Sit ergo prima conclusio. Tactus non fit necessario per medium. Haec mihi persua. deo ob ea, quae dicta sunt in Capite de tactu: siue enim caro, siue ner-

uus sit sensorium, utrumque sentit sensibilia superposita. Idè dico de gustu: sentit enim nervus ipsos saporis positos: salina enim secum cibis commiscens, saporem recipit, quo nervum immediate movet. Est enim caro illa spogiosa, per quam salina potest facile in nervum pervenire, pr. fertim cum in nervo, & in carne potentia gustandi existat.

Secunda conclusio. Reliqui tres sensus non indigent in omnibus sensationibus necessariò, & semper, medio. Hoc teneo, quia non video rationem in contrarium, & experientia huic favet. Aer enim ille internus aliquando motus, & percussus à vehementi sono, vel à vapore descendenti à capite, sentitur intra aures, qui sonus miringam attingit necessariò: aliquid ergo sine medio nihil prohibet sentiri in auditu.

Similiter, qui videt lucem, fortè clausis oculis, adhuc splendorem videt, qui non est alius, quam lumen receptum in albugine, qui pupillam tangit: & fricans noctu oculum, lumen internu videt, quod necessariò immediatum est sensorio, cum sit species ipsius calefacti, vel vna pars pupillae, quae alteram vidit, ut dicit Alexand. Unde si visibile est luminosum, quod per se facit diaphanum, nihil prohibet videri superpositum.

De olfactu etiam patet. Fumi enim attingunt cerebrum aliquando, & odor rem facit: quid ergo prohibet affirmare, sensibilia aliquando sine medio sentiri?

Tertia conclusio. Perfecta sensatio in his tribus sensibus fit per medium.

Probatur in singulis. Nam in colore necessarium est medium, quia non movet, nisi actu diaphanum: quod si esset superpositus, obscuraret pupillam, & non moveret. In alijs duobus ob id perfecta sensatio est per medium, quia huiusmodi obiecta coniuncta sunt cum quibusdam circumstantiis impedi-

cessariò hinc per mediu.

2. conclusu. Alij res sensus non indigent in omnibus sensationibus necessariò.

Probatur multis experientijs in auditu & in visu.

In olfactu.

3. conclusu. Perfecta sensatio in visu, auditu, & olfactu, non fit sine medio.

1. Ratio

dicentibus & latentibus sensoria: ut, Odor cum fumida exhalatione, quae respirationem prohibet, ac olfactum calefacit, ob id nocet, & laedit. Sonus autem cum motu locali, qui destruit miringam, & nocet, ob id haec ad distantiam, quo non possint attingere ista, melius sentiuntur.

4. conclusu. Probabile est, tactum non indigere specie intentionali, sed per ipsam realem qualitatem receptam sentire. Communis autem sententia tenet, quod calor ignis producit calorem, & speciem caloris, & per hanc fit sensatio. Et optimè hoc sustentur. Tamen conclusio nostra quod fiat per ipsam realem qualitatem, optimè potest & absque periculo sustineri.

1. Ratio. Et probatur primò. Tactus habens multum calorem, non sentit minimu, & debilem: quod si per speciem fieret, utique sentiri posset: species enim potest in tactu cum illo calore recipi: non enim oppositionem habet. Cum ergo non sentiat, perfectio opus est reali immutatione caloris, quae impeditur à magno illo calore. Et hoc argumentu puto satis fortè.

2. Ratio. Probatur secundò. Quia se per species intentionales fieret tactus, posset calor absque contactu in distantia senti: (species enim diffundi possent) quod tamen est falsum: carne enim calorem immediatum sentimus.

3. Ratio. Probatur tertio: & hoc est nouum. Id sentire facit, quod doloris est causa: est enim dolor, sensatio disconuenientis: sed color realis est dolorem causans: ergo per ipsum sentio, & non per speciem.

Ad 1. His igitur sic propositis, ad argumenta respondeo. Ad primum dico, quod non nego medium, sed solum dico, non semper, & vniuersaliter esse necessarium, sed in maiori parte: & hoc sufficit, ut in doctrina de sensibus fiat mentio de medijs.

Ad 2. Ad secundum, admitto, sensibilia

posita super illos tres sensus aliquando sensationem facere, tamen imperfectam, idque raro: & sic intellige Aristot. De gustu autem, & tactu sensatio perfecta est: sed iam dixi superius, quod Aristot. non sicut constat in hoc: nam in alijs libris docuit oppositum.

Ad tertium dico, quod adhuc ratio Aristot. habet suam vim: nam eadem est ratio recipiendi, in organo, quae in medio: ratio autem nititur in eo, quod quinque sint rationes, recipiendi.

Ad quartum admitto, id de colorato: hoc enim indiget externo lumine, ob id medio opus habet: sed de lucide aliquo, ut idiximus, non est inconueniens aliquando accidere.

CAP. V. SECUNDVM.

Quonia autem sentimus, quod videmus. Text. CXXXVI.

D E huius capituli intentione discordes sunt Expositores. Simplicius, Themistius, & Philopon. putant duos intendi. Alteru est, ostendere, quod quisque sensus exterior percipiat suam sensationem, ut visus suam visionem, auditus auditionem: & hanc esse mentem Aristotelis putant. Alteru est, constitueri sensum alium internum communem, què probat esse ex eo, quod percipimus obiectorum diuersorum differentiam, ut albu differre à dulci, quod non potest fieri, nisi ab hoc sensu communi.

Alij expositores putant mente Aristot. esse, quod visus non percipiat se videre, nec ullus sensus exterior percipiat suam sensationem: sed id sit alterius communis sensus. Unde & per hanc, & per illa operationem praedictam, probat esse aliu sensum praedictum. Hoc tenet Alexand. in sua Paraph. c. 19. & Averro. Alber. S. Tho. & Latini reliqui, & mihi hoc placet: imò putò, non posse aliud dici, ut in contextu magis apparebit. Est enim mens.

De sensibus interioribus ac primò de sensu communi. Quae sit intentio Aristot. in hoc capite. 1. Opin. Simplicius, Themistius, & Philopon. 2. Opin. Alexand. S. Tho. Averrois, & Alber.

Est enim mens.

mens expressa Aristotelis, quod sensus communis percipit sensationes sensuum exteriorum, & non ipsimet.

Probaf.
2. opini.
ex Aristotel. in alijs locis.
Expositio text.
Aristot.
Suppositio.
Questio
Aristot.
An eod. sensu videamus & sentiamus nos videre, an alio?
1. Argu.
2. Argu.
Not. vā
deceptio Themist.
cū alijs
1. opini.
Probaf.
aliter Aristot. sentire.

capitis. Dicit enim, quod si iudicet inter album, & dulce: quia utrumque cognoscit.

Vnde Caietan. Thien. solvens, dicit, quod cum potentia sint subordinata vna propter alteram (qualis sensus interior, & exterior) quicquid cognoscit inferior, cognoscit etiam superior, & aliquid aliud.

Nec secunda ratio est necessaria. Peruenitur enim ad sensum, qui cognoscit aliorum sensationes, sed non suam, ut dicemus postea: non enim potentia sensitiva est perfecta, ut possit se reflexere supra se; & supra suas operationes.

Habet autem dubitationem.

Tex. CXXXVII

Pro parte opposita facit argumentum. Visu sentire, est videre: sed non videmus, nisi colorem, vel coloratum: ergo nec visu sentimus, nisi coloratum. At visio non est color, seu colorata: ergo non potest sentiri visu ipsa visio, seu videns ipsum.

Et aduerte, quod dicimus de visu, & colore, in his omnibus, idem dici debet de alijs sensibus, & ipsorum obiectis: non enim audimus, nisi sonos, auditio verò non est sonus: ergo non audivitur: sic de alijs.
Manifestum est igitur, quod non est unum.

Tex. CXXXVIII.

Predictæ rationi dupliciter respondet. Primò, negando maiorem, & in hoc incipit quasi determinare, dicitque quod videre, & visu discernere, non sunt unum, & idem. Nam visu discernimus aliqua, quæ tamen non videmus, puta, tenebras: ita etiam visu discernimus visionem, sed non videmus eam, & auditu discernimus silentium, sed non audimus.

Vbi etiam notandum, quod hic consistit deceptio. Putant enim illi, quod velit dicere, quod visus habeat actionem, qua indicet de visione, & de tenebris: & hæc non est visio. Hoc autem non

Solutio
1. argu.

soluitur
2. argu.

1. Ratio.
Arist. 2. sensus sentiat se videre.

Not. ea? dē, est rō de omībus alijs sensibus que de visu.

1. Solutio.
Aristot.

Ostenditur iterum, vñ illa. 1. op. decepta fuit Themist. & aliorum

ita fit determinatio.

Proponit ergo, quod sensus, & obiectum dupliciter dicuntur; & potentia, & actu. Potentia quidem, cum non operantur: ut color, cum non videtur: visus, cum non videt: sonus, cum non sonat ad aures: auditus, cum non audit. Actus autem, cum utrumque operatur. Dicitur igitur, si utrumque actu sit, unum, & idem sunt, id est, vna est ipsorum operatio, re, ratione tamen diuersa: sicut eadem est re calefactio: quæ ignis calefacit, & qua aqua calefit: ratio tamen diuersa est: ex parte enim unius, actio est, ex parte alterius, passio. Ita ex parte obiecti actio est, ex parte potentie passio, & sensitio.

Si igitur motus, et actio.

Tex. CXXXIX. CXI

Ostendit ulterius, quod, sicut actio & passio sunt in passio, non autem in agente, (non enim, quod agit, vel mouet, necessarius mouetur) ita ista operatio est in potentia, & organo: ipsa enim est, quæ patitur, sonus ergo actus, id est, sonatio, est in auditus potentia, & sic unum quodque aliorum, qui dupliciter dicuntur, ut diximus, & actu, & potentia.

Et notat, quod quantum sit eadem operatio obiecti, & potentie, quæ in ipsa potentia recipitur: tamen ratio est diuersa, & aliquando etiam nomina diuersa sunt, ut ex parte soni, dicitur sonatio, & actio est: ex parte auditus, auditio dicitur, & passio est. Aliquando non sunt nomina imposta; & totus hic sensus notus est.

Eò tamen tendere, aduerte, quod nec visus, nec alius sensus, suam percipit sensationem: cum operatio potentiarum harum consistat in mutatione & passione à proprijs obiectis, à suis verò operationibus pati nequeunt.

Quomodo sentire sit pati, iam disputauimus, lib. 2. cap. 5. vbi istam loci presentem declarauimus.

non vult Arist. sed visu discernere, est quoddam alius sensus interior per visum, ut per medium, discernat.

Exemplo
declarat
satis appo-
sitio.
2. Solutio.
Aristot.

Et est exemplum satis appositum, & notandum. Si habeo baculum in manu, si quid tango, vel occurrit, baculo manus discernit, & sentit baculo: sed sensitio non est in baculo. Ita sensus interior, dum aliquid visum mouet, discernit visionem: dum non mouetur, discernit tenebras: sed hoc non percipit visus actione sua: hoc igitur est visu discernere. Idem dico de alijs. Et hoc notat.

Postea Arist. negat minorem, dicens, quod visio quoddammodo est colorata: recipitur enim in sensu species coloris, ut patet in imaginatione, quæ res sensatas absentes cognoscimus: quoniam non esset, nisi manerent ipsarum species. Hanc solutionem volunt esse bonam, & sic solui argumentum, & colligi; quod visu videmus visionem, sed quam falsum hoc fit, manifestum est. Non enim visio est colorata, ut videri possit alijs, si esset talis, ego alterius visionem viderem: nec species obiectorum sensibiles sunt à sensibus exterioribus.

Aristot.
mens.
Responsio
est Arist.
ad quæ-
tionem p-
positam
an eodē
vel alio
sēsu &c.
Sententia
Arist.
quoniam
idem sen-
su sentiamus nos
videre.

Sed est responsio apparens: quia ad hæc disputat in utramvis partem, estque veluti obiectio quadam, quia posset quis dicere, quod videtur, quia colorata est?

Ipsius autem sensibilis, et sensus actus.
Moddò quætionem determinat. Est autem expositio notanda: quia enim aliqui Expositores non continuarunt bene, ideò peperit eis obscuritas.

Expositio
tur lite-
ra.

Not. pri-
mò ex A-
risto.

Nota.

Nota. 3.

Quo-

Quod contrariorum sensibilium: quod esse non potest. Idem enim indivisibile, id est, secundum eandem partem, non potest à dulci, & amaro simul, uterque enim hæc contraria, & aliter unum, aliter alterum agit.

Solutio. Adhibet quendam solutionem apparentem. Posset quis dicere, quod sensus hic est indivisibilis, & indivisibilis: indivisibilis quidem subiecto & re, at indivisibilis ratione: sicut potentia corporis ad contraria recipienda, una est re, ratione tamé differt, ita de sensu. Unde qua parte est unus: & indivisibilis, poterit iudicare, & discernere: qua parte verò est plures, poterit plura percipere: & sic videtur auferri quibus repugnantia.

An non possibile potentia

Reiicit eandem solutionem.

Excludit rationem datam, dicitque quod quantumvis unum potentia simul sit receptorum contrariorum, ut superficies simul est albi, & nigri receptorum in potentia: idemque simul indivisibile, & divisibile potentia: tamen actu non potest id esse, sed tunc oportet esse divisibile, ut modo unum, modo alterum recipiat. Cum ergo iste sensus actu patitur contraria, album, & nigrum, & alia, non poterit tunc esse indivisibilis, sed divisibilis solum.

Nota solutio. Nota cum Alberto, quod posset fieri de sensu exteriori, puta, de visu, quia album, & nigrum simul percipit: non enim contrariorum species contraria sunt: possunt enim simul esse in vno.

Cur Arist. non sit visus ea solutione.

Tamen Aristot. noluit hæc vti solutione: quia non intendebat explicare, quomodo contraria simul perciperentur a sensu exteriori: sed quomodo sensus communis ea perciperet: ob id respondet in sequenti textu aliter.

Sed ut id, quod vocant quidam.

Tex. CXLIX.

Quodam similitudine respondet de puncto in medio circuli constituto. Hoc enim vnum est, & plura vnumquidem secundum se, plura autem, ut ab eo plures dicuntur linee in circumferentiam: quibus omnibus & singulis illud commune est. Addit Themistius quod est principium, ut ab eo lineæ in circumferentiam protrahuntur: & est finis: ut ad ipsum lineæ ab ipsa circumferentia conspiciunt. Sic iste sensus communis, unus est secundum se, plures, ut finis, & principium est quinque sensuum: ab eo enim omnis aliorum virtus manat, & aliorum cognitio in ipsum terminatur: ut ergo plures est, plura percipit per alios sensus: ut unus est, simul de illis iudicat.

2. Solutio. Arist. obicitiois facta à simili.

Responde literam, (Bis utitur eodem signo simul) id est, vno puncto, & signo utitur, simul duas lineas in ipsum terminando, sic etiam illo sensu, in quem plures redunt sensus: Et sic, ut est duorum terminus, duo iudicat. (Et sunt preparata in separato) id est, ut sunt multi sensus distincti, sic faciunt illum communem esse multos: & multitudinem vocat Arist. separationem: Concludit dictum esse de sensu seu principio, sentiendi, secundum quod animal sensitivum dicitur: hic enim omnibus inest animalibus.

Nota litteræ expositio.

An sensus exterior percipiat sua sensationes

Quest. III.

Quod sentiamus nos videre, & audire, certum est: quod tamen sensu id sentiamus, id incertum est, & indubium vertimus. Videtur igitur, quod eadem sentiamus, & sentire sentiamus: puta, visu videmus, & eodem sentimus nos videre: quod dico de visu, etiam dicitur de alijs. Est primum argumentum. Si alio sensu perciperemus visionem, etiam perciperemus colorem: sed non possumus alio, quam visu, percipere colorem: ergo nec visionem. Discursus est no-

1. Argu. est notus cum maiori, Probatur minor quia color non potest percipi, nisi per speciem: at species non potest ultra oculum produci, quia ultra oculum visus non est diaphanum: non ergo poterit sensus interior percipere colorem.

2. Argu. Probatur secundo. Si alio sensu percipimus visionem, vel ille percipit suam sensationem, vel alius. Si alius, idem petam. Vel ergo erit processus infinitus, qui esse non potest: vel venietur ad sensum, qui suam percipiat sensationem: Si ergo hoc inest huic, inest etiam visui & exteriori sensui.

3. Argu. Probatur tertio. Ita se habet visio ad visum, sicut intellectus ad intellectum sed idem intellectus suam percipit inlectionem, & non alia potentia: ergo idem visus suam percipiet visionem.

4. Argu. Probatur quarto. Si visio ab alio percipitur, oportet ponere speciem visionis visus ad illum productam: sed non videtur, quod à visionem (cum sit quedam operatio) possit produci species aliqua: ergo eodem sensu percipitur.

5. Ar u. Probatur quinto. Eiusdem erit sensus percipere visionem, cuius est percipere tenebras: uterque enim non videtur indigere specie: sed visus percipit tenebras, sicut & lucem (est enim eadem potentia oppositorum) ergo visus percipit visionem.

Mulæ sunt opiniones in hac parte. **1. Opin.** Philop. refert duas. Altera est Plutarchi, qui opus esse animæ rationalis putabat sentire sensationes sensuum exteriorum, nec dicebat hoc esse opus intellectus, sed cuiusdam virtutis, quæ dicitur opinativa, & nos solemus vocare cogitativam: est enim virtus organica aliquo modo rationis particeps, quæ putant aliqui discurrere in singularibus, & hac, ut ait, cognoscuntur sensationes exteriores.

2. Opin. Philop. Altera opinio est, quam ipse Philop. sequitur, quod non sit opus sensus alterius, sed cuiusdam virtutis, quæ dicitur attentiva, quæ est animæ rationalis,

non alligata vlli particulari organo & huius est percipere tales sensationes. Tertia sententia est Simpli. qui id tribuit eidem sensui non absolute, sed ut aliquo modo est rationis particeps, id est: sensus, ut ab anima rationali sunt, habent suas percipere sensationes: unde bruta non percipiunt suam sensationem. **3. Opin.** Simpli.

Quarta sententia est Aegidii & quorundam aliorum, qui sensum exteriorum suam dicunt percipere sensationem, non directè, quasi producat actum, qui immediatè terminetur in illa sensationem: sed indirectè, id est, ut percipiens sensus obiectum suum, simul eodemque actu percipiat se videre, seu sentire. Hæc videtur opinio S. Th. in presenti, ubi concedit visui, alijsque sensibus duas operationes: apprehensionem, quæ passio est: & iudicium, quod obiectum percipit, atque hoc concedit sentire suam apprehensionem, videlicet indirectè.

Ultima sententia est Arist. qui in præfati capite, & de somno, cap. 2. id esse opus sensus communis vult. Hoc sequitur Iandunus, q. 33. & Apollin. q. 37. Caiet. Auerro. Alber. & alij.

Circa huius quæstionis determinationem, sit prima conclusio. Visus non potest percipere suam visionem illo eodem actu, quo videt. Idè dico de alijs. Hæc conclusio satis certa videtur.

Et probatur primo. Si, quo actu videmus, sentiremus simul nos videre, non staret videre, quia simul sentiremus videre, cum unus, & idem sit utriusque obiecti actus, & utrumque obiectum semper simul conveniat: sed ita videtur quod non sentiamus nos videre, quod notum est: ergo non fit hoc eodem vno actu.

Probatur secundo. Actus, & obiectum actus non possunt esse unum & idem: ergo vno actu non possumus percipere ipsummet: tunc enim actus, & obiectum idem esse.

4. Opin. Aegidij & S. Th.

5. Opin. Iand. A. poll. &c.

1. conclu. Visus non potest percipere suam visionem eodem actu, quo videt & idem in alijs sensibus.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio. Probatur tertio. Stat me videre, & scire visione paulò post sentire me videre: pecto, Vel aduenit alius actus, vel non. Si alius, habeo intentum. Si nullus, non ergo sententiã me videre: non enim aliud est, quod aduenire possit.

1. cõclu. Secunda Conclusio. Visus non percipit visionem alio actu suo, nec alij sensus suas percipere possunt sensationes, producendo alios actus circa ipsas.

2. cõclu. Visus non percipit suã visionem alio actu suo. Ratio.

Hæc probatur. Si visus produceret actum circa suã visionem, quod ipsam perciperet, sequeretur, quod supra se ipsum se reflecteret: at hoc non potest facere: ergo nec tale actum producere: Difficulus est notus cum maiori. Probatur minor quia nulla virtus organica, & corporea potest in seipsam agere, nec se cognoscere: sensus autem virtus organica est: non ergo potest suã sensationem cognoscere. Hoc argumento vitur Philoponus, & alij ad hoc idem probandum.

Dubium. Dices: Quare virtus organica se non potest in se reflectere? Respondeo, quod hoc est commune omni virtuti in corpore existenti, quod vel actiua alterius, vel passiuã ab altero: cum igitur virtus organica sit in corpore, non erit actiua circa ea, quæ in ipsa sunt. Et quia totum corpus sibi met superponi non potest, nec res extensa sibi met, sed solum pars supra partem.

2. Ratio. Probatur secundò. Si visus, & sensus sentiret suã sensationem, utique se posset sentire, & ea quæ in se sunt: & sic Tactus posset suas sentire qualitates, & se ipsum. Hoc autem est contra ipsam experientiam: ergo minus sentiet ipsa operatio: quia magis videtur proportio tam id, quod est in se, pura qualitates.

3. Ratio. Probatur tertio. Si sensus sentiret suã sensationem, utique ille actus quo sentit, adhuc sensibilis esset, quia eadẽ est utriusque ratio: at vanum est dicere, quod visus sentit sentire se videre: ergo nec sentit ipsum videre. Patet ergo, quod sensus exterior, nec dire-

ctè, nec indirectè percipit sentire.

Utrumque autem hoc vno argumento firmo. Oculo utroque destructo, sentio me non videre, & multis, imò omnibus, qui antea viderunt, cæcis, hoc accidit: sed hoc non fit visu, cum potentia sit destructa, deficiente organo: ergo alia potentia contingit sentire non uidere: ergo etiam sentire videre, quia eodem sentimus nos videre, quo sentimus nos non videre.

Tertia conclusio. Sentire sensationes sensuum exteriorum, operatio est interioris sensus, tam in homine, quam in brutis.

Est autem notandum, quod si probamus hoc conuenire brutis, simul probatum est, esse opus sensus interioris: cum enim non sit ipsius exterioris, ut ostensum est, nec Intellectus solius, cum hoc brutis non competat, erit sensus interioris communis.

Probatur primò. Si bruta non percipiunt se sentire, esset, quia id est opus altioris naturæ, quam sit pura sensitiva: sed hoc non est: ergo bruta id percipiunt. Difficulus est notus cum maiori. Probatur minor: quia alia opera altiora & difficiliora brutis natura concessit, quæ sunt ad eò mira, ut videantur quodammodo arguere rationem, sunt autem cuius aduertenti multa huiusmodi opera manifesta: de quibus meminit Arist. hist. ca. 6. & 7. Plinius autem lib. 9. c. 4. contempnans opera stupenda piscium, dicit, se mirari eos, qui negant aqua talia sentire. Minor ego etiam simplicium & alios, qui alia opera mirabilia in brutis cernentes, ea se videre, aut gustare sentire posse negant.

Probo etiam secundò Bruta oculos & aures arrigunt, gustumque acunt: ergo percipiunt se non sentire: aliter hoc non præstarent motus. Si ergo percipiunt se non sentire: ergo percipient etiam se sentire.

Nec intelligas, quod quid ipsum sentire sit

Confirmatur ratio.

3. cõclu. Sensationes exteriores sentiuntur à sensu communi. Nota.

1. Ratio.

2. Ratio.

tire sit, cognoscant, aut ipsam sensationem abstractam percipiant: hæc enim non sensus, sed intellectus sunt: sed sicut obiectum præsens oculis videtur, ita visionem præsentem sensus interior sentit. dum species obiectorum recipit, ut dicemus paulò post.

Ad argumenta igitur respondeo, in quorũ solutione absoluetur huius difficultatis dissolutio.

Ad 1. Ad primum dico, quod species producta in sensibus exterioribus, non solum multiplicantur in ipso organo, sed etiam usque ad interiorẽ sensum, non enim deest ibi diaphanum: sunt enim spiritus in nervis ipsis contenti, qui specierum receptiuũ sunt, sicut aer externus, & per hos usque ad interiorẽ sensum diffunduntur species, per hasque potest sensus interior cognoscere. De hoc tamen dicemus post.

Ad 2. Ad secundum respondeo, quod non est opus, quod omnis sensatio sit cognita à sensu, sed sola exterior. Aliqui putant, quod sensatio sensus communis sentitur ab imaginatione, & huius sensatio ab æstimatione, huius verò à nullo, nisi ab Intellectu in hominibus. Mihi tamen potius videtur, quod nullus sensus sensationẽ alterius sentiat, nec suã, nisi in communi, qui sentit sensationes exteriorũ: quia, uti tanta reflexione, videtur excedere naturam sensus. Nec in brutis puto tales actus esse posse, quia si inuenirentur, utique inutiles, & otiosi essent, prior verò cognitio dicta est necessaria ad usum exteriorum.

Ad 3. Ad tertium, neganda est similitudo: est enim Intellectus vis spiritualis, & indifferibilis, ideo potest suos actus cognoscere: imò hoc est argumentum ad probandam intentionem nostram. Nam Intellectus, quia est in corpore, licet non sit organica virtus, tamẽ suos actus non statim cognoscit, nisi per obiecta, imperfectè, vt post dicemus: sensus autem virtus maxime organica sit, nullo modo suos actus cognoscet,

Ad 4. Ad quartum, quauis aliqui satis probabiliter speciem ponant ipsius sensationis, puto tamen non esse illa specie opus, sed per eandem speciem obiecti percipere (vt arbitror) potest sensus communis etiam sensationem, non per speciem absolutè, sed per speciem, inquam, quæ ex obiecti præsentia ad ipsum tunc peruenit.

Ad 5. Ad quintum dico, quod visu percipimus tenebras, non quod visus actum formet ipsarum: sed quia dum non immutatur ab obiecto, communis sensus percipit tenebras: sicut etiam auditus percipit silentium: & hoc modo dicimus etiam visu percipere visionem. Nec oportet, quod potentia utriusque oppositum eodem percipiatur modo, sed contraria per se, vt album, & nigrum: priuatina verò vnum per se, alterum per accidens.

An vehemens sensibile destruat sensum? Questio. IIIII.

Quæ re, id primum est. Sensibile agit in sensu per speciem intentionalem: sed species potius perficit sensum, cum sit principium cognitionis: ergo vehemens sensibile non destruet sensum.

Probatur secundò. Cuius potentia respicit aliquam latitudinẽ obiecti quod magis est de illa latitudine, eò magis potentia perficitur: vt si est potentia ad calorem, vt octo magis perficitur, quod est plus de calore: sed potentia sensitiva est ad totam latitudinem obiecti: ergo, à maiori, potius debet perfici, quam destrui.

Probatur tertio. Intellectus perficitur, cum intelligit entia perfectiora, manetque promptior ad inferiora intelligenda: ergo etiam ita se habebit sensus.

Pro huius resolutione sit prior Conclusio. Sensibile vehemens lædit sensum, vel inuariat ratione alicuius qualitatis

Ad 4. Ad 5. 1. Argu. ad partem negat. 2. Argu. 3. Argu. 1. cõclu. Sensibile vehemens inuariat

nat vel nocet se immutatioe secundum speciem.

2. Hæc patet discernendo per singulos sensus. Colores enim vehementes ratione luminis lædunt: lumen enim disgregat pupillæ, & humoris, partes: est enim luminis disgregare, cum calefactat: impeditur autem visio, & læditur oculus ex nimia partium disruptione.

Tenebræ etiã, vt docet Alber. tra. 4. cap. 9. sic lædunt. Visus enim manet frigidus, quia spiritus confugiunt ad partes internas: nimia autem frigiditas congregat, & cõstipat partes oculi, adeo vt aliquando visus recuperari non possit: ob id incutit dolorem lumē viuētibz a loco tenebroso: quia lumen disgregat consipatas partes.

NOTA

De auditu verò pater. Motus enim aeris, qui ex sono provenit, lædit aures. Odor autem ratione euaporationis lædit. Sapor ratione primarū qualitarum, sicut in tactu lædit.

2. cõclu. Secunda Conclusio probabilis. Sensibilia ratioe. specierum intentionalia ratioe lædūt etiã, vel inuunt sensum. Profectò hæc pater, quia nisi à quibusdā negetur. Primò. Quia illz species sunt accidentia quædam realia: poterunt ergo lædere, vel confortare sensoria.

1. Ratio Probatur. Quia albedo disgregare dicitur visum, & nigredo congregare: q̄ non fit, nisi ratione specierum. Nam species albedinis sunt magis accedentes ad lumen, & fortiores: ob id disgregant, vt lumen.

3. Ratio Probatur Sect. 32. problem. q. 44. videri dicitur delectare ipsum visum & corroborare magis: quia in medio consistit extremorum: nec videtur quomodo hoc sit, nisi per speciem.

Vnum hic nota circa vocem, quòd aliud est, vocē distinctius sentiri aliud longius sentiri, aliud iucūdius sentiri. Vox distinctio sentitur, cū sola est, quã cum in consonantia: at longius sentitur in consonantia cum alijs, quàm sola,

vt dicitur Problem. Sect. 19. q. 2. tunc enim magis impellitur, & propellitur aer, qui sonos fert ipsorūque species. Iucundius autem sentitur in missione moderata, vt dicit Aristot. in præsentia: & quòd maior mistio, eò dulcius sentitur. Vnde Sect. 19. Proble. q. 24. dicitur, quòd dulcius sonat, cum cantatur ad tibias, quã cum ad lyram: quia illi duo sonj melius miscentur: quia vterque est in spiritu humano: tam vocale oris prolata, quàm per tibiam emissæ.

Per hæc patet solutio ad argumenta. Ad primum dico, quòd lædit sensum, & inuunt, tam ratione adiunctæ mutationis realis, quàm ipsius speciei intentionalis. Est enim etiã hæc speciei reale accidens, vt dictum est.

Ad secundū respondeo, quòd si potentia esset perfecta, habensque totā latitudinem suæ perfectionis, non læderet à speciebus intentionalibus: tamē quia aliquando imperfecta est, ob id à perfecta specie læditur: sicut lumen temperatum lædit oculum nocturz, ppter suam imperfectiorem.

Ad tertium non est similis ratio de intellectu: nam Intellectus obiectum non mouet adiuncta aliqua mutatione reali, & prope eam est immaterialis, & incorruptibilis secundum se: sensus autem corruptibilis, quocirca ipsa operatione consumitur. Adde etiã quòd Intellectus ad intelligenda magna intelligibilia, etiã indiget aliquo confortante. Vnde Theologi in intellectu creato, vt videat Deum, dicunt opus esse quoddam qualitate confortante, & eleuante potentiam, quã qualitas dicitur lumen gloriæ. Sed de hoc satis.

An sensus communis sit in corde?

Quest. V. Controuersia hæc difficilis est ex eo, quòd duo insignes Philosophi in ea sunt discordes, puta Arist. & Galen. hic enim in cere-

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Nota.

In quo conueniunt Galen. & Aristot.

In cerebro, ille verò in corde ponit, vterque tamen conuenit in hoc, quòd sensus communis ibi est collocandus, vbi est sors, & principium sentiendi: Fa- teretur etiã vterq; id esse fontem sentiendi, quòd neruorum est origo: per neruos enim vis motiua, & sentiuiua communicatur o maius alijs partibus.

Discordia verò est: Aristoteles putat cor esse principium neruorum 3. de part. ca. 4. venarum, & arteriarum: ob id in eo sensum communem ponit, de Som. & Vigilia. cap. 2. & de Iuuen. cap. 2. & alijs in locis. Galenus contra, putat, cerebrum esse neruorum originē, ob id ibi sensum communem ponit, lib. 7. de decretis, cap. 2. 6. & 14. & li. 8. de vfu partū, cap. 3. & 4. Antè autem, quàm quicquā determinemus, explicanda est vtriusque sententia.

1. Arist. sententia.

1. eius cõclusio.

Cerebrū non est principium sentiendi

1. Ratio.

2. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

2. Arist. cõclu.

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

Probatur primò. Id, quòd medium locū occupat in corpore animalis, debet esse principium sensus potius, quã quòd extremum: cor autem est huiusmodi: ergo ipsum est principium.

Secundò Id quòd primò mouet, & viuunt in generatione, est sensus & motus principium: at in calibrione, non dū formato cerebro, cor palpitate percipitur, & sentire: ergo ipsum est motus, & sensus principium.

Tertiò. Quòd est neruorum principium, est etiã motus, a cõsolationis: sed cor est principium neruorum: ergo est principium sensationis, & motus. Minor probatur ex eo, quia intra ipsum multa neruorū copia reperitur.

Quartò. Vbi appetitus, ibi sensus principium: sed in corde est appetitus: vt patet in motu iræ, amoris, aliarumque passionum, quæ sunt in corde: ergo ibi est sensus, & motus principium.

Tertiã ipsius conclusio. Cerebrum est frigidissimū, & humidissimū pars, solum à natura in hunc vsum data, vt temperaret nimium cordis calorem, ne animal dissolucretur.

Multis signis id ostendit. Frigiditas enim cerebri patet ex eo, quòd non est carnosum: partes enim carnosæ calidæ sunt. Probatur 2. quia est terræ, & aquæ substantia, cõctum enim durescit: non liquefit. Probatur 3. quia tactu sentitur frigidū. Probatur 4. quia habet venas paruas, & frequentes, ne si nimium sit sanguinis, calefiat cerebrū.

Probatur, 5. ex effluxionibus: putat enim Arist. quòd calore cordis à cibo vapores ad cerebrum ascendunt, qui nimia ipsius frigiditate ingrossati descendunt, per naliaque & per saluam purgantur: illique vapores infrigidati descendentes faciunt, calorem, & spiritus refluxere ad cor, & sit somnus, qui est passio cordis non potentis virtutem & calorem communicare sensibus. Hæc duo indicant cerebri frigiditatem nimiam. Probatur 6. animalia

Cor est principium sentiendi, & in eo est sensus communis.
1. Ratio.
2. Ratio.
3. Ratio.
4. Ratio.
Tertiz Arist. cõclusio. Cerebrum ad hoc solum datū est, vt temperet sua frigiditate calorem cordis.
Probatur multis signis.
Nota.

3. percipit perceptibilis sine aliquo discursu. Tercio, inest huic sensui, sensationes sensuum exteriorum percipere: de sum exteriorum quod diximus in prima disputatione huius capituli.

4. deseruit phantasia. Quarto, sensus sic communis deseruit alteri sensui interiori, id est, phantasia, de qua dicemus capite sequenti. Haec enim potentia per species a sensu communi receptas operatur, ut magis declarabitur inferius.

5. accidit somnus, hoc sensu impedito. Quinto, somnus, maxime, & primo accidit in hoc sensu: cum enim sensus hic impeditur, quod minus spiritus sensitivos, & motiuos mittat in sensus exteriores, fit somnus.

6. Not. ex quibus causis somnus fiat. Vbi nota, quod istud impedimentum potest provenire duabus de causis. Altera est ex parte alicuius causae positivae impediens, & occludens meatus, quibus spiritus communicantur sensibus, quae causa solet esse vapor triplex. Primus, cibalis dicitur: ex cibo enim, ratione caloris cordis, eleuantur in cerebrum vapores, qui cerebri frigiditate angrosati vias spirituum occupant, opprimunt, & accidit seminus qui naturalis dicitur.

7. Alter vapor, dicitur humoralis: ex humoribus enim animalis, ratione caloris, eleuantur subtiles vapores in cerebrum, qui etiam infrigidati vias occupant, somnumque inducunt, qui non est naturalis, qualis in aliquibus morbis accidit.

8. Tertius vapor, est ex colliquamine, quando nimio labore partes aliqua subtiles fiunt, ascenduntque in cerebrum, eademque causa somnum faciunt. Horum trium vaporum meminit Aristot. lib. de Somno.

9. Vbi notandum, ad somnum conuenire vapores, calorem ipsos eleuantem, frigiditatem ipsos condentantem: ipsi autem opprimentes vias spirituum, caput grauant, somnumque inducunt.

10. Altera somni causa est non vapor, sed multiplex impedimentum spiri-

tuum: quod sine vapore potest contingere. Primo, ex debilitate caloris naturalis, quae spiritus infirmiores reddatur, & motiuo priuantur, quamvis non sit proprie somnus. Secundo, ex labore nimio, quo spiritus resoluti, interioribus confugiunt, ut reparentur. Tertio, ex nimia attentione mentis, spiritus in partes interiores retrahentis. Quarto, ex attentione alicuius sensus, quomodo accidit dormire ad cantilenas. His omnibus causis accidit, haec passio in communi sensu, ut dictum est.

6. inest sensui communi in somnium ex parte. Sexto, inest huic sensui etiam in somnium. Vnde nota, quod isti vapores, quando occludunt nervos, tam motiuos, quam sensitivos, & tunc fit somnus, manetque animal motu, & sensatione priuatum. Aliquando occludunt nervos sensitivos, sed non motiuos, & tunc animal dormiens mouetur & ambulat. Aliquando occluduntur & ligantur nervi concurrentes in sensum communem, manetque libera phantasia, & memoria sensitiva, tuncque sunt in somnia cum discursu, etiam quandoque intellectus. Aliquando solus exterior sensus ligatur, manetque sensus communis liber ut spiritus, in quibus species sunt, a memoria ad ipsum confluunt, & tunc maxime accidit in somnia, phantasia operante circa species sensus communis, sicut si elset animal vigilans. Accidit ergo huic sensui propter haec in somnium. Haec sunt, quae sensus communi insunt.

Ad Aristot. argumentum. Superest ad argumenta Aristot. respondere, quibus probat cerebrum non esse principium sentiendi. Ad primum, negamus non esse cerebrum continuu cum alijs partibus: est enim continuu cum ipso nervo, qui est eiusdem substantiae cum ipso.

Ad secundum, dico, quod licet non sit sensus in quibusdam cerebri partibus, tamen in his, quae nervis sunt proxima, in quibus sensoria interna sunt, sensus.

pedime tu spiri tuu pra bens.

Ad 3.

Ad alia argumē ta Arist. quibus probat cor esse principiu sentiendi.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 1.

Ad 2.

sensus inest, & dolorem incuntunt. Et in ipso etiam sensus aliquis esse videtur, licet obtusus: nam dolet etiam caput interius aliquando.

Ad tertium dicitur, quod non, ubi sensus est, ibi sanguis est: imò nervi, qui carent sanguine, maxime pollent sensu: similiter sensoria sensuum particularium, ut naringa, pupilla, & reliqua.

Ad alia argumenta, quibus cor esse principium sensus probatur.

Ad primum, dico, quod cor est pars media, quae temperiem dat omnibus partibus, ut suas subeant operationes: non tamen ibi necessarius est, esse principium sensus, sed ubi plures respondent sensus. Ut autem notum est, sensus omnes quinque in capite resident, & illorum quatuor, non nisi in capite inueniuntur: in capite ergo est sentiens principium.

Ad secundum respondeo, quod duplex est motus. Alter naturalis, alter voluntarius. Naturalis in corde est, & ab hoc pulsibus communicatur, hic enim non est in animalis arbitrio, & talis bene inest cordi, & est primus in generatione, vltimus in corruptione. Est alter voluntarius, quo animalia communiter secundum locum se movent, & hic conspicitur primus in generatione: & hunc dicitur cerebro, tanquam origini nervorum. Et merito id fit, ut cor sit venarum, arteriarum, motusque naturalis principium: cerebrum autem nervorum, & motus voluntarij: non enim bene hi motus vni principio, & instrumente inesse possunt.

Ad tertium, negandum est profus, intra cor esse nervos illos: sed sunt ligamenta quaedam, quibus solet natura partes constringere, & concatenare, ne dilabantur. De differentia autem ligamenti, & nervi, vide Gale. lib. 12. de usu partu: cap. 3. Aut si aliquis nervus reperitur, is est perexiguus, & non omnium orgo est, sed ramusculus parvulus ex cerebro derivatus.

Ad quartum, dico, quod, sicut vermis percussus in cauda totum se movet: ita per sensationem, quae in cerebro est, movetur potentia appetitiva, seu fit motus in corde ubi appetitus est, nec est opus, illas potentias esse in vna eademque parte.

Alia signa Aristot. ostendunt quidem cerebrum esse frigidum: quod non negat Galen. sed dicit Galen. quod frigiditas cerebri est ad temperandos spiritus sensitivos: si enim sint multum calidi, & mobiles, erunt inepti ad sensum: temperantur ergo a cerebro. Vnde quoniam cor sit radix spirituum vitalium, non tamen sunt sensitivi, nisi a cerebro temperentur.

Nec obstat, quod cerebrum, propter suam frigiditatem, non erit principium sentiendi: quia hoc argumentum, nec cor propter suam calorem vehementem, qui non trahitur ad temperiem, quia necessarius est ad concoctionem. Frigiditas vero cerebri, sicut & nervus, ratione influxus complexionis apta fit ad sensationes, & motus. Et haec sufficiat de ista difficultate.

CAPVT TERTIVM.

Quoniam autem duobus differentijs. Text. C. I.

Ristoteles se ad disputandum de intellectu praeparans, in presenti Capite de quadam potentia media inter ipsum intellectum, & Sensum, putat de imaginatione diserit, eamque per differentiam ipsius ab intellectu, & sensu venatur. Antequam autem id exequatur, prius differentiam sensus ab intellectu ponit.

Et advertendum, quod loquitur de operationibus, quia clariores sunt: & quia si operationes differunt, etiam ipsae potentiae differunt.

De imaginatione, quae & quo ordine tractentur.

Nota.

S j In pra

Repre- In presenti autem text. Antiquo-
 hēio an rum placita ponit, ipsosque reprē-
 tiquorū. dit. Antiqui igitur per motum & co-
 gnitionem animam indagabant, ut di-
 ximus est: hęc autem cognitio est,
 discernere, intelligere, & sentire.

Nota. Notat Philopon. discernere, esse cō-
 mune verbum ad intelligere, quod est
 proprium Intellectus: & sentire, quod
 est proprium sensus. Quauis melius
 mihi videtur, vt discernere sit idem cū
 eo, quod statim dicitur, scilicet, sape-
 re: & tunc intelligere erit operatio In-
 tellectus, cum discursu: sapere autem
 sine discursu, qualis est principiorum
 cognitio, & contemplatio perfecta: &
 hoc magis declarat inferius.

Explicat Cū igitur animæ sit intelligere,
 -sapere, & sentire, videbitur alicui om-
 ni- nia ista esse idem, propter duas cau-
 tiquorū. sas. Altera est, quia tam intelligere, sa-
 perere, quam sentire, sunt cognitiones
 entis: Intellectu enim & sensu, ea tā-
 tum, quæ sunt, cognoscimus.

2 Altera est: quia antiqui ista omnia
 vnum faciunt, & idem, vt ex ipsorū ver-
 bis patet. Nam, quæ sensibus insunt,
 vocabulis Intellectus exprimit: quod
 Empedoc. facit in duobus locis: Pri-
 mo dicit, semper sapientiam homini-
 bus augeri iuxta cognitionem presen-
 tium: at cognitio presentium sensui con-
 petit, sapientia verò Intellectui. Secū-
 do dicit, somnia facere cognitionem,
 & sapientiam alienorum, & ignorato-
 rum: somnium autem sensus est. Simi-
 liter Homerus facit: dicit enim, quod
 Intellectus hominum terrestrium tā-
 liter se habet, qualiter quotididē res
 succedunt: hoc autem sensus est. Phi-
 lopon. glossat verba horum in bonum
 sensum. Tu lege.

Omne quibus intelligere.
 Text. CLT.

Causa & A Perit radice, & causam huius
 radix er roris Antiquorum, dicens, ob-
 roris an id Antiquos sensum, & Intellectum
 tiquorū. existimasse esse idem, quia ponebant

animam corpoream: vnde fateri oporter-
 tebat, Intellectum esse potentiam cor-
 poris, sicut sensum. Adhuc autem ra-
 dix huius erroris fuit: quia putantes,
 simile cognosci simili, componebant
 animam ex omnibus, vt omnia posset
 cognoscere, vt dictum est in primo de
 Anima.

Aristot. hos arguit, conuellens hoc
 eorum fundamentum, quod simile co-
 gnoscimus simili, & argumentum est,
 quod nō sufficienter locuti sunt. Quā-
 uis enim tractauerint de sciendi mo-
 do, tamen de ignorantia nihil dixe-
 runt, intellige ignorantiam prax di-
 spositionis.

Extollit autem Aristot. insufficienti-
 am eorū, quia potius oportebat tra-
 ctare de ignorandi modo: quia hæc
 est nobis magis propria, quam scien-
 tia: quæ ex tempore competit. Plus o-
 nim temporis sumus in ignorantia &
 deceptionibus, quam in scientia. Ad-
 dit etiam S. Thom. aliam causam, cur
 sit ignorantia magis propria: quia ex
 nobis erramus, scientiam autem alte-
 rius auditorio ferè semper consecuti
 sumus.

Possent Philosophi excusare se du-
 pliciter. Primò dicentes: non esse er-
 rorem, nec ignorantiam: sed quidquid
 apparet, verū esse, vt dicebat Democ.
 & hanc excusationem non impugnat,
 quia in 4. Metaph. satis est impugnata.

Secundò, poterant se excusare, dicē-
 tes, scientiam esse, eum tangimus simi-
 le, ignorantiam autem, cum dissimile.
 Verbi gratia: Si anima particula ignis
 cognoscit ignem, est scientia: si verò ea-
 dem, aquam non esse ignem, est igno-
 rantia. Hęc reiicit, dicens, quod ex eo
 sequitur, quod simile non scimus per
 simile, quod est contra ipsos. Et pro-
 bar: Eadem est scientia vel ignorantia
 contrariorum: ergo qua particula sci-
 mus esse ignem: eadem scimus aquā
 non esse ignem: & hæc scientia erit, nō
 ignorantia.

Quod

Quod igitur nādem sit sapere.

Text. CLII.

Quod sēlus dif- Hęc sensum ab Intellectu differ-
 fert ab ostendit. Et attende, quod iu-
 intellectu. diceam Intellectus duplex est. Alterū
 qn. sine discursu, quale est principiorum,
 Nota q & imperfecta, & consumata contem-
 duplex platione: & hoc in presenti dicitur sa-
 si iudi- pere. Alterum est, per discursum, & di-
 cium in citur intelligere: & hoc est triplex.
 tellecto. Aut circa res necessarias, & hoc est
 scientia, vel ignorantia opposita. Aut
 circa res non necessarias, tamē specū
 lativum est, id est, non est ordinatū ad
 opus, & hoc est opinio, vera aut falsa.
 Aut est ad res practicas, scilicet ordinatū ad
 opus, & tale est prudentia, & ars cum
 oppositis. Prudentia enim docet mediā
 ad finē in agibilibus: ars in factibilibus:
 nec est aliud iudicium in Intellectu.

1. Ratio
 q sentire
 re nō sit
 sapere,
 id est, in-
 tellige-
 re sine
 discursu

Not. ex
D. Tho.

Duplex
excusa-
tio Anti-
quorum
cōuelliō
1
2

quod se-
 tire non
 sit intel-
 ligere
 cum dis-
 cursu.
 1. Ratio
 2. Ratio
 Posterior est: Intelligere solū in-
 est rationem habentibus: at sentire et-
 iam non habentibus: non ergo senti-
 re est intelligere, & consequenter sen-
 sus non est Intellectus.

Imaginatio enim aliud est a sensu.

Text. CLIII. Et CLIII.

Quod Postquam, sensum & Intellectum
 imagina- non esse idē, probauit, accedit nūc
 tio nō sit ad ostendendum, imaginationem nec
 sensus, esse sensum, nec Intellectum, sed me-
 nec in tellecto. dium quid dicit esse. Nam imaginatio

non fit, nisi ex præcedenti sensu: quæ
 enim sensimus, imaginamur: intelle-
 ctio autē non fit sine imaginatione: non
 enim intelligimus; nisi imaginatione
 supposita. Vt ergo sensus imaginatio-
 nis, ita imaginatio Intellectu dicitur.
 Et nota hic duo. Alterum est, quod
 per existimationem, intelligit iudiciū
 Intellectus, sine cum discursu, sine
 ilo, sine verum, sine falsum. Alterum
 est, quod per intellectum hinc, intel-
 ligit imaginationem, vt not. Philop.
 videtur enim ambiguē hoc vocabulo,
 vt dicemus in textu sequenti.

Nota. 1.

Nota. 2.

Probat ergo imaginationem nō ef-
 se existimationem tribus rationibus,
 & sic nec imaginatio erit Intellectus.
 Prima ratio est. Existimatio non est in
 nobis finem, aut in arbitrio nostro: at
 imaginari est finem in arbitrio nostro:
 ergo imaginatio non est existimatio.
 Maior est certitudo enim credimus, nisi
 ratione, vel euidētia ducti: at quæ volū-
 mas, & quo mō volumus, imaginamur.
 Ponit exemplū de his, qui videntur ar-
 te memoratiua: fingunt enim sibi quæ-
 dā imagines & figuras, pro libito, per
 quas, res oblatas memoriæ mandant.

Quid ima-
gnatio
non fit
existimas-
tio, seu
iudiciū.

1. Ratio

Exemplū.

2. Ratio

Alteratio est. Imaginationē mo-
 uet appetitus passiones, existimatio
 mouet: ergo nō est imaginatio, existi-
 matio. Maior est certitudo. Qui fingit, n.
 leones sibi appropinquare, & se esse
 in medijs periculis, nihil timet magis,
 quā cum depicta videt: quod si ti-
 met, id fit, quatenus id ita esse indi-
 cat, vel ita futurum esse.

Tertia ratio est. Existimatio habet
 species, putā, scientiam, sapientiam, ar-
 tem, prudentiam, intellectum, & oppo-
 sita de quib. 6. Eth. tractat: at nulla ha-
 rum est imaginatio: ergo imaginatio
 non est existimatio, & consequenter
 imaginaria potētia nō est Intellectus.
 De ipso aut intelligere. Text. CLV.
 Prosequitur, imaginationē à sensu,
 & intellectu separare res distinguittas
 men ipsum intelligere: Vbi nota cum
 Philo- ligere.

3. Ratio

Duplici-
ter acci-
pitur in
tellecto
& intel-
ligere.

Philop. quod supra diximus, intelligere non vno modo accipi in hoc capite, hic enim sumitur, vt commune imaginatio, quae est partis irrationalis, dicitur; solum Intellectus passiuus, & etiam intellectio Intellectus.

¶ An modo hic loquedi absolut. incertū.

Distin- guitur imaginatio ab omnibus alijs cognitionibus.

Diciturque, quod cum intelligere differat a sensu, & hoc sit duplex: alterum, imaginari, alterum, ipsum verum intelligere: postquam determinatum fuerit de imaginatione, post in capite sequenti dicitur de Intellectu.

Incipitque in particulari imaginationem distinguere ab omnibus alijs cognitionibus, duobus suppositis. Alterum est: quod cum imaginaria sit vis, quae aliquid nobis apparet esse, aliquodque in nobis phantasma sit, id est, apparet aliquid est nobis, videbitur computata inter eas virtutes, quibus vera, vel falsa percipimus, quae sunt scientia, opinio, Intellectus, & prudentia. Non enim videtur, quid aliud esse possit, soli enim hi habitus sunt ad verum, vel falsum. Alterum est, quod hic sumitur imaginatio absque metaphora, id est, pro ipsa vera imaginatione: aliquando enim vocabulum transfertur ad intellectum, & sensus: & incertae cognitiones, vocamus imaginationes.

Quod igitur non sit sensus

Text. CLVI.

Quod imaginatio non sit sensus. 1. Ratio.

Probat, imaginationem non esse sensum, quinque argumentis. Primum est, quod non sit, nec sensus in actu, nec sensus in potentia. Non quidem est sensus in actu: quia imaginatio est etiam, cum non sentimus actu, vt in somnijs. Non sensus in potentia: quia sensus in potentia continetur in intellectu: at imaginatio non semper inest.

Philopo. vult hanc posteriorē partem esse nouum argumentum: sed id est contra contextum. Vnicum enim est argumentum, vt expositum est.

2. Ratio.

Secundum argumentum est. Sensus actu inest omnibus animalibus, imaginatio autem non: non enim in-

est vermis, formicis, nec apibus: ergo imaginatio non est sensus.

Tertium est. Sensus semper est verus, & illius quod est: at imaginatio plurimum falsa: non ergo sensatio est imaginatio.

Quartum est. Sensatio est certa, & absque dubio: at cum imaginamur, dubitamus, an ita sit, ergo imaginatio non est sensatio.

Quintum est. Quae sensimus, etiam clausis oculis, & absentibus sensibilibus, intra nos imaginamur: ergo imaginatio non est sensatio. Ac si dicat: Sensatio est praesentis, imaginatio etiam absentis est: ergo non est sensatio, nec sensus.

At vero neque eorum. Text. CLVII.

Cum probasset imaginatioem non esse sensum, nunc probat non esse scientiam, nec Intellectum, nec opinionem. Et quidem, quod non sit scientia, nec Intellectus non est: quia haec semper sunt vera, imaginatio autem falsa aliquando est. At de opinione dubium est: quia opinio quandoque vera, quandoque falsa est. Probat autem quod non sit opinio: Opinione sequitur fides: at imaginationem non sequitur fides: ergo imaginatio non est opinio, opinionem vocat ratione ipsam, quae aliquid iudicat: fides vero est credulitas ipsa, & assensus: qui rei probatae adhibetur.

Maior est nota: Minorem ostendit. In brutis, in quibus nulla est fides: ob id nec opinio. Quod autem in eis non sit fides, ostendit. Quibus inest fides, concipit persuaderi: at nihil potest brutis persuaderi: ergo nec inest fides: nam persuadere, est in fidem inducere.

Minorem probat. Quia illis potest aliquid persuaderi, quibus ratio inest. Dubitabis. Nam videtur, quod bruta concipiant, & disciplinae capacia sint: videtur ergo quod illis possit aliquid persuaderi? Respondet bene Philop. quod non faciunt bruta illa omnia ex-

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio

Quod imaginatio non sit scientia, nec intellectus.

Quod non sit opinio.

Nota.

NOTA

vico-

vi cognitionis, nec alicuius rationis: sed solum assuetudine quadam causante inclinatione: at persuadere, est vi cognitionis credulitate inducere.

Manifestum itaque quod neque opinio.

Text. CLVIII.

Quod imaginatio non sit simul sensus, & opinio.

1. Ratio

2. Ratio.

Suppositio quaedam

Necesse 2. ratio.

Quod Sol maior terra, secundum opinionem vero, quae

aliquis accipit ab Astrologis, maior est terra: non potest ergo esse imaginatio opinio, & sensus simul eiusdem.

Probatur consequenti: quia cum opinio debeat conformari sensui, debet esse vnum ex duobus. Aut quod deserat illam, & sumat oppositam: & hoc non potest esse, quia opinio, & assensus non obicitur, nisi vel obliuione, vel morte, vel ratione contraria, quorum nullum in praesenti casu est.

Aut erit alterum, quod illa opinio fiat falsa: & hoc esse non potest, quia obiectum manet idem, puta, Sol maior terra: tunc autem opinio ex vera fit falsa, cum obiectum mutatur, ignorante eo, qui habebat opinionem. Cum igitur nihil horum sit, opinio erit vera, & sensus falsus: non ergo vtrunque, simul erit imaginatio: non enim haec simul vera, & falsa esse potest.

Sed quoniam est, moto hoc moueri aliud.

Text. CLX.

Ostendit haec enus quid non sit imaginatio: nunc ostendit quid sit. Assumit autem prius aliqua. Primum, quod vnum motum potest mouere aliud: est enim aliquid, quod moueatur, & moueat. Secundum, imaginatio est motio quaedam, & passio, cum enim sit cognitio, quaedam erit passio, & motio ab aliquo obiecto facta. Tertium non sit imaginatio, nisi in his, qui sentiunt: nec aliorum obiectorum est, nisi eorum quae sensata sunt: imaginamur enim, quae sensu percipimus, quauis aliquando non eodem modo, quo percipimus: imago enim saepe composita percipit, quae distincta sensu percepta sunt, & e contra: vt ex monte, & auro percepto, imaginatio fit montis auri.

Supponitur quartum. Sensus actu potest alterum mouere, id est, quae sensu percepta sunt, possunt percipi ab alia potentia, hancque mouere possunt. Vt enim dicemus, imaginatio percipit quae sensu cognita sunt, & tunc talis cognitio, quae fit ab eodem obiecto sensato,

Quid sit imaginatio,

1

2

3

4

elicit intentiones non sensatas, id est, ex rebus sensibus cognitis, cognoscit, aliqua, quæ sensus nullus percipit.

Quartus phantasia quæ & cogitativa. Quartus, est phantasia, & hæc facit tria. Primò, coniungit species sensato- rum, quæ erant in imaginatione: ut quâ do ex auro & monte formamus montem aureum. Secundò, coniungit species non sensatas cum sensatis, ut cum hoc album percipit vile, & conueniens.

Tertiò, etiam coniungit non sensatas inter se, ut cum agnus matrem percipit delectabilem, hæc virtus secundum Albertum est nobilissima omni sensatiuarum: & in homine dicit vocari cogitationem.

Quintus memoria. Quintus sensus, est memoria, in posteriori parte capitis constituta: & hæc conseruat, quæ phantasia percipit. Hæc est sententia Alberti, & Algazelis.

Quæ quidem in duobus differt ab Auicena. Primò, in ordine. Nam Auicena phantasia facit tertium, post imaginationem. Albertus verò ponebat esse quartum.

Secundò, in re. Nam Auicena dicit imaginationem nõ cognoscere, sed retinere solum & conseruare species sensus Communis: at Alber. dicit q cognoscit etiam in absentia obiectorum. Hæc est prima sententia principalis.

Altera sententia est S. Thom. 1. p. quæst. 78. art. 4. & Auer. tertio de Anima, Commè. 6. qui putat, quatuor esse sensus internos. Primus est, sensus Communis. Alter, est imaginatio, quæ retinet tantum species. Tertius, æstimatio: quæ in homine est cogitatio, quæ percipit intentiones nõ sensatas, non enim vult S. Thom. quòd in brutis fiat illa specierum cõpositio. Quartus, est memoria, quæ cõseruat species non sensatas. Hæc sunt Philosophorum opiniones.

Pro resolutione aduerte vnũ, quòd multum conducit ad huius determinationem: quòd cerebrũ in duas medietates est diuisum, ab occipite in inci-

ciput, id est, à parte posteriore in frontem: ita, vt vna medietas sit ad vnam auriculam, altera versus alteram. In parte autem anteriore vtriusque medietatis huius, sunt duo sinus & concauitates ex quo, vna est in parte anteriore vnus medietatis, altera est in altera. Vterius, isti duo sinus in vnum postea concurrunt, qui est in media cerebri parte, & hic in alium etiam inferiorem, qui in occipite, vbi cerebellum ponitur, terminatur. Vnde solum sunt hi quatuor sinus, & in hoc nõ in anibus discursibus credendum est, sed oculatis experientijs, quæ ex anatomica sectione habentur: de qua Galen. 8. de vsu partium, tract. & alij multi huius artis periti.

Aduerte secundo: quòd omnes hi sinus pleni sunt spiritus subtilibus sensitiuis, quauis in vltimo sinu plurimi abundet, & perfectissimi fiat, licet iste sinus sit omnium minimus, sicut primi sunt omnium maximi. In his spiritibus sunt conseruata species rerum sensatum, quæ, nomine peculiari, phantasmata, dicuntur. Cumque isti sinus viam habeant communem, sit, vt spiritus possunt ab vna parte in aliam, & ab vno sinu in alium transmitti, à virtute animæ, vel à causa alia extrinseca.

Aduerte tertio, quòd sensus interiores in hoc ab exterioribus differat, quòd exteriores à re exteriori immediate mouentur, ob id exteriores dicuntur: at interiores non ab ipsa re immediate, quin prius sensu exteriori sensata sit, ob id interiores dicuntur, simul etiã, quia hi organa in cerebro interna, illi externa, habent.

His suppositis sit prima Conclusio probabilis. Sensus interiores tantum sunt tres.

Hæc Conclusio est cõtra prædictas opiniones: puto tamen esse mentem Aristot. & Græcorum cõmuni. Sensus ergo sunt isti: Sensus cõmuni. Aestimatio, seu imaginatio, & Memoria. Vnde

ne dicit cogitativa.

Quartus memoria. 1. Fund. de quatuor cerebri partibus, seu sinibus.

2. Fund. Sinus omnes cerebri esse spiritibus plenos.

3. Fund. In quo exteriores sensus differant ab interioribus.

1. cõclu. Sensus interiores tantum sunt tres.

Vnde imaginationem vel phantasia non separo ab Aestimatione, sed eadẽ (vt puto) virtus est, quæ elicit species non sensatas eam eã, quæ in absentia obiectorum ipsa percipit, speciesque cõnectit. Hoc probatur primò auctoritate expressa Arist. Nam de phantasia ipsa quæ illas imagines percipit, dixit, quòd animalia multa per eam agunt, & quòd in eis, est id, quòd in hominibus est ratio. Cũ igitur Aestimatio sit, quæ operari facit animalia profecto eadẽ erit vtraque.

1. Probatur. Si Aestimatio esset solum quæ percipit intentiones non sensatas tunc non differret ab opinione: quia semper illa mouet appetitum, sicut opinio: vt ergo argumentum Aristot. habeat vim, oportet dicere, quòd Aestimatio etiam habet imagines forme, quæ non mouent: at opinio semper mouet. Dico clarius, quòd Arist. vtrumque vni potest tribuit, & Aestimatio, & imaginatio: ob id ab opinione differt.

3. Probatur. Quia diminitus esset Aristoteles, si de his non ageret, cum tamen postea tractauerit de memoria, quã hic prætermiserat.

Secundò ex organo numero. Sed proboscundò ratione, qua plurimum persuadeor. Numerus sensuum non est vltra organorum numerũ multiplicandus: at sunt tria organa, sunt ergo tres potentie. Minor patet. Duo illi sinus sunt pro sensu cõmuni, medijs, pro phantasia, tertius, pro memoria, quòd cõfirmatur, quòd ipsa aliqua ex his partibus, læditur operatio talis potest. Similiter, quia pars illa anterior est humidior, vt facillè recipiat, quauis non retineat: at media est tẽperatior, vt recipiat, & retineat, vltima verò siccora est, vt magis retineat: pro memoria.

1. Obiectio. Respondet Albertus: quòd illorum duorum sinuum vnus est pro cõmuni, & alter pro imaginatione. Sed hoc non valet: sunt enim illi omnino æqua-

les, eiusdemque rationis, sicut duo oculi, duæ aures: Probatur: quia non est transitus ab vno in alterum, sed vterque in tertium concurrat.

Respondet Albertus: quòd vna medietas sinus medijs, est pro Aestimatione, altera pro Phantasia: Sed hoc nihil est: potentia enim vnũ habet organum perfectum, & integrum.

Probatur tertio. Quia sicut Intellectus est apprehenderẽ, & iudicare, ita etiam erit vnus virtutis sensitiuæ formas percipere, & Aestimare: quòd est iudicare quoddam.

Adde etiam, quòd phantasia idem prorsus apud Græcos significat, quòd apud Latinos imaginatio: vnde eadẽ virtus est prorsus: & hæc est quæ imaginatur, & etiam elicit non sensatas intentiones.

Confiteor tamen, eam opinionem, quæ quatuor potentias ponit, addens phantasia seu imaginationi, æstimationem distinctam, cognoscentem illas species insensatas: & iudicantem, non carere magna pbilitate, triplici de causa. Primò: quia contingit aliquem bene imaginari, & male iudicare: hæc bene, in quã, vim imaginandi optimã, iudicandi verò ac æstimandi pessimã.

Quare vterque actus non videtur ad eandem potentia spectare. Nam aliàs si vnus & eiusdẽ potentie essent, tunc qui vnũ rectè posset, etiam alterum posset rectè exercere. Secundò: quia in somnijs contingit solui imaginatiõnem, & tamen ligari iudicium, & æstimationem. Tertio: quia videmus aliquem valere apprehensione, & ingenio, & non iudicio: & contrã, alterum valere iudicio, & non ingenio. & apprehensione, vt quotidie in scholasticis experiamur. Quorum alterum ex imaginatione, alterum ex æstimatione operari videntur: Probabilius tamen putamus esse tres.

Secunda conclusio. Harum potentiarum variae sunt operationes. In primis,

2. Obiectio. Solutio.

Tertio ab operationibus.

Quarto à nominibus.

Nota.

1. cõclu. Horum

sentiarū variegatōnes. Sensus cōis opērationes. Aestimatōne seu phantasia operatio nes. Memoriz operatio nes.

mis, sensu. Communi sensata sensuum exteriorum, ipsorumque differentias percipimus, presentibus tamēu sensibilibus, seu ad aliquam modicam absentiam: de hoc autem sensu plura diximus superius.

Aestimatiua duas operationes habet, & non sensatas intentiones percipere, & in absentia obiectorum ipsas percipere.

Memoria autem retinet & conseruat eas intentiones tam sensatas, quā insensatas. Aliqui etiam putant, quod quandam habeat operationem, videlicet cognoscere res cum circumstantia temporis, id est, quod sensatae sunt non quod tempus formaliter percipiat, sed materialiter: hoc est, quod cognosceret rem cum hac circumstantia, quod aliās sensatae fuit, vel aestimata. Et videtur sic dicere Albert. loco citato, & Aristoteles, lib. de memoria, quanquam communiter alij melius loquantur, putantes memoriam non cognoscere, sed solum conseruare species, vt D. Thomas 1. p. q. 78. ar. 4. & ibi Caietanus, & alij nisi de memoria hominis loquaris, quae habet etiam reminiscentiam per discursum, quāquam hic actus potius est Intellectus, subministrans à memoria & imaginatione speciebus: sicut etiam simplex memorandi actus est eiusdem Intellectus, vel imaginatiōnis, ministrans speciebus à memoria, in qua tanquam in quadam theca referuantur. Haec ergo sunt operationes harum potentiarum, magis tamē ista declarabuntur in quaestione sequenti.

Tertia conclusio. Iste interna virtutes & potentiae sunt à natura concessae, vt animalia suas actiones perfecte exequantur.

Vbi nota, quod homo in hoc differt à brutis inter alia, quod bruta solas habent operationes ordinatas ad vitium. Vnde quicquid per aestimatiua indicant, quicquid memoria attingit,

totus est ordinatus ad praxim, & ad opem, vt moueantur, vt quiescant, vt prosequatur, vt fugiant, totum denique ad passionem appetitus mouendas est, secundum quem appetitum in esse conseruare se student.

Homo autem, praeter praxim, habet puram contemplationem. Vnde sensus huius non solum ad operationes ei deferantur, sed etiam ad intellectionem. Intellectus enim sensibus inuatur: vt ministris, ob id plura cognoscunt hi sensus in homine, quā in brutis: vt sequenti quaestione ostendemus. Vnde Aristot. prooem. Metaph. dicit, quod sensus, quantum nihil esse, minus facturi, diligere minus propter scientias. Ex his igitur omnibus patent, numerus organa, operationes, finis horum sensuum interiorum. Ad arguēta ergo oportet iam respondere.

Ad primū dico, quod memorari, & imaginari vocatur passiones sensus Communis, non quod ipse sint, sed quod causentur ab ipso: quia memoria, & phantasia praesupponunt sensum Communem, sicut Communis exterioris, ob id horum passio potest dici ipse Communis.

Ad secundū dico, quod licet idem cognoscat, habeatque idem obiectū primū, tamē non eodem modo, sensus enim Communis per sensus exteriores immutatur ab illo, at phantasia, median te etiam ipso sensu Comuni: & ulterius habet aliam actionem praeter illā, putā, species non sensatas percipere, & illud idem obiectū. Communis in absentia percipere: quod etiam sentit obiectū diuersum, idēō distincta est potentia. Nō potentiae subordinatae sic se habent, vt superior cognoscat id, quod inferior, & aliquid aliud, vel alio modo: & ita fit in praesenti: superior enim est phantasia sensu communi.

Ad tertium Aegid. vult quod illi definitioni addatur illa particula, (secundum quam animalia agunt,) & sic differt à sensu communi, qui non mouet animalis appetitum. Caieta. addit alteram,

3. conclus. Haec potentiae sunt à natura concessae, vt animalia perfecte suas actiones ex-

Explicitur & probatur conclusio in homine.

Ad 1. Ad 2. Ad 3.

Ad 1. Ad 2. Ad 3.

Ad 1. Ad 2. Ad 3.

Ad 1. Ad 2. Ad 3.

Ad 1. Ad 2. Ad 3.

Ad 1. Ad 2. Ad 3.

Reijciatur hae solutiones.

Solutio vera.

Ad 4.

Sensus cōis.

1. Argu. pro parte affirmatiua.

2. Argu.

3. Argu.

1. conclus. Bruta nullo modo ratione vtuntur. Primò ab Aristotele.

opera ipsorum brutorum maximè rationem videtur indicare: media enim in finem ordinant, futura praenūciant, aduersa fugiunt, commoda prosequuntur, vt omnibus eorum est: ergo rationem aliquam habent.

In hac re est sententia quaedam Laurent. Valqueroptios Grammaticae fines transcendens, audacter se philosophis opponit: hic enim in libello quodam, de Dialectica, ca. 9. bruta ratione & discursum habere dicit. Pro quo faciunt argumēta, quae secimus in principio: & videtur etiam eius sententiae Plutarchus, est tamē haec sententia erronea, & in Philosophia, & in Fide.

Vera sententia omnium Philosophorum est, bruta omnia carere discursu, & ratione: inter hostiam plurimi concedunt privilegium quoddam homini, vt propter formam suam excellentiam sortuatur quandam sensitiuam virtutem discursiuam in particularibus, & indiuiduis: & haec cogitatiua dicitur. Cuius doctrinam inuenit fuit Auicenna, naturalium, p. 4. ca. 1. id recipit Averro. Alber. & S. Tho. 1. p. q. 78. art. 7. Idem, q. 37. & Caiet. alij dicunt ista facere propositiones singulares, & syllogismos particulares: hoc tamen non attingit vlla aestimatio brutorum. Causa autem huius est, quia nascitur illa cogitatiua ab anima rationali: unde fuit aequum, vt propter ipsam eleuaretur pars hominis sensitua.

Vt autem in hac parte ostendatur quod magis probabiliter videtur, sit prima conclusio: Bruta nullo modo ratione vtuntur. Hic est cōmunis consensus Philosophorum: & est expressè Aristot. text. 157. vbi dicit, nihil brutis posse perferri: quia ratione carent, & lib. de memoria, cap. 4. dicit nulla animalia reminisci, nisi hominem: quia reminiscentia est, vt quidam syllogismus.

Probatur secundò. Bruta nō possunt percipere vniuersale: vlt notū est: ergo nō possunt vt ratione. Consequētia proba-

1. conclus. Bruta nullo modo ratione vtuntur. Primò ab Aristotele.

2. Ratiō. Probatur secundò. Bruta nō possunt percipere vniuersale: vlt notū est: ergo nō possunt vt ratione. Consequētia proba-

1. Opin. erronea Laurent. Valqueroptios.

2. Opin. Not. de potētia hominis cogitatiua, & eius officio.

† Alia expositio.

1. conclus. Bruta nullo modo ratione vtuntur. Primò ab Aristotele.

2. Ratiō.

ordinatione mediorum in finem, & talis est prudentia, quae rationi innitur.

Ad 2.

Ad secundum dictum est iam, Bruta non esse disciplinae capacia, nisi ex quadam assuetudine, & inclinatione per assuetudinem acquisita.

Ad 3.

Nota.

Ad tertium, diximus in conclusione prima, non ob illas operationes tantum esse colligendum, rationem illis inesse, cum etiam in sensibilibus operatioes rationabilissimas appareant, bene quidem arguitur ratione summa illius Auctoris naturae, quae omnibus in suos fines proprios virtutes dedit motivas.

An formicae, et Apes habeant imaginationem? Vbi et de imaginationis gradibus et perfectionibus.

Quest. VIII.

Occasio quaestio nis.

Huius quaestio nis nobis occasio ne dedit Aristoteles, qui id negat, tex. 1. 56. At in oppositum est locus 2. de anima, text. 20. vbi dicitur, quod in quibus est sensus in ijs est imaginatio, & i. Metaphisic. capit. 1. animalia omnia phantasia vivere dicit.

1. Ratio pro parte affirmat.

Secundum, ratio fuit, Nam formica est animal prudens valde, apes autem multum artificiosae: videntur ergo habere phantasia.

Multi-plex opinio.

Aduerte itaque, quod huius loci Arist. multiplex est Philoponorum expositio. Prima est S. Tho. de edentis apes & formicas non habere phantasia perfectam: quia quae operantur, instinctu & ductu naturae faciunt.

S. Tho. sententia.

Haec expositio non videtur satisfacere. Quia quauis ductu naturae operentur, tamen phantasia media id est naturam instinctus determinat phantasia ad cognitionem eorum, quae operantur: sicut ergo illis phantasia etiam tribuenda.

2. Aegidij expositio.

Altera sententia est Aegid. & Caiet. Thie. qui dicunt triplicem esse phantasia. Prima est imperfecta, quae non operatur nisi circa praesentia, & talis est in imperfectissimis animalibus, vt spongijs, conchijs, & alijs huiusmodi.

3. Aegidij expositio.

Altera est perfecta, quae in absentia operatur: & haec est in homine, equo aliisque perfectis. Tertia est media, quae non operatur, nisi quando aliquo modo est in praesentia obiectum: & talis est in apibus, & formicis. Haec enim animalia, cum in opere & exercitio sunt, phantasiae, & imaginantur, non autem extra opus.

4. Aegidij expositio.

Per hoc interpretatur locus hunc, quod loquitur de imaginatione perfecta in illo verò 2. de anima vniuersaliter, de omni.

5. Aegidij expositio.

Hae doctrina est bona, & commoda expositio, quauis non videatur multum conuenire: quia Aristot. vermes coniungit cum formicis, & tamen illi non habent illam mediam imaginationem: Primò: quia etiam formicae in absentia imaginantur, aliter non se mouerent ad opus.

Alia est perfecta, quae in absentia operatur: & haec est in homine, equo aliisque perfectis. Tertia est media, quae non operatur, nisi quando aliquo modo est in praesentia obiectum: & talis est in apibus, & formicis. Haec enim animalia, cum in opere & exercitio sunt, phantasiae, & imaginantur, non autem extra opus.

Per hoc interpretatur locus hunc, quod loquitur de imaginatione perfecta in illo verò 2. de anima vniuersaliter, de omni.

Hae doctrina est bona, & commoda expositio, quauis non videatur multum conuenire: quia Aristot. vermes coniungit cum formicis, & tamen illi non habent illam mediam imaginationem: Primò: quia etiam formicae in absentia imaginantur, aliter non se mouerent ad opus.

Tertia expositio est Iand. q. 37. qui dicit, locum istum esse legendum affirmatiue, vt velit dicere, quod aliquibus non inest phantasia: quae tamen inest formicis & apibus.

Hae expositio non quadrat, tñ quia est contra Gracos. expositores, quibus in verborum connexionem maior adhibenda fides: tum etiam, quia est aduersus textum, in quo simul ponuntur vermes cum apibus: illis autem non inest talis imaginatio.

Quarta expositio est Alber. & Auerro. qui dicunt exemplum non esse verum, quia formicae & apes habent phantasia perfectam. Dicit tamen Auerro. quod Arist. non fuerit sollicitus de exemplis. Alber. aut vitio impressorum scripturae id tribuit, qui non intellexerat non nomina animalium. Sed non videtur haec eodem excusatione. Altera enim negligentiam, inurit Aristoteli, altera Graecis interpretibus verborum ignorantiam imponit.

Mihi post omnes has expositiones vna alia placet, quae Philoponi est: hic enim distinguit imaginationes, duas. Altera

est phantasia.

Horu sententia rejicitur

3. Expositio Iandani.

Reijcitur haec expositio.

4. Expositio Alberti & Auerro.

Reijcitur haec sententia

5. Expositio Philoponi & sententia vera

rior. 1. Fund. duplicem imaginationem esse ex qua respondeatur quaestioni.

Altera est, quae cum sola memoria coniuncta est, quam vocat recordationem. Altera est, quae ultra memoriam disciplinam capacitatem habet, quam etiam distinctionem ponit in animalibus Arist. i. Metaphisic. 1. dicens, aliqua solam memoriam, aliqua capacitatem disciplinam, habere. Iuxta distinctionem hanc respondet, formicas, & apes memoriam cum phantasia habere, non tamen habere phantasia disciplinabilem, in quo cum vermibus conueniunt: & de hac loquitur in praesentia Aristoteles.

Imaginationem aliam perfectam a liam imperfectam & perfectam esse duplicem.

Et aduertendum, quod ista distinctio Philop. est de imaginatione perfecta. Duplex est. n. imaginatio. Altera imperfecta, seu indeterminata. Altera perfecta, seu determinata. Ea indeterminata dicitur, quae non percipit aliud conueniens, vel disconueniens, quam quod in gustu, vel actu molestem, vel delectabile est: & haec non est a tactu, vel gustu distincta, solumque in obiecti praesentia est, nec organum habet determinatum, sed eum tactu sparsa est: & haec vermibus, & quibusdam alijs inest animalibus. Determinata est, quae alia etiam disconuenientia, vel conuenientia percipit, & talis organum habet certum, inestque etiam apibus & formicis, & hanc distinxit Philopo. Et ex hoc refutatur expositio Aegid. non enim consistit perfectio, vel imperfectio phantasiae in praesentia, vel absentia, sed in eo, quod dictum est.

De gradibus imaginationis.

Vt autem melius ista intelligantur, aduerte primò, q. 1. Metaphisic. tres gradus animalium ponuntur, quae phantasia vtuntur. Primus, est illorum imperfectiorum, qui solam illam indeterminatam imaginationem a tactu non distinctam habent. Secundus, est habentium perfectam cum memoria: & talia sunt animalia prudentiam habentia. Tertius, est eorum, qui simul cum memoria, & imaginatione habent auditum: & haec disciplinabilia sunt: nam auditu percipiunt docentis vocem, memoriam retinet

similes sonos, & assuescunt ad operandum inclinatione quadam, tamen non quicunque auditus sufficit.

Tripliciter enim audire contingit animalia, (vt docet Alber. lib. 8. histo. tract. 5. ca. 1.) quaedam audiunt tantum sonos confusos & omnes vniuersimiliter abque distinctione, quomodo ego puto audire apes. Alia cum sono quadam harmoniam delectant percipiunt, sicut Delphines, & Philomela. Quedam distincte voces percipiunt. Distinctionemque sonorum formant: & haec sunt disciplinabilia. Et attende, multa esse disciplinabilia, quae non apparent in expertis: communiter enim mures indisciplinabiles existimant, & tamen Albert. dicit se vidisse supra mensam murem candellam manibus tenere ad imperium domini alijs conantibus.

Aduerte secundò ex eodem Alberto, loco allegato, quod imaginationis, seu phantasiae perfectio completur ex quatuor, quibus omnibus, vel singulis deficientibus imperfecta est. Primò consistit in sicco, & humido temperato, vt facile recipere, & etiam retinere valeat sicut sensus communis in humiditate multa consistit ad facile recipiendum: memoria verò in siccitate ad retinendum multum. Secundò, in spiritu puro, & mediocri: spiritus enim opaci faciunt res apparere horribiles: in spiritibus enim subiectantur species prius, quam in organo. Tertio, vt via sit legitima, & recta, quae spiritus fluunt: ex obliquitate enim & irregularitate ipsius, accidit in speciebus mutatio. Quarto, nec sit multus calor a corde, vel stomacho proueniens: hic enim multam turbat, & agitat spiritus, sicut nimia frigiditas inertes facit, ac immobiles. Per haec facile est argumenta soluere.

Ad primum, dico, Arist. in 2. de anima esse locutum de imaginatione vniuersali, hic verò de disciplinabili.

Ad secundum dicitur, quod bene concludit habere illa animalia phantasia,

Triplicem animam - liu audi tus differ entia.

NOTA

De imaginationis perfectione seu phantasia.

Ad 1.

Ad 2.

ed non disciplinabilem: hoc autē ne-
at Aristoteles, non illud.

CA PVT QVARTVM.

De parte autem animę.

Text. I.

De intel-
lectu.
Not. ex
hoc loco
Arabes
initium
tertij li-
sumunt.
Duplex
Intel-
lectus
& possi-
bilis.



IC sumunt Arabes initium
libri tertij: nos tamen
Græcorum sectionem se-
cuti, superius principium
fecimus: quidquid tamē
de hoc sit, (quia parum profecto se-
ctio ista conducit,) Aristoteles inten-
dit, postquam de vegetatiuis poten-
tijs ac sensitiuis, tā exterioribus, quā
interioribus disseruit: nunc de intelle-
ctiuis tractare. Est autem duplex in-
tellectus seu intelligendi principium.
Alterum, quod dicitur possibile (aliās
passibile) cuius est rerū formas & spe-
cies recipere, actusque producere. Al-
terū, quod dicitur agens, cuius est spe-
cies in possibile immittere, intelligi-
biliaq; potentia, facere actu intelle-
cto: de utroque principio sermonem
textit.

Triplex
status in
tellectu
possibi-
lis.

Viterius. Intellectus possibilis tri-
plicem sortitur statum. Primus est, cū
in potentia est, id est, cū nihil habet
eorum, quę intelligenda sunt, sed so-
lūm habet suā naturam, & essentia.
Alter est, cū iam habet aliquo mo-
do, quę intelligenda sunt quāuis nō
operetur, diciturq; Intellectus in ha-
bitu. Tertius est, cū operatur & intel-
ligit, vocaturque Intellectus in actu:
quam distinctionem notat Philo. & in
eius declaratione impugnat Alexan-
dram: quod etiam nos magis post hęc
discutiemus.

Quę, &
quot de
intelle-
ctu tra-
ctanda
sint.

Iam verō ex his Aristotel. intentio
manifesta est: intendit enim tractare
quatuor: de Intellectu possibili secun-
dum se, & in potentia, de Intellectu in
habitu, de Intellectu in actu, & de In-
tellectu in agente.

In textu igitur presenti suam pro-

ponit intentionem in communi, dicēs
duo. Alterū est, quōd speculatio præ-
sens, est de parte animę, qua ipsa ani-
ma cognoscit, & sapit. Alterum est, q
de hac parte duo tractanda sūt. Prius
est, quomodo pars ista, & facultas in-
telligendi differat ab alijs cognoscen-
di facultatibus? Posterius est, quomo-
do fiat intellectio?

Et quia tu posses obijcere Aristote
li, quōd oportebat aliud prius deter-
minare, id est, an ista facultas & poten-
tia sit distincta ab alijs, secundum sub-
iectum & magnitudinē, vt voluit Pla-
to, qui intellectum in cerebro posuit?
an non sit distincta, secundum subie-
ctum, sed ratione & definitione solū,
sicut vegetatiuum, & sensitiuum?

Huic respondet, quōd parum refert
ad alia. duō propōita determinanda
id discutere: quidquid enim dicat, ad-
huc illa duo tractanda sunt. Adde tu
etiam quōd ex horum duorum discus-
sione illud manifestū fiet. Hęc est (vt
puto) fidelissima & notanda huius lo-
ci expositio: quę tamen alij dicāt refe-
rā, vt magis data expositio probetur.

Quadruplex est in huius loci expo-
sitione: discordia inter Interpretes.
Prima est quid per animę partem in-
telligi debeat? Philop. enim animam
rationalem intelligit. Putat enim par-
tem sumi pro specie: est autem ratio-
nalis anima species animę. Sed ista ex-
positio manifestē ex ipsis verbis rei-
jicitur. Dicit enim de parte, quā anima
sapit, & cognoscit, quōd si pro specie su-
merer, non oportebat sic dici, sed de
parte animę, quę sapit & cognoscit.

Eodem argumentorefellitur expo-
sitiō Auerr. qui per partem intelligit
speciem, hancq; putat esse cogitatio-
nem, quę est anima quędam sensitiua,
quā homo ab alijs distinguntur.

Sed hęc expositio est prorsus extra
sensum verborum, imō ei contraria:
quia per hanc non sapimus, nec intel-
ligimus: & præterea, quia de tali par-
te quæ-

obiectio

Solutio.

Quadru-
plex cō-
trouer-
sia Inter-
pretum.

Prima
discor-
dia qd
intelli-
gat. Ari-
stot. per
animę
partem.

Prima
exposit.
Philop.
Reijcit
exposit.

2. Expō.
Auerr.
Reijcit

2. Expō.

te querit, quomodo à sensitiuis facul-
tatibus distinguatur, quomodoq; fiat
ipsius operatio, scilicet, Intellectio:
quę tamen non possunt adaptari ani-
mę cogitatiuę. Adde etiā, quōd hęc
sensitiua est, & cū sensitiuis alijs tra-
ctata est, nec in toto hoc libro. vllum
sit verbum de ipsa: & hic aduerte quā-
tūm ab Aristot. sit alienum deliramen-
tum Auerrōis.

3. Expō
Simpli.
& d. Th.
& verior

Tertia expositio est Simpli. & The-
mist. S. Thom. & aliorum, per partem
animę intelligēdum esse ipsam facul-
tatem, & potentiam, quę dicitur In-
tellectus possibilis: nam per hunc in-
telligit, & sapit anima, & hęc nos ex-
positionem secuti sumus. Ex quo fit, q
in isto textu proponitur prius tractan-
dam de Intellectu possibili in poten-
tia, & secundum se.

2. discor-
dia ē nu-
mero qd
nū quas
pponit
Aristot.

Secunda discordia est circa nume-
rum quęstionum. Simpli. & Philopo.
tres quęst. dicunt hic proponi de ista
animę parte. Prima: an sit separabilis
secundum magnitudinem? an tantum
ratione? Secunda: quomodo distingua-
tur ab alijs facultatibus? Tertia: quo-
modo fiat intellectio?

1. sentē-
tia Sim-
& Philo-
2. sentē-
tia D.
Tho. &
Themist.
&c.

Themist. verō quem sequitur Auerrō.
D. Thomas & alij, solūm duas vlti-
mas proponi affirmat: & nos hoc secu-
ti sumus. Illa enim prima non per se
proponitur tractanda, sed solūm, non
necessariē esse, ostenditur ad alia duo
inquirenda. Et hoc ipsa litera satis ma-
nifeste stat.

3. discor-
dia ē se-
cū. 1. qd
nis.

Tertia discordia, est de sensu prime
quęstionis. Philopon. enim vult, quōd
sit iste, an rationalis anima sit immor-
talis, nec ne? & de quauis hęc expositio
aliquo modo defendi possit, tamen
litera non videtur admodum quadra-
re. Oportebat enim sic dicere: an ani-
ma sit separabilis à magnitudine re,
an sola ratione? non autem sic dicit,
sed aliter, putā: an sit separabilis se-
cundum magnitudinē, aut tantum rati-
one.

Philop.
sentētia

Aliter explicant Simpli. Themist.
S. Thom. & Auerr. atque alij putā, an-
talis facultas distincta ab alijs, fortia-
tur corporis partem, vt volebat Plat.
differatque subiecto: an non, sed simul
eadem corporis parte sit cum alijs po-
tentijs, ratione q; & definitione ab
eis differat? Et hęc est optima expo-
sitiō, nosq; hęc secuti sumus.

Quarta discordia, est de sensu secu-
dę illius quęst. Simp. enim putat hęc
esse sententiam: quę sint ipsius intellectus
differentiæ, quibus diuiditur? At The-
mist. Philop. Auerr. S. Tho. & alij, pu-
tant esse sensum, quę sit differentiā In-
tellectus à reliquis facultatibus? & nos
ita recipimus tāquam litera & Aristot.
conformis, cum id postea Aristot. tra-
ctet. quāuis forsā melius exponē-
mus, vt vtrumque significetur.

Alia est circa verba discordia. Sim-
plic. per, Cognoscit, intelligit, in vni-
uersali; omnem cognitionē, vt postea
restringatur per Sapit, q; significat cō-
gnitionem Intellectus.

Philop. & Themist. per, Cognoscit,
speculationem: per, Sapit, practicā
intellectionem exponunt.

At S. Thom. per, Cognoscit, appre-
hensionē Intellectus: per, Sapit, iudi-
cium exponit, & profecto omnes expo-
sitiones bonę sunt. Mihi magis placet
S. Tho. expositio, quia omnes opera-
tiones Intellectus comprehendit: nā
sub illis duobus concluditur tam pra-
ctica, quā speculationia cognitio: erit
enim iudicium practicum vel specula-
tium: & similiter apprehensio.

Si igitur est ipsum intelligere.

Text. II.

Propōitis duob. de Intellectu pos-
sibili seu potentia discutit, nunc
priorē quęstionem discutit, vt bene
notat Philopon. quāuis Simpli. vlt
posteriorē.

Quia verō prior quęstio circa ipsius
naturam Intellectus versatur, tālem
naturam explicare conatur; duo trā-

2. senten-
tia veri-
rior Sim-
pli. The-
mist. &
D. Tho.

4. discor-
dia de se-
cū secun-
dę qd nis

1. sentē.

5. discor-
dia, qd
intelli-
gat Arist.

per ver-
bū, Cog-
noscit, &
Sapit.

1. sentē.
Simpli.

2. sentē.
Philo. &
Themist.
&c.

3. sentē.
verior
D. Tho.

Naturę
Intelle-
ctus quę-
sit.

Primò est in pura potentia. Alteru est, quòd intellectus est potentia, nihil actu habens eorù, quæ intelligenda sunt, an tanquam intelligantur: sed sicut materia ex se est pura potentia in genere naturalium, ita intellectus in genere intelligibilium.

Secundò non est organica potentia: nec utens corpore, ut instrumentu ad operandu.

Primò probatur primò. Hæc duo probat, & in probatione prioris utitur similitudine sensus, facitq; hoc argumentu. Sentire est pati quoddam: at intelligere est velut sentire: ergo intelligere est quoddam pati.

Ne autem aliquis putaret intelligere esse pati, prorsus eodè modo, sicut sentire, addit, esse pati, aut quid simile: quantum enim non sint prorsus similia, ut dicitur: tamè in hoc conveniunt, quòd intellectus, & sensus ab objectis recipiant formas.

Alteru expò. Potest etiã alia esse expositio, quòd ob id dicat intelligere esse simile, ac pati: quia id non est vera passio corruptiva. Impassibile ergo oportet resse.

Progressu in eadè ratione in ferendo duo. Prosequitur argumentum factum, & exclusionem infert duo. Alterum est: si intelligere est pati, simile sicut sentire, ergo intellectus impassibilis est passione corruptiva, sicut & sensus: id est, dum intellectus intelligit, non corrumpitur, sed potius perficitur.

Alteru est: quòd si intelligere est quoddam pati, intellectus erit susceptivus formarum, & specierum intelligibilium, ita ut non habeat illas ex se, actu: tunc enim non pareretur recipiendo, sed solù haberet eas ex se potentia.

Deniq; sub hoc comuni scito cõprehendit, quòd sicut sensus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia se habet: sensus enim quæ sentit, non habet in se actu, ut visus non patet coloratus: ita nec intellectus habet ea, quæ intelligit.

Et nota verbum illud: (Et non hoc) sensus est, quòd ex se intellectus est potentia omnia, quæ intelligenda sunt,

& non est hoc, id est, non habet ex se actu aliquid intelligendorum.

Neesse est in aq; quoniam. Text. III.

Ex eo, quòd intellectus est potentia intelligibilia, ipsius natura infertur in qua à sensu distinguitur. Est igitur tale argumentu. Intellectus est ex se potentia intelligibilia ea, quæ intelligit: sed intelligit omnia: ergo est in potentia omnia & in hoc à sensu differt. Sensus. n. limitatè aliqua percipit accidentia, & sic non est uniuersaliter in potentia: visus enim colores percipit: ex se igitur actu colorè non habet: non tñ prohibet habere colorè vt alias qualitates: at intellectus, cū omnia intelligat, uniuersaliter est in potentia. Hūc locum post explicabimus late.

Ex hoc laudatur Anaxa. qui intellectū dixit esse incõpositū, & immistū, separatūq; ab omnibus alijs, ex quibus omnia sunt cõposita. Et hoc habet intellectus, vt dominetur omnibus.

Explicat autem, dominari omnibus esse intelligere omnia: subdit ratione huic. Quia, si in se haberet actu aliquid, non posset illud extra cognoscere: vt si visus haberet colorem aliquè, simile colorem extra non perciperet, sicut in tactu apparet. Et hoc significat verba Aristote. quæ sic se habent: (Tactus apparet, id est, quod est intrinsecum, & in actu in ipsa potentia, prohibet cognoscit ea similia, quæ extra sunt, & aliena.)

Quare neque ipsius ulla est natura.

Text. V.

Infert tandem illud vnum duorum, quæ supra opposuimus: id est, intellectum esse in pura potentia, in genere intelligibilium, nihilque ex se habere aliud, quàm quòd potentia sit, recipereq; possit. Vnde facultas hæc, quæ anima intelligit, & existimat, id est, apprehendit, & iudicat, est potentia intelligibilia, antequam ipsa intelligantur, nullusque actus intelligendi ei à natura inest.

In quo Intellectus differat à sensu.

Laudatur Anaxa. quòd intellectū fecerit immistū & separatū.

Explicatio aliorum verborum Aristot.

Quòd intellectus sit in pura potentia in genere intelligibili.

Vnde

Vnde nec rationabile est ipsum mistum. Text. VI.

quòd Intellectus sit immistus, in quo uti corpore, vt instrumentu, vel organo. Infert modò illud secundum quod dicebamus: id est, intellectum non vt corpore, vt instrumentu, vel organo, & hoc vocat non misceri cum corpore. Vt enim alibi diximus, hoc differt sensatio ab intellectu, quòd sensatio eliciatur à coniuncto, ob id sensus potentia in coniuncto est: at intellectio non à coniuncto: immediatè, sed à sola anima, elicitur: ob id potentia intellectus in anima sola immediatè inest: & hoc vocat modò Aristoteles, intellectum non esse mistum.

i. Ratio. Hoc autem probat duplici ratione. Prior est. Si intellectus esset mistus, & organica potentia, tunc esset calidus, & frigidus, afficereturque alijs qualitibus corporis: sed hoc esse non potest, quia debet esse in pura potentia, vt probatum est: ergo non est potentia organica. Maior nota est: ob id enim sensus participat corporis qualitates; quia immediatè in coniuncto est, cum sit organica potentia: quòd si ita se haberet intellectus, similibus qualitibus afficeretur.

Dubiū. Dices: Nonne intellectus est etiam in corpore, cum anima rationalis sit forma, ergo eodem modo dicitur calidus, vel frigidus, sicut sensus?

Solutio. Respondeo, esse magnum discrimen inter sensum & intellectum: subiectu enim immediatū sensus afficitur per se qualitibus illis, quia coniunctum est, & corpus, per quod proximè sentit qualitates, puta, oculus, aures, & cetera organa. Vnde fit, vt per se sensus indigeat illis qualitibus, quæ dispositiones sunt eius, quod primò sentit, & ipsi immediatè insunt, quia corpus est.

Ad subiectum immediatum intellectus non afficitur per se illis qualitibus: est enim anima sola, quæ per accidens dicitur calida. Vnde intellectus non sic indiget qualitibus ex

parte principij, & subiecti: sed ex parte obiecti, quatenus sumit à sensu organico, quæ intelligenda sunt: & sic est intelligenda Aristotelis ratio prior.

Posterior est. Si intellectus esset organica vis, aliquod ei organum & instrumentum particulare responderet: vt in singulis sensibus fit: at nullum in humano corpore tale apparet. Nec valet dicere, occultum esse? quia cum illud foret omnium organorum primū, maximè esset manifestum.

Et notandum, quòd non dixit, si intellectus esset mixtus, haberet organum: si ita enim diceret, esset idem antecedens, & consequens: quia mixtum esse, significat habere organū, sed ita dixit, si mixtus esset, haberet organū aliquod distinctum, & determinatum. Et perpende valde hæc verba, quia in ipsis errant non pauci.

Et bene utique, qui dicunt.

MVLtū est huius loci notanda expositio, quàm non multi assequuntur, nec cum præcedentibus continuant. Sensus hic est: cum dixisset, intellectum non mixtum esse, id est, non organicum, (quod non erat aliud, quàm dicere, animam ipsam solam intelligere primò, non autem corpus) hoc idem confirmat ex Platone, qui dixit, animam locum esse formarum: id est, species, quibus cognitio fit, in anima ipsa primo recipi, non in coniuncto, nec in corpore.

Quantū hoc dictum sit limitandum dupliciter. Primò, quia non de omni anima hoc intelligendum est, sed de intellectiva, sensitiva: nam species non suscipit, nisi simul cum corpore. Secundò, limitandum est, quòd formæ non insunt in anima actu, vt volebat Plato, qui simul animam esse dicebat eū speciebus omnibus, & habitibus à principio, & scire, erat reminisci. Hoc non ita est: sed ei insunt potentia, quia potest de nouo capere.

2. Ratio.

Nota:

Confirmat idè ex Plat.

Limitat sentent. Platon.

1

2

Quòd

Quod autem non similis sit impassibilitas. Tex. VII.

Quod a liter sensus pariter Intellectus, atque inde sit potentia in organica. Nota.

CVM textu secundo dixisset, non omnino simile esse passionem sensus, & Intellectus, id nunc ostendit ex dictis, quomodo accidat, & quare. Dicitur crimen igitur experientia hac comparitur, cum vehemens sensibile percipitur, manet sensus impeditus per tempus ad sentiendum alia, & aliquando destructus, ut notum est in vehementi sono, vel lumine, vel alio quouis: at Intellectus, cum altissima speculatur, & difficilissima, non impeditus manet, imo ap. ior ad aliorum speculationem.

Discrimen igitur manifestum est: causa verò non est alia, quam prædicta. Est enim sensus cum corpore, id est organica potentia: corpore autem patiente a vehementi sensibili, læditur potentia. At Intellectus non est organica potentia, nec per corpus intelligitur: ob id non habet, unde lædatur ab obiecto: nam anima, secundum se, non patitur læsionem passionem.

Nota, quid sit Intellectus esse separabilem. De Intellectu in habitu quid sit.

Nota, Intellectum esse separabilem significare, non esse organicum: nec in operatione sua a corpore pendere: ut a coniunctio, causa, vel principio. Cum autem sic singula factus est. Tex. VIII.

DE Intellectu in potentia hucusque egit, nunc tractat de Intellectu in habitu. Dicit autem primum, quod Intellectus habitu etiam cum habitu est, est in potentia, sed aliter, quam erat sine habitu. Hoc autem in duobus consistit. Primum, ut possit operari, & intelligere cum velit. Secundum, ut possit Intellectus habitu se ipsum intelligere: quæ duo non insunt Intellectui in potentia.

Explicat autem, qualiter se habeat Intellectus habitu, dicens: quod Intellectus habitu est factus iam ipse res in intelligibiles, id est, actu habet rerum species, sicut habet res, qui actu scit, & contemplatur, quantum differat ab eo: quia non actu operatur semper, sed cum vult is, qui habet tale Intellectum. Et ista

est huius loci declaratio. Debet enim sic coniungi, & connecti. Cum Intellectus est factus omnia, seu res intelligibiles sicut est factus Intellectus actu, non quod actu, sed habitu, ut possit operari: tunc talis Intellectus, id est, habitu, est etiam in potentia, quantum aliter, ut diximus.

An Intellectus secundum se sit pura potentia. Quest. IX.

ARdua valde est ista difficultas, cuius occasionem nobis dat Arist. qui tex. 5. asserit, non aliam esse Intellectus huius naturam, quam esse potentiam omni actu privatam, quod eo argumento probavit, quia omnia intelligit: debet ergo secundum se denudari ab omni actu. Hoc autem intelligendum est de eo Intellectu, cuius est intelligere, qui dicitur Intellectus possibilis. Quantum autem ardua sit hæc questio, tamen est valde utilis: quippe ex ipsius resolutione convincitur, Intellectum non esse organicam potentiam, nec esse corpus: quæ duo simul multum conducunt ad immortalitatem anime rationalis prædictam.

Ut igitur ab argumentis, quæ difficultatem faciunt, incipiamus: est primum argumentum contra partem affirmatiuam questionis, quod videtur esse Aristoteli. Si Intellectus est potentia intelligibile, cum intelligibile sit ipsum ens, tam substantia quam accidens sequitur quod Intellectus erit potentia & non actu substantia, vel accidens: hoc autem esse non potest: ergo non est potentia omne intelligibile. Minor probatur: quia quod non est actu substantia, vel accidens, nihil est: at Intellectus aliquid esse videtur.

Probatur secundum. Intellectus se ipsum intelligit, ut dicitur tex. 8. ergo ipse est intelligibilis a se: quod si Intellectus est in potentia omne intelligibile, erit in potentia ad seipsum: quod est impossibile.

Probatur tertium. Quod recipit solum, debet

Occasio questio nis.

1. Argu. quod non sit pura potentia Intellectus.

2. Argu.

3. Argu.

debet esse denudatum ab eo, quod recipitur: at Intellectus recipit, non res ipsas, sed rerum species: ergo secundum se debet tantum denudatus esse ab ipsis speciebus: poterit ergo esse actu aliqua res, imò poterit esse calidus, vel frigidus, quia non recipit calorem, sed speciem caloris. Unde quantum actu sit calidus, manet in potentia ad speciem recipiendam caloris externam: non ergo colligitur, quia intelligit omnia, quod nullus debet esse naturæ.

4. Argu. Probatur quartum. Visus percipit colores omnes, & tamen colorem habet: non ergo oportet potentiam denudari ab eo, quod percipit. Minor probatur: quia visus sensorium corpus est mixtum, at omne mixtum coloris est particeps: similiter visus percipit quantitatem, & tamen quantum est ipse.

5. Argu. Probatur quintum contra differentiam inter Sensum, & Intellectum, in text. 7. Nam læso organo corporeo, etiam læditur Intellectus operatio, ut patet in phreneticis, & alijs morbis laborantibus: ergo Intellectus cum corpore est, sicut sensus.

In hæc res sunt tres opiniones: prima est Alexand. de anima, cap. de vi rationali, cuius sententiam citat Philopon in præfati: qui putat Intellectum possibilem esse omnino puram potentiam in genere entis, tam materialis, quam immaterialis: hic enim quantum Intellectum possibilem dicat esse a natura, etiam in pueris existentem, tamen non putat esse aliquam anime facultatem, aut vim positivam, quæ possit intelligere. Hæc enim vis potest aduenit cum ipsa intellectione, & specie, non est autem aliud Intellectus possibilem, secundum ipsam, quam quod anima possit postea, temporis successu, & exercitatione hanc vim intelligendi fortiri: quod magis explicabitur inferius: hoc modo Intellectus possibilis, pura est potentia, nihil habet actus. Hæc eadem sententia est etiam Aureo-

li, qui lib. 6. ut refert Caprè. Sent. d. 3. q. 3. putat Intellectum esse puram potentiam in genere entis materialis, vel immaterialis, cum utrunque intelligat.

Altera sententia est aliorum, qui Intellectum actum quendam esse dicunt: exponunt autem Aristotelis dictum hoc modo, quod Intellectus est pura potentia, id est, nullam ex se habet speciem obiecti intelligibilis, ut volebat Plat.

Hæc expositio rei reiicienda est: quia si Aristot. vellet dicere, Intellectum esse in potentia ad recipiendas species, tamen in se esse aliquam naturam actum eorum, quæ intelligibilia sunt: tunc ex hoc non probatur, quod esset non mixtus, & non organicus. At Aristot. probat non esse organicum, quia tunc actu esset calidus, vel frigidus, quod esse non potest, cum sit potentia: ergo intenditur quod actu nulla est, natura coram, quæ intelligi debent.

Tertia sententia est Philopon. Simplicii, & Themist. qui Intellectum aliquid actu esse docent: dicunt tamen ipsum in genere intelligibile esse puram potentiam: quod idem affirmat S. Thom. q. 8. de veritate.

Dices tu: Quid significat istud, quod Intellectus in genere rei, sit actus tamen in genere intelligibilis, sit pura potentia?

Hoc opus, hic labor est. Insudarunt multi illustres Philosophi in huius rei discussione. Aliqui verò non intelligentes, negauerunt doctrinam Aristotel. & communem. Dicam ergo, quod mihi post longum studium, multamque huius rei meditationem cognoscere datum est.

Sit prima conclusio. Intellectus est denudatus ab omni natura, cuius primò speciem recipit, & ab omni eo, a quo primò mouetur.

In huius declarationem aliqua sunt notanda. Primum est, duplex esse obiectum Intellectus. Vnum motum tantum, alterum terminatum, & aliquo modo

quorundam opinio.

Reiicitur hæc opinio.

3. Opin. Philo. & Simpli.

Dubium.

Respons.

1. conclusio. Intellectus est denudatus ab omni natura, cuius primò speciem recipit, & ab omni eo, a quo primò mouetur.

recipit. modo simul motuum. Id dicitur motuum, quod speciem imprimat ipsi Intellectui, quanuis non sit ipsum, quod cognoscitur ab Intellectu. Terminatiuū est & aliquo modo etiam motuum, quod cognoscitur ab Intellectu, & ipsius etiā species in Intellectu est.

Intellectus motuum obiectum, est phantasma sensibile, id est, species recepta in imaginatōe; nihil enim in isto statu potest Intellectum nostrum primò mouere ad intelligendum, nisi sensibile phantasma: non tamen phantasma est obiectu terminatiuum, quia non est ipsum, quod Intellectus intelligit. Terminatiuum autem est natura, & res in phantasmate inclusa, & per speciem representata, quæ est natura etiam sensibilis, aut ordinem habens ad sensibilia.

Vnde, si obiectu proprium, & adequatum motui Intellectus nostri pro statu, quo in corpore est, consideretur non est aliud, quam ens sensibile: non enim per alias species, quæ sensibilia rerum, vel ad ipsas ordinē habentium intelligimus, cum à sensibilibus phantasmatis sint abstractæ.

Alterum est notandum: quod cum in aliquo subiecto est actu aliqua forma, nō potest in eo recipi alia similis, nec ipsius species intentionalis. V. g. ubi calor est, non potest recipi alius calor similis, nec ipsius species. Quantū enim ad hoc, æqua est conditio rei, & speciei ipsius, vt bene dixit Iandu. q. 4. Et hoc experientia constat. Oculis enim colorem habens realem, impeditur à recipienda specie illius coloris similis: & auditus habens realem sonum, impeditur à recipienda specie alterius soni: similiter in alijs sensibus. Et hoc multum est notandū pro intelligentia huius doctrinæ Aristotelicæ.

Nota tertio, quod potentia cognoscens non debet absolute denudari ab actu, nisi ab eo solum, à quo patitur, & cuius speciem in se recipit. Vnde,

oculus ab illis coloribus est denudandus, à quibus mouetur, & quorum species habet & recipit: nō autem ab alijs accidentibus.

Ex his sequitur declaratio, quomodo Intellectus est pura potentia. Intellectus enim non patitur nec speciem recipit, nisi à phantasmate, & naturis sensibilibus: solū enim hæc sunt, quæ ipsum agunt: erit ergo Intellectus denudatus ab omni natura sensibili, illaq; erit sensibilis natura. Hoc tamen non arguit, non esse alicuius naturæ, imò cōuincit, esse alicuius naturæ spirituales, & incorporeæ, cū debeat denudari à naturis corporeis, à quibus patitur.

Per hæc manifesta est Cōclusio. Manifesta etiam est sententia tertia Græcorum, quod Intellectus est pura potentia in genere suorum intelligibilium: nō enim est vlla natura corporea, quæ est primò intelligibilis à nobis, & cuius speciem Intellectus recipit. Et hæc est causa (vt dicemus) cur seipsum intelligere nō possit primò: nō enim est natura sensibilis, quæ sola Intellectu mouet. Vnde eleganter sanctus Thomas, 3. Cōtra gen. cap. 43. dicit Intellectum possibilem tantum esse potentia ea omnia, quæ virtute Intellectus agentis cognoscitur. Hæc autem non sunt nisi materialia.

At, vt magis ista declarētur, propono aliquot dubia. Primum est: Si Intellectus non est eius naturæ, cuius speciem recipit, sequitur, quod vna anima separata non possit recipere speciem alterius anime: nec vnus Angelus speciem alterius: quia sicut natura corporea nō potest recipere speciem similis naturæ, ita nec vnus Angelus, vel natura incorporea speciem alterius: cuius tamen oppositum docet Theologia, quæ in animabus, & angelis species infusas ponit.

Hoc dubium fateor, quod difficile est soluere, imò ex hac parte arguētum Arist. videtur claudicare. Dico tamen

nudata ab omni actu, sed ab eo tantū à quo patitur. Ex dictis probatur cōclusio

Confirmatur ratio, & declaratur quō Intellectus est pura potentia in genere suorum intelligibilium.

Nota, cur Intellectus seipsum non primo intelligat.

Solutio.

ment pro ipsius defensione, quod si species in anima separata esset, sicut species hæc inferiores, non possent recipi in ipsa aliarum animarum species: at non sunt: est enim duplex discrimine. Species enim illæ animarum: & Angelorum non sunt adæquatæ vnus, imò per vnā speciem multæ naturæ distinctæ comprehenduntur: ob id species non est adæquata, & propria vnus obiecti, nec eiusdem ordinis. Alterum discrimen est: quia illæ species sunt exemplaria, in quibus lucent, & representantur res cognitæ ab ipso Intellectu: non autem sic sunt species inferiores, sed sunt principia adæquata, quibus Intellectus percipit obiectum, à quo eam speciem recipit: & talem speciem non posset vnus Intellectus habere alterius, vt bene concedit Capreol. 2. Sec. d. 1. q. 3.

2. dubiū. Alterum dubium est: Quia non videtur Intellectus esse pura potentia in ente sensibili, quia immutatur ab omnibus sensibilibus phantasmatis: nā sensus cōmunis recipit species omnium sensibilibus, non tamen est pura potentia, imò est in corpore sensibili.

Responso primo. Respondeo, esse disparē rationem primò, quia non immutatur immediate à sensibilibus, sed per alios quinque sensus: at Intellectus immutatur immediate ab omnibus phantasmatis.

Secūda. Secūdo, quod magis ad rem est. Sensus communis non percipit integre sensibilia illa omnia, sed secundum gradum aliquem: non enim calorem percipit, nec alias tangibiles qualitates in quocunq; gradu, sed in excessu, sicut & tactus percipit: at Intellectus de omni gradu indicat: ob id ab omni etiā gradu debet denudari: & sic prorsus incorporea erit. Hæc igitur sunt, quæ mihi in huius declaratione dicenda visa sunt.

3. cōclusio. Intellectus sensibilis non est virtus organica, quæ per corpus intelligat, sicut sensus. Hanc

probauit Aristot. tribus rationibus in textu. Prima est. Intellectus patitur à quacunq; natura sensibili: ergo denudatus est ab omni natura sensibili: sed si esset virtus organica, non denudaretur etiam ab omni natura sensibili, sicut nec sensus, vt notum est: ergo Intellectus non est vis organica.

Secunda est. Si esset vis organica, aliquod fortiretur organum determinatum, sicut patet in alijs cognoscituis potentij organici: at nullum tale organum inuenitur.

Tertia est. Omnis virtus organica legitur ex cognoscibili vehemēti, vt notum est in omni sensu: at Intellectus nō legitur, sed potius perficitur ex suo vehemēti cognoscibili: ergo non est vis organica. Hæc sunt rationes Arist. possumus etiam alia superaddere.

Sit quarta ratio. Omnis organica virtus debilitatur, corpore debilitato: at Intellectus non debilitatur, imò augetur potius: ergo non est organica virtus. Discursus est notus. Maior probatur: In senio enim ex corporis debilitate omnes sensus, & potentie nutritive minuantur, & deficient. Minor patet: nā tunc viget Intellectus: in senibus enim prudentia est.

Hoc etiā manifestum est in somno: ligatis enim sepe corporeis virtutibus aliquādo mirabilia intelligimus, & distinctius, quam vigilantes, quod argumento est, non esse Intellectum vim corpoream, nec organica.

Quinta. Virtus organica intelligit, seu percipit obiectum cū loco, figura, quantitate, & accidente sensibili, vt patet per omnes sensus interiores & exteriores, at Intellectus ab omnibus illis abstrahit, dū vniuersale cognoscit, dū rei quidditatem contempletur: ergo non est organica virtus.

Sexta. Virtus organica non sentit, quæ sunt in se, vt tactus nō percipit sui organi qualitates: at Intellectus percipit habitus, species, actus, quæ in se sunt vt potest

sibilis nō est virtus organica. 1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio Nota.

Confirmatur ratio.

5. Ratio.

6. Ratio.

post dicemus: nō est ergo vis organica.
7. Ratio Septima. Si esset potentia organica, ergo, corrupto organo, corrumpetur, & ita sequeretur, animam post mortem carere intellectu, & ita nil intelligere omnino: quod & absurdum est, & erroneum. Hæc argumenta sufficiant pro præfenti conclusione.
3. cōclu. Tertia Conclusio. Intellectus non est corpus, seu Anima intellectiva nō est corpus. Hæc probatur omnibus rationibus, quibus probata est conclusio præcedens, id est, Intellectum nō esse virtutem organica. Probatur etiam illis rationibus, quibus probatum est superius, Animā nō esse corpus, quas omnes nō opus est repetere. Superest igitur ad argumenta respondere.
Ad 1. Ad primum aduerte, obiectum, Intellectus esse duplex. Alterum vniuersalitatis, alterum primitatis, seu modificationis. Vniuersalitatis id est, quod continet quiddam ab intellectu quocunque modo cognosci potest: & hoc est totum ens completens substantias materiales, & immateriales, & omnia. Primitatis id est, quod primò moues, seu motiuū, potest imprimere speciem suā in ipsum Intellectum, & hoc non est totū ens, nisi sensibile: ab hoc enim mouetur per species receptas à phantasmatis: immateriales enim (vt docet Theologi,) non possunt imprimere speciem suā in animam nec separatam, nec coniunctam. Vnde Deus non videtur in cælo per speciem creatam, Angeli videntur quidem per species, sed non productas ab ipsis imprimentibus in alios Intellectus, sed à Deo infusas.
Solutū argum. Dico igitur, quod Intellectus est in potentia ad totum illud intelligibile, à quo patitur, & cuius specie recipit: cum autem hoc sit sensibile solum, Intellectus nō erit villa corporea, vel sensibilis natura, erit tamen spiritualis, & incorporea.
Ad 2. Ad secundum dico, quod intellectus

nō intelligit se directè, vt ostendemus in quæst. sequenti, sed indirectè, & per speciem alterius. Vnde non oportet, vt denudetur à seipso, sed ab illius natura, à qua speciem recipit, propria.
Ad 3. Ad tertium solutio nota ex his, que notauimus circa primam Conclusionem: vbi diximus, quod quantum ad hoc eadem est ratio rei, & speciei ipsius. Oculus enim habens colorem, nō solum aliu, aut simile, non potest percipere: sed nec ipse recipere speciem: & sic in alijs sensibus: erit ergo idem in intellectu.
Ad 4. Ad quartum dico tria. Primum est, quod oculus nō denudatur à quanto, nec à sensibili communi, quia non recipit ipsius speciem: sed proprii sensibilis.
2. Dico secundò, quod oculus non omnino colore priuatur: habet enim quandam imperfectum, id est, diaphanum. Si tamen diaphaneitatem colorem vocare licet: ob id nō percipit omnes colores in quocunque gradu: vnde non videmus diaphana, nisi ex oppositione coloris opaci. At intellectus, vt diximus, de omni gradu coloris, & qualitatis iudicat, ob id simpliciter est denudatus.
3. Dico tertio, & melius, quod non est necessarium, vt omnia mixta habeant colorem, sed esse possunt diaphana, & perspicua, vt vitrum, & crystallum, & adamas: quia diaphaneitas non est color, & talis est oculi pupilla, imò & omnino perspicua nil verat esse: à que idè omnia diaphana mixta possunt omnium colorum species recipere, & plus, aut minus, quo magis, vel minus sint diaphana. Imò quauis aliquem tenuem colorem habeant, modo sint diaphana, non impedit receptionem specierum.
Ad 5. Ad quintum. Fateor, Intellectū aliquando impediri, organo læso: sed tale impedimentum est ab extrinseco, quæ læditur, id, in quo sunt phantasmata,

mata, quæ ipsum mouent: sensus autem læditur ab intrinseco læsione proprii subiecti.
Confirmatio solutio exemplo Er est exemplum appositum satis. Oculus non bene iudicat aliquando, quia ipse est male dispositus in se: aliquando cum obiectū non est bene dispositum, vel quia distat, vel quia medium nō est rectum. Dico igitur: quod læsio Intellectus, læso corpore, est similis secundò modo: nam motiua Intellectus erant in corpore: at sensus læsio ex læsione corporis est primò modo. Aristot. autem non in his læsionibus argumentum fundat: (tunc enim id discrimen sensus, & Intellectus probandum erat.) Sed in hoc, scilicet, quod vniuers obiectum lædit, alterius perficit potetiam suam, cum vehemens est: quod indicat, sensum esse vim organica, non autem intellectum. Et ista sufficiant de hac questione.
An Intellectus possibilis sit potentia anime? Vel: (quod in idem recidit) an Intellectus possibilis sit in forma, an substantia separata? Quest. X.
Quod vtraque questio in idem recidat.
Difficultas hæc cum alia coincidit: putat: an Intellectus possibilis sit substantia, & non informans corpus, seu virtus talis substantiæ separata? an non sic, sed sit forma informans, seu virtus forma informatis materiam? Idem enim est ferè, petere, an sit forma, seu ipse virtus: non enim virtus operatur sine eo, cuius est virtus, ob id per Intellectum communiter subiectum, cum ipsa intelligedi, sumunt: subiectum, in qua, proximum: & immediatum: sicut visus potentia cum organo operando dicitur, similiter quilibet alius sensus.
1. Argu. Sunt igitur argumenta, quibus probari videtur, Intellectum possibilem esse separatum, & non informantem. Primum est ab autoritate: Aristot. scilicet se emittit attributa concessit Intellectui possibili, id est, quod sit impassibi-

lis, quod sit immixtus, quod sit separatus: Sed hæc non possunt competere Intellectui, si sit forma in materia: ergo est separatus, & assistens tantum. Discursus est notus cum maiori. Probatur minor. Si enim est forma in corpore, patietur simul cum corpore coniuncto: sicut & alie formæ: erit etiam mixtus cum qualitatibus sensibilibus, sicut & alie formæ: non erit nisi tantum ratione separatus à materia: ergo si in materia est intellectus opposita attributa fortietur.
2. Argu. Secundum argumentum est. Obiectum habet proportionem cum potentia: sed Intellectus obiectum, est vniuersale abstractum: ergo & ipse intellectus erit abstractus, & non singularis: zatus per aliquam sensibilem materiam. Consequentia probatur à simili. Vt enim sensus obiectum, singulare est, sensusq; singularis, ita intellectus erit abstractus cum suo obiecto.
3. Argu. Tertium est Auerro. Si intellectus possibilis non est abstractus, aut est virtus organica, aut virtus limitata, & contracta corpore: sed vtrumque repugnat Intellectui possibili: ergo est abstractus. Maior est nota. Minor patet: quia si est singularis per materiam, non recipit speciem, nisi singularem, & sic non vniuersale cognosceret.
4. Argu. Quartum est Auicennæ Vniuersale cognitum ab intellectu: vel ex se habet vniuersalitatem? & hoc non, quia tunc essent vniuersalia in rebus actu, ante opus Intellectus: vel habet ab intellectu? quod si id ita est, ergo Intellectus ex se vniuersalis est: aliter non daret alteri vniuersalitatem.
5. Argu. Quintum argumentum est Themist. cap. 32. Principia cognitionis per se nota eadem sunt pro omnibus, similiter idè ab omnibus cognoscitur: ergo intellectus omnium vnus & idem est: ergo nō est in materia: aliter enim multiplicaretur pro individuorum multiplicata. Hæc sunt argumenta in hac re.

V Quid

speciei? ergo habet potentiam ad omnes Intellectus agētes alios, qui sunt eiusdem speciei. Erit ergo anima trās mutabilis: quod falsum est: non ergo anima materiam habet.

2. Ratio Secundum argumentum est contra finicā eos, qui vnicā in omnibus intellectuam animā ponunt, quā sū Intelligentiā aliqua separata, & spiritalis. Si tamen erentis intelligētia aliquid habet, ut materia in hominibus. s. quod quid est: hoc autē est manifestē contra Arist. 8. Metaph. tex. 16. qui in intelligentijs, & separatis, idē dicit esse se quid, & quodquid. Sequela patet: & pbatōne nota, quid, appellari ipsam naturā rei: quodquid, ipsam suppositū, & habens naturā. Arist. putauit in cōpositis substantijs non esse idē quid, & quodquid: nam quodquid includit materiam: in his tamen, quā materiā non habent, quia nulla est alia substantia, nisi forma per se, ob id dixit, esse in separatis, idem quid, & quodquid. Hęc est sententia Arist. ut quilibet in eo versatus facillē recipiet.

Primò. Ex hac manifestē probatur intentum. Si talis Intelligētia, aliquid, ut materiam, habet aliquid, ut formam re distincta: ergo. nō est in ea idē quid, & quodquid: non ergo est substantia spiritalis, nec æterna: quales ponit Arist. Intelligētia. Hoc argumentum puto esse demonstrātionem in doctrina Arist. elica.

Secundò. Secundò item. Si vnicā esset tātum, omnia, quā contra Auerrois vnitatem Intellectus allata superius fuerunt, contra hanc adduci possent: unde eius impietas & error opinionis perspicuē constat.

3. Ratio Tertiū argumentum est generale, siue sit vna, siue plures animę. Anima intellectuā habet materiam: ergo est indiuiduata per materiam: ergo aliquod indiuiduum intrinsecam habens materiam intelligit, id est ipsa anima composita: ergo non intelliget

ipsa vniuersalia. Consequentia probatur, & ad hominem: quia ob id ipsi animam à materia abstrahūt, ut vniuersalia intelligat.

Probat. Sensus ob id vniuersalia non cognoscunt, quia quod sentit, materiam habet: hoc eodem argumento ad probandum, animam non esse compositam ex aliqua materia & forma, vtitur S Thom. 1. p. q. 75. arti. 5.

Quartū argumentū est. Si anima habet materiam: ergo est corpus: hoc autem esse falsum, alibi probatum est.

Dicent isti, q. non est corpus, quia materia hęc nō est capax quantitatis? Sed itā responsionem, nullam esse, ostendo: quia esse corpus, dicit merā substantiam, & in prædicamento substantię est: non ergo, quantitas quicquā facit ad corporis rationem, si materia, vnde substantia, eo ipso, corporea est, quo materiam habet. Quod autē hęc sit capax quantitatis, illa non, nō facit esse corpus, vel non corpus: sed esse aliud, & aliud corpus.

Quintū argumentum est. Aut informantem eam faceret, aut assistentem. Si informantem, iam cōpositum ex materia & forma informantis: & esset forma corporis: q. est ridiculum, & quodammodo implicat, ut materia informantem, vel totum cōpositum simul cum sua materia informet. Si vero assistentē tantū eam animā rationālē faciunt, iam homo nō esset eis essentialiter rationalis. Et omnia argumenta, quā contra assistentem animam sūt, contra hanc quoque militarent. Alijs etiam posset argumentis hęc Cōclusio probari, sed ista sufficiant.

Secunda Conclusio. Intellectus sensibilis non est vis imaginatiua, nec aliqua facultas in corpore immediatē inherens.

Hęc est cōtra Alex. & Auepacē, & manifesta est ex argumentis factis in q̄stione antecedenti, probatibus, Intellectū non esse virtutē organicam.

Confirmatur ratio.

4. Ratio

Reijciūt Solutio.

5. Ratio.

2. cōclu. Intellectus sensibilis non est vis imaginatiua, nec aliqua facultas in corpore inherens.

Adhuc

1. Ratio Adhuc tamen hoc argumento probatur. Quia intellectus sensibilis debet recipere species intelligibiles, cū ipse sit intelligere: at species intelligibiles, cū vniuersalia sint, nō possunt in corpore diuisibili recipi: non ergo imaginatio, vel alia vis similis, est Intellectus sensibilis.

2. Ratio. Addē etiā, quod tunc esset calidus, vel frigidus, sicut sensus: cuius oppositum dicit Aristot.

3. Ratio Tertia Cōclu. Intellectus est vis nō organica animę informantis corpus.

4. Ratio In cuius declaratione, aduertē cū Albert. tract. 2. cap. 52. vbi eleganter hoc tractat, q. in natura hęc iuuenimus scilicet perfectiones rerū pluriū congregari in vnicā substantia, hęcq; operari ea, quā multa per se operantur: in mixtis enim, elementorum operationes inuenimus, in plantis, quę in elementis & mixtis sunt, in animalibus ultra etiā alia plura. Cū autem anima rationalis sit forma naturalis perfectissima, ipsa continet aliarum perfectiones, ut possit ipsa sola exercere, quā alie per se possunt diuisim, ipsa enim cum materia corpus facit: ipsa est motus, & nutritionis principium: ipsa etiam sentiendi causa.

1. Fund. q. anima rationalis, quia fit omnium naturā formā perfectissimā, possit earū ipsarum exercere quāuis anima vna sit in substantia, tñ re operationes. Not. animam habere operationes communes cum superioribus Intellectibus.

2. cōclu. Intellectus sensibilis non est vis imaginatiua, nec aliqua facultas in corpore inherens.

3. cōclu. Intellectus sensibilis non est vis imaginatiua, nec aliqua facultas in corpore inherens.

4. cōclu. Intellectus sensibilis non est vis imaginatiua, nec aliqua facultas in corpore inherens.

nec formaliter, à parte rei in anima & quod essentia, sed solum ratione: in se autē modo in à parte rei est simplex & vna essentia formet, talis formę & animę medię inter corporeas & purę spirituales. & quomodo sit separata.

Obijciē fortasse: Si secundum gradum intellectiui illum non informat, sed est separata: ergo non dat esse rationale homini, sed solum esse animal sensitium vel vegetatum: & ita homo nō esset animal rationale?

Respondēo, quod aliud est, esse rationale, & aliud purum & simplex intellectuum, ut sunt Angeli. Nā esse rationale, propriē dicit discurre ab vno ad aliud, & vñ post aliud, & à se: esse etiam phantasmata medicando. Esse autem intellectiui propriē & simpliciter, dicit simul omnia intelligere, & non vnum post aliud, ut Angeli, & anima etiam in ultimo eius actu contemplationis & sapientię, in quo attingit infimū Angelī. Dicimus ergo animam non solum, quatenus continet gradus vegetatiuos & sensitiuos, informare, sed etiam secundum gradum rationalem, atque ad eō dare toti homini, esse animal rationale: sed secundum illum vltimum intellectuum, in quo conuenit cum Angelis, sic considerata non informat: vnde non facit propriē hominem esse animal intellectiui, ut Angeli sunt, sed esse animal rationale. Hęc ergo satis probabiliter dicuntur.

Solutio. Sed, ut antea diximus, in quaestione alia Secundi libri, melius dicimus: esse vnum solum simplicissimam gradum mediū inter Angelos & formas sensitivas, qui eminenter continet inferiores, & subeminenter attingit infimum superioris, scilicet Angelorum: non per diuersos gradus, sed per vnum & eundem medium inter vtrumque, & ita secundum totum illum informare, & secundum illum posse separari à corpore, quia eminenter continet vtrumque.

Nota ex Ex hoc etiam aliud sequitur, quod, **Nota** cum ex substantia fluant virtutes, & potest operari, ab anima multae fluant tamen intellectus inter alias (quia ab anima separatus est, vel ab illo medio in se continente infimum Angelum) ut talis est: ob id est potentia non organica, quales sunt aliae omnes sensitiuae.

Nota Et ille fuit error Philosophorum ponentium intellectum abstractum: non enim considerant, intellectum nostrum simpliciter non esse purum, sed rationale cum discursu, & coniunctum cum sensitiuo, & vegetatiuo. Fuit etiam error aliorum ponentium intellectum organicum: non enim considerant, intellectum esse qui animam ratione gradus naturae, qui secundum se abstractus est, aut illius medij, quod in idem recipit, ut diximus: & haec philosophia est multum notanda.

Probatur Ex qua patet conclusio posita. Intellectus enim est vis non organica animae, quae quidem forma est corporis, quantum non secundum illum ultimum intellectuum gradum, a quo intellectus fluit. Vel certe, si nolis multos gradus ponere, sed vnum medium: ille vnus medius quia medius est, potest partim separatas potentias producere, intellectum & voluntatem: partim, ad separatas, ut sensus & alia: quia omnia in se in virtute eminenter continet.

Adiicitur Haec conclusio multis testimonijs Aristoteli probata fuit in quaest. de anime in formatione, quibus modo super sedeo, quia volenti ea scire, facile erit questionem relegere.

Adiicitur Vt in eo tamen nunc utar testimonio huius lib. text. 1. ubi ponens, quomodo sensitiuum, & intellectuum principium separantur, dicit, non aliter separari, quam re, quae sentitur, & re, quae intelligitur, puta, singularitate & vniuersale. Constat autem ista non re, sed ratione separari: & hoc est testimonium conuincens.

Ratio etiam est manifesta: quia nihil dat alicui actum secundum, quin det primum: sed intellectus dat homini intelligere: ergo dat prius esse: est igitur forma, vel virtus formae. Alias rationes quaere ibi.

Ex his sequitur quarta conclusio. Intellectus possibilis multiplicatur secundum individuorum multipliciter.

Et haec patet: quia si est virtus informantis formae, haec autem si informat, necessarium multiplicat, ut ostendimus antea: ergo & virtus, & potentia ipsa. Lege sect. 30. Problem. q. 4. ubi haec omnia docet Aristoteli. Superest ad argumenta respondere.

Ad primum, nota Alex. peruersè interpretari illa tria attributa intellectui. Dicit enim, intellectum dici impassibilem, quia non secundum se, sed ratione corporis, patitur. Dicit immixtum, quia non praecessit corpus, quod autem alteri miscetur, est ante mixtionem. Dicit separatum, quia est distinctum à corpore. Sed haec aperte sunt contra Aristoteli. saltem duo vltima. Si enim sic intelligenda essent, non differrent sensus, & intellectus in his: at Aristoteli. vult in eis intellectum differre à sensu: aliter ergo intelligenda sunt.

Dico ergo quod intellectus dicitur impassibilis: quia, dum intelligit, non patitur vera passione, scilicet corruptione: & in hoc non omnino differt à sensu, imò ex parte conuenit. Et Aristoteli. text. 3. & similitudine posita inter sensum & intellectum, intulit esse impassibilem, sicut sensum.

Sed idem Aristoteles, text. 2. & 7. dissimilitudinem inter vtrumque posuit, & inter vtriusque passionem, & impassibilitatem, quod sensus ab excellenti sensibili corrumpatur & impediatur: at intellectus ab excellenti intelligibili non corrumpitur nec impeditur, sed perficitur. Quare intellectus impassibilis colligitur simpliciter, sensus vero secundum quid. Per immixtum, & se-

Ratio vna.

4. conclusio: Intellectus possibilis multiplicatur secundum multiplificationem individuorum. Ratio Ad 1. Nota peruersam Alex. interpretationem.

Cur ab Aristoteli intellectus dicatur impassibilis immixtus separatus. Vera expositio.

1. Argu. Solutio.

Ad 2.

1.

2.

Ad 3.

Ad 4.

& separatam idem intelligit, scilicet non esse organicum, ut in text. satis ostensum est. Vnde nec per separatam intelligas abstractum & per se existens est Themist. nec distinctum tantum cum ipso Alexand. sed non organicum, nec ventem corpus in instrumento, cum in corpore sit. Et sic patet solutio argumenti, cui multum si sunt isti ponentes vnum intellectum.

Ad secundum, fateor, obiectum habere proportionem cum potentia: ob id, cum vniuersale cognitura non sit realiter abstracta à materialibus conditionibus, & singularibus, nisi solum ratione, nec intellectus erit realiter abstractus, & se iunctus à materia, sed solum ratione. Vnde pro nobis argumentum facit.

Adde etiam, quod istud vniuersale solum est quid abstractum consideratione à qualitatibus sensibilibus particularibus: ad hanc vniuersalitatem sufficit intellectus non organicus, nec qualitatibus mixtus, ut distat est.

Ad tertium solutio etiam patet: quia vnus enim intellectus sit potentia formae, quae informat corpus, non tamen recipit ipsas species cum corpore, aut corporeas, sicut sensus, sed in se ipsa: ob id immateriales sunt, & diuisibiles, sicut & ipsa. Nec putes singularitatem obstare ad intelligenda vniuersalia: hoc enim est falsum. Non enim cognoscerent vnquam, cum nihil sit existens per se vniuersale. Sed obstat singularitas, in qua materia est intrinsece, sicut in sensu: at non ita est in intellectu, qui indiuiduatur per materiā, sed non cum materia: non enim coniunctum immediatè intelligit, sed anima, & eius intellectus, totum autem per animam.

Ad quartum dico, quod intellectus est, qui vniuersalitatē facit. Nec oportet, quod ipse sit vniuersalis, sed quod sit non organicus, nec sensibili organo vnus: hoc enim sufficit, ut faciat vniuersalitatē, quae non est vera, & realis vniuersalitas.

Est autem notandum, quod esse vniuersale, dicit duo, & naturam, & modum: sicut esse particulare. Natura est res ipsa, quae vniuersalis dicitur, vel particularis. Modus est vniuersalitas, vel particularitas, id est, indifferentia ad multa. Sed limitatio intellectus non facit naturam, sed modum: dum enim naturam secundum se considerat, in tali consideratione communitatem quandam acquirit: sicut cum est in se, particularitatem: ob id modus prior, scilicet vniuersalitas, ens rationis est, posterior vero, ens reale, quia inest rei secundum se.

Ad quintum, solutio est manifesta: est enim vanum argumentum & indignum Themist. non enim, quia obiectum cognitionis idem est, ob id cognitiones, & cognoscencia idem sunt numero: aliter enim vnus esset visus omnium aspicientium eundem colorem. De his tamen plura diximus in quaestione illa allegata.

An intellectus seipsum intelligat. Questio. XI.

Difficultas ista est circa textum octauum, ubi Aristoteli. docet intellectum in habitu se posse intelligere. Vnde colligitur, cum habitu non est, nec alia intellexit, quod seipsum non poterit intelligere, sed an hoc ita sit, videtur dubium: nam videtur, quod seipsum etiam in potentia existens possit intelligere.

Primo, Scientia non fit sine intellectu, sed est scientia de intellectu ipso potentia: ergo ipse est intellectus. Vt terius, ipse est intellectus rationem quam intelligibilis, & ipse est, qui intelligit: ergo seipsum intelligit.

Probat secundum, intellectus sensibilis est sub obiecto intellectus, cum sit ens: ergo intelligitur ab ipso intellectu: intelligitur igitur seipsum.

Probat tertio, intellectus intelligit alia per ipsorum species, quatenus per species res intellectui fieri possunt

Nota.

Ad 5.

Occasio quonia.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

pr. sentes: at Intellectus multo magis est sibi et praesens: ergo multo melius seipsum intelligit.

4. Argu. Probatur quarto. Anima separata a corpore seipsum intelligit: ergo, & in corpore, quia non mutatur natura Intellectus ex separatione. Antecedens probatur: quia anima separata est, ut Angelus quidam: at Angelus seipsum cognoscit, & intelligit: ergo & anima ipsa.

In hac difficultate prima opinio Alex. Aduerte in difficultate ista quae non esse sententias praeter eam, in qua veritas consistit. Prima est Alex. quem citat Auerro. commen. 8. & locus, ubi Alexand. id dicit: est 12. Metaph. supra tex. 39. & idem dicit Themist. cap. 18. quod intellectus se intelligit modo accidentali.

Explicatur haec opinio. Notandum pro declaratione, quod Intellectus, dum rem intelligit actu, dicitur esse idem cum re, non essentialiter, sed accidentaliter, quatenus eadem est operatio, qua obiectum agit in Intellectu, & qua Intellectus intelligit, & apprehendit, sicut dictum est superius de sensu, & sensibili. Dicunt ergo isti, quod dum Intellectus intelligit rem aliam, & seipsum intelligit, quia ipsa res est facta vnum & idem cum Intellectu, sed modo accidentali, cum non sint facta vnum in essentia, sed in operatione.

Reiicitur prima opinio. Sed ista sententia merito reiicitur a Simpli. & Philop. Hic enim modus non erit experientiae. Experimur enim nos intelligere nostras intellectiones, & nostrum Intellectum per se, & non, dum alia tantum intelligimus.

1. Adde etiam, quod illo modo se sensus sentiret, nullaque esset differentia ipsius ab Intellectu.

2. Opin. Philop. & Plot. Altera sententia est Philopon. & Plotini, quem ipse citat. Quod intellectus seipsum per se, & per essentiam suam intelligit, & magis quam alia, quae per species, & non per se se ipsa intelligit.

Obiectio. Quod si ab eo petas: Quare ergo, cum

semper sit sibi praesens, non seipsum semper intelligit?

Philopon. reddit huius duas causas. Solutio. Altera est propter magnam familiaritatem sui ad se. Ponit exemplum. Si tibi duo occurrant homines, alter multum familiaris, alter non ita: tunc allos queris, & magnum porrigis, non ita familiaris, relicto familiaris. Ita Intellectus raro se intelligit. Altera causa est propter occupationem corporis, & rerum externarum. Si enim corporis affectio impedit Intellectum, aliquando quod minus intelligat alia ex se, ut patet in ira laborantibus: multo magis impedit ipsum a sui cognitione.

Plotinus dicebat, Intellectum se semper aduertimus, quia occupati sumus alijs.

Hanc Philop. sententiam tenet Gregor. Arim. 1. sentent. d. 3. q. 2. ubi dicit quod Intellectus intelligit directe suas species, sicut visus videt colores: similiter etiam intelligit suos actus & habitus, & se directe.

Tertia sententia est Alpharabij, lib. de intellectu, quae citat Auerro. Com. 8. quod Intellectus possibilis fit actu per speciem exterioris intelligibilis, & postea in ipsius format aliam speciem, qua se cognoscit. Hoc tenet probabiliter Caiet. Thienens. quod Intellectus sui speciem format.

Quarta sententia est Auerro. Com. 36. qui dicit Intellectum adeptum se intelligere.

In declarationem nota, quod Intellectus agens, est, qui facit per abstractionem obiecta intelligibilia ex sensibilibus, & haec Intellectus possibilis recipiens, intelligit. Quidquid autem Intellectus agens potest abstrahere, possibilis potest intelligere: & dum magis, & plura abstrahit, magis actuatur, & perficitur possibilis. Cum autem iam receperit omnia, quae potest agens abstrahere, tunc erit possibilis perfectus,

Solutio.

Alij auctores pene idem cum Philopon. opinantes. 3. Opin. Alphar.

4. Opin. Auerro. Explicatur opinio Auerro.

& absolutus: quod fiet, cum omnium rerum materialium haberit cognitionem & acquisierit omnem sententiam: tunc dicitur possibilis adeptus: & in hoc statu possibilis intelligit Intellectum agentem per ipsummet, & ipso omnes intelligentias, quia agens fiet forma nostra, per quem ipsum intelligemus, & alia separata: & hanc ponit hominis esse felicitatem.

Nota. Vide quae monstrum sibi fingat Auerro. sed de hoc post dicemus. Interim vide, quomodo Intellectus seipsum intelligat. Atque haec sunt sententiae, Philosophorum, quarum nulla vera est.

4. Opin. Alij aliam viam veriorē sequuntur, ut explicabimus.

1. conclusio. Intellectus seipsum intelligit, non quidem per se primo, & directe, sed indirecte ex alterius externi cognitione.

Explico hoc. Intellectus quidem non conuertitur in seipsum, ut in obiectum primum & proximum, ut Philopon. vult: sed ex actu suo se aduertit, & actum suum ex obiecto. Verbi gratia: intelligo equum, ex hoc quod equum intelligo, conuerto me ad ipsummet actum intelligendum, & ex actu ipso conuerto me ad ipsam potentiam, vel habitum, vel speciem: tamen talis cognitio reflexa ab obiecto externo ortum habet, sine cuius consideratione non fit: ob id indirecta dicitur. Non enim est vera conuersio: sed in obiecto ipso, vel per obiectum, actum cognosco meum, scilicet, me intelligere, & potentiam similiter, & habitum.

Explicatur conclusio.

Nota duplex intellectus cognitio sui ipsius. Nota duplex intellectus cognitio sui ipsius. Nota duplex intellectus cognitio sui ipsius. Nota duplex intellectus cognitio sui ipsius.

Hae est sententia S. Tho. 1. p. q. 87. ar. 1. & puto esse mentem Simpli. quam non clarè id manifestet, & forsitan hoc voluerit dicere Alex. & Themist. in sua opinione: & est aliorum sententia.

Probatur primo, auctoritate. 12. Metaph. text. 39. id docet expressè Arist. inquit: Intellectus se intelligit, abstractio ne intelligibilis: id est, dum alia specularum aliorumque recipit species, se intelligit. Unde oportet, quod sit in actu alterius obiecti, ut se intelligat.

Probatur secundò. Si se directè intelligeret, utique posset in corpore substantias spirituales intelligere per se, & distinctè, quia ipse Intellectus est eiusdem substantiae immaterialis, & indiuisibilis, & illud esse falsum ostenditur post manifestè: non ergo se intelligit directè.

Probatur tertio. Si se & sua directè perciperet, utique non dubitaret homines, an esset species, an habitus distincteretur ab ipsis, an esset Intellectus separatus: horum inuidetia manifestat Intellectum non se directè cognoscere, sed per aliorum speciem.

Secunda conclusio. Dum Intellectus se intelligit, & ea quae in se sunt, non facit per aliam speciem, quam per illam eandem obiecti externi. Haec est contra Alphar.

Et patet. Si enim à se receperit speciem, vel ab his, quae in se sunt: tunc à se pateret: esset igitur in potentia ad seipsum, ut enim superius diximus, Intellectus possibilis secundum se, est potentia ea omnia, à quibus patitur quorum per se recipit speciem. Hanc conclusionem tenet S. Thom. ubi supra.

Est autem cum eodem notandum, esse tria substantiarum spiritualium genera. Nota cum D. Tho. tria esse spirituum est Deus. Est alia substantia, quae non est purus actus, sed aliquid habens potentiae, quatenus ab alio sumit perfectionem.

Auctores huius sententiae

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

2. conclusio

1. Ratio

1. Ratio

genera

& triplici in ultimo gradu multum habes potentiam: & hæc est Anima in corpore.

Ut igitur in actu differant, sic etiam in cognitione. Deus enim, quia nullo alio recipit perfectionem, & se & omnia alia extra se per seipsum intelligit, & per nullam speciem. Angelus verò seipsum sine specie intelligit: at res alias per species à Deo infusas cognoscit. Anima verò nostra tam se, quam alia per species cognoscit.

3. conclusio. Intellectus non eodè actu quo obiectum cognoscit, se, vel suummet actum cognoscit: sed alio, qui reflexus dicitur.

Hæc est contra Iandum, quæst. 11. qui putat quod eodem actu cognoscat leonem, & cognoscat se cognoscere leonem. At S. Thom. quavis id dicat esse verum in Angelis, tamen in anima negat: & mihi ita negandum videtur.

Quia aliud est actus cognitivus, aliud obiectum: & possum cognoscere obiectum, non cognito actu, ut notum est. Non enim semper intelligimus nos in telligere: ergo id fit alio actu, adhuc ille alio cognoscit.

Nec putat S. Tho. esse inconueniens esse processum infinitum, quod unus alio & alius alio intelligat: quia non sunt ordinati essentialiter, ut notum est.

Et probatur etiam: quia in voluntate, alius est actus, desiderare aliquid, & alius est, desiderare desiderium. Ita etiã in intellectu, par enim est ratio.

Imò, ut dicit S. Thomas. Intellectus ita intelligit actum voluntatis, sicut suummet actum, puta, quia sibi est presens, scilicet in eadem substantia animæ proxime.

4. conclusio. Quarta conclusio. Anima seu intellectus se ipsum directè, & habitualiter semper cognoscere, dici potest. Hanc tenet Aegidius. 1. sent. d. 3.

Et declaratur. Dupliciter enim stat Intellectum cognoscere. Vno modo actualiter, cum actu aliquid considerat:

& hoc modo Intellectus in corpore existens, se non semper considerat: sed alio quando indirectè, directè nunquam.

Altero modo habitualiter, cum licet actu non consideret, tamen habet speciem & principium, quo possit rem considerare. Unde, quovis speciem in intellectu habemus, dicimur cognoscere, quavis non consideremus actu. Et hoc modo dicitur etiam. Intellectus in habitu se cognoscere, cum habet speciem alicuius rei, per quam potest eam considerare, & ex tali consideratione se cognoscere: & de hac cognitione loquitur Aristoteles in text. 3. super quem est nota ista difficultas.

Sed notandum, quod non semper Intellectus dicitur se cognoscere hoc modo: quia non semper habuit species aliarum rerum, nec semper fuit habitu, ut volebat Plato. Conclusio autem posita non est de villo harum cognitionum modo, sed est alius cognitionis habitualis modus, secundum quem anima se semper cognoscere dicta est.

In cuius declarationem nota, quod si anima secundum se consideratur, & non ut corpori alligata est: tunc ipsa sine vlla specie directè se cognoscit: nam Intellectus est per se intelligibilis, à seipso, nec vlla alia indiget specie. At quia corpori alligatur, efficiturque corporis forma, cum sensitivoque coniungitur, impeditur à sui cognitione, quia sensibus subditur, ut non intelligat, nisi quæ per sensus percipere potest: cumque ipsemet non sit sensibilis per se, sit, ut distrahatur à sui directæ consideratione, ut actu non possit se directè considerare.

Quia verò ipse sibi semper est presens, & sufficiens principium suæ intelligentionis, quantum est ex se, dicitur semper se cognoscere habitualiter remoto aut impedimento corporis, statim directè se considerat sine specie.

Et est exemplum de docto homine, qui sit amens. Isti enim scientiam non

gnoſcit. Nota dupliciter intellectum agnoscere. Primus modus. Secundus.

Nota & nullo horum intelligi conclusionem.

Tertius alio modo quo intelligitur & per se actu.

amittit, nec habitum, sed usum, ob laesionem imaginationis: hæc temperata, usus redit. Sic anima, & Intellectus in corpore missus usum se considerandi amittit: considerandi, inquam directè, non tamen habitum, qui est ipsemet: ob id se cognoscere habitualiter semper dicitur.

Ad 1. Superest ad argumenta respondere. Ad primum dico, quod est quidem scientia de intellectu possibilis: nec negamus seipsum cognoscere, non tamè directè: ob id scientia ipsius non est per conceptus proprios, & distinctos, sed per concretos & confusos, sicut de Angelis, & rebus immaterialibus habemus.

Ad 2. Ad secundum Dico, quod non, quid quid est ens, primo, & directè ab intellectu cognoscitur: sed sensibilia, & quæ extra sunt. Intellectumque mouere possunt. Et quavis Intellectus secundum se cognoscibilis sit, tamè ratione corporis impeditur, quod minus directè cognoscatur. Sat est, quod aliquo modo cognoscatur.

Ad 3. Ad tertiam. Responded, quod species non solum est, ut rem presentem faciat: (nam manente specie, non semper fit intellectio) sed ut etiam excitet Intellectum per motum ab obiecto: indiget enim anima in corpore excitari. Cum igitur non se, ipse moveat per se ad hoc, non cognoscetur per se.

Ad 4. Ad quartam. Respondeo: quod, quavis anima separata se per se intelligat, non tamen in corpore: non quia desit principium, sed ob impedimentum corporis. Nec hoc probat esse diuersæ naturæ: nam anima & Intellectus pueri nihil intelligit, at in adulto intelligit, nec ex eo arguitur diuersitas naturæ, sed impedimentum aliquod impediens usum, & actuale considerationem.

Quoniam autem aliud est magitudo. Text. 12.

Varia est interpretum expositio in his sequentibus textibus: mihi tamen sic exponendi videntur, ut Aristoteles velis, quæ antè dixerat, declarare. Docuerat enim tria superius de intellectu. Primum, partem intellectiuam à sensitina differre: illa enim sine corpore, hæc cum corpore erat.

Alterum est, Intellectum pati, sicut & sensum. Tertium est, Intellectum seipsum intelligere. Circa ista, quatuor dubia proponit, & primum tendit ad declarandum, quomodo pars sensitina substantialis, & pars intellectiua distinguatur? explicatque, ipsas partes distinguui, non re, ita ut vna separetur realiter ab altera: sed vna sit vtraque substantia, ratione tamen diuersa: & hæc distinctionis modum ex his, quæ vtraque cognoscit, sumit.

Ponit ergo fundamentum: aliud esse ipsam rem, aliud esse & quiditatem rei: ut patet in rebus physicis. Aliud enim est magitudo, id est corpus, aliud esse & quiditas corporis: aliud caro: aliud esse carnis. Res enim dicit materiam: ut caro dicit substantiam compositam singularem: & quiditas dicit ipsam formam.

Dubium ergo est: an vna & eadem anima parte, eodemque principio, aliter & aliter se habente, vtrunque intelligamus? an diuerso, vno quidem ab altero separato, & abstracto? Notat tamen, quod non in omnibus, est distinctio inter rem, & esse rei: in quibusdam enim idem vtrunque est, ut in non habentibus materiam.

Et nota, quod dicit, in quibusdam idem est caro, & esse carnis: improprie est loquendi modus, ut dicit Philosophus. Significat enim, non, quod caro & esse ipsius aliquando idem sint, sed quod esse, seu quiditas rei, & res aliquando idem sint, puta, cum res simplex est, & materia caret.

Sensitivo igitur calidum. Text. X.

In declaratione precedentium ponitur Aristoteles. Nota 2.

1. dubium Aristot. quod tenet dat.

Fundamentum Aristot. aliud est res, aliud esse rei.

1. dubium Aristot. An vna & eadem parte, & principio animæ intelligamus?

Nota in quibus distinguatur res & esse rei? in quibus non.

Es sunt

Respon-
sio Arist.
ad. i. du-
bium.

EX fundamento inferit dubij solu-
tionem, quod parte sensitiva cog-
noscamus carnem, quæ in mixtione ca-
lidi, & frigidi consistit, similiter corpus,
& rem: at quiditatem rei discernimus,
aut a alia parte substantiali, aut eadem,
aliter se habente, ita vt una sit substã-
tia, qua vtrunque cognoscimus, aliter
tamen, & aliter se habens.

Ponit exemplum de linea, quæ vna
& eadem, aliquando recta, aliquando
flexa est: hæ enim nõ differunt in sub-
stantia lineæ, sed in modo se habendi.
Ita de hac parte, qua carnem, & Esse
carnis discernimus.

Nota. 1. Sed considerandum, quod nondum
dubium est integrè solutum: quia so-
lum determinauit, sensu nos discerne-
re carnem sensibilem: sed quod alia par-
te substantiali, vel eadem aliter se ha-
bente quiditatem cognoscamus, non
determinauit: quia distinctione lo-
quitur.

Nota. 2. Et nota appositam comparatione
de linea. Quia enim determinatus est,
quod eadẽ parte aliter & aliter se ha-
bente cognoscimus vtrunque: nam ani-
ma, vt corpore vtitur, tanquam instru-
mẽto, carnem & singularia cognoscit:
vt autem sola operatur, quiditate cog-
noscit. Ob id dicitur: cognoscit carnẽ
habere sed vt lineam reflexã, & obli-
quam, quia cum corpore cognoscit: at
vt quiditatem discernit, est vt linea ex-
tensa, & recta, cum sola id faciat sine
corpore, & sensu.

Item autem in istis, quæ in abstractione.

Text. XI.

Explica-
tur in
mathe-
maticis,
& aliud
est res,
aliud Es-
se rei.

Quod in rebus physicis dixerat, id
nunc in mathematicis ostendit.
Res enim mathematicæ materiã clau-
dunt intelligibilem, id est, quantita-
tem, vt rectum, triangulus, & alia. Di-
cunt enim figuram in quãtitate, ideoq;
aliud est in his res, aliud, quid rei. Re-
ctum enim dicit materiam, id est, con-
tinuum: sicut finum apud physicum
dicit nasum, & subiectum: at quiditas

recti, dicit solam formam, quam Plato
putabat dualitatem esse: nam lineæ for-
mam dicebat dualitatem, quia duob;
punctis clauderetur.

Cum igitur aliud sit in his res, aliud
esse rei, idem est dubium: aut enim alia
& alia parte, aut vna, aliter & aliter se
habente vtrunque discernit?

Hic notandum, quod sicut res, & sin-
gularia physica sensu comprehendebantur:
ita singularia mathematica imaginatione,
tamen vtriusque natura-
ram Intellectus discernit. Aristot. au-
tem intendit docere distinctione par-
tis intellectu, non solum a sensitua,
sed etiam ab imaginatione: ob id de
rebus tam physicis, quam mathematicis
loquitur.

In vltimis verbis huius text. dubium
vtrunque soluit, dicens: quod sicut quiditas
rei, & res, separantur, & sicut id,
quod sentitur, vel imaginatione percipitur,
ab eo, quod intelligitur: ita sensus vel
imaginatiua pars, ab intel-
lectiua.

Ex obiectis enim colligenda est dis-
tinctio: huiusque Aristot. Sed progre-
diamur nos vterque, iuxta ipsius do-
ctrinam. Constat enim quiditates nõ
esse abstractas a rebus, vt volebat Pla-
to, realiter, sed esse in ipsis rebus, & in
materia, ratione tantum separatas: nõ
enim vniuersalia sunt existentia per
se: ergo Intellectiua pars non erit rea-
liter abstracta a sensitua, & imagina-
tiua, nec a materia, sed in ipsa mate-
ria, & idem cum sensitua, & alijs ra-
tione tantum distincta.

Vide, quam manifeste sit circa Ari-
stotel. fictio Auero. & Themist. isti
enim turbant & confundunt hos text.
contra mentem Aristotelis, suis expo-
sitionibus. Hæc autem est expositio ger-
mana, & consona Aristotelis, & nota-
tu digna.

Dubitant autem vtrique aliquis.

Text. XII.

Circa

Idẽ du-
bium in
mathe-
maticis,
quod phy-
sicis.
Nota.

Respon-
sio ad idem
dubium

Confir-
mat do-
ctrina A-
ristot.

Notã co-
tra Aue-
ro:

2. dubiũ
Aristot.

Circa secundum, quod superius do-
cuerat, scilicet, Intellectum pati
ab obiecto, sicut sensum, dubium fecit
dum proponit. Cum Intellectus sim-
plex sit, nullãque materiã habens nõ
munem cum aliquo: quomodo dici po-
test pati? Quod enim patitur ab alio,
communem cum eo materiam habet,
vt dictum est, in lib. de Generatione.
Huic dubio non responder statim, sed
tertium proponit.

Amplius autem si intelligibilis.

Text. XIII.

3. dubiũ
Aristot.
An cum
sit intel-
lectus in-
telligit,
sit intel-
ligibilis
quatenus
est Intel-
lectus, an
alia ra-
tione.

Tertium dubium est circa id dictũ,
putã, Intellectum se intelligere:
& dubiũ hoc est, vt benè exponit Phi-
lopo, si Intellectus a se intelligibilis est
peto: vel quatenus Intellectus, est, in-
telligibilis est: vel quatenus aliud quid
sicut alia, quæ intelligibilia sunt: si iste
Intellectus, qui est vna species entium
intelligibilium, intelligibilis est, qua-
tenus Intellectus: ergo omne intelli-
gibile, est intellectus: nam reduplicatio,
vt Logici docent, conuertitur in vni-
uersalem simplicem: vt homo, in quan-
tum animal, est sensibile: ergo omne
sensibile est animal. Si verò Intelle-
ctus, non quatenus Intellectus intelli-
gitur, sed quatenus aliud quid: ergo iã
Intellectus nõ erit simplex sed compo-
situs, ex eo quod intelligit, & ex eo, ra-
tione cuius intelligitur? Hæc est du-
bij expositio.

An pati quidem secundum communia.

Text. XIII.

Respon-
sio Arist.
ad secun-
dum du-
bium.

Responder antecedenti dubio se-
cundo, dicitq; superius esse distin-
ctum pati, puta, 2. de anima capit. 5.
Nam agens, & patiens habere aliquid
commune, certum est, tamen in passio-
ne corruptiua debet esse communis
materia: at in passione perfectiua, qua-
lis est cognitio, non est necessaria com-
munis materia, sed quædam proposi-
tio, secundum quam vnum est in potẽ-
tia & velut imperfectum & perfectibi-
le, alterum, vt actus & perficiens. Sic

se habent Intellectus & obiectum. Est
enim Intellectus in potentia, vt tabu-
la, quæ nihil habet depictum, est tamẽ
apta depingi: obiectum autem est per-
ficiens, & pingens, dum sui similitudine
imprimat.

Nec exponas, Intellectum esse tabu-
lam, in qua sunt multa depicta, sed nõ
apparent: sic enim aliqui dicebant, vt
notant Philopo. Volebant enim sen-
tentiam Platonis tribuere Aristoteli,
quod Intellectus semper habeat om-
nium species: sed hoc est, apertè per-
uertere textum.

Et ipse etiam intelligibilis est.

Text. XV.

Dubio tertio responderet, & respon-
sio consistit in hoc, esse duplicia
intelligibilia. Quædam per se, & ex se,
quales sunt immateriales substantiæ.
Quædam per accidens, quatenus ab
alio efficiuntur intelligibilia: & hæc
sunt sensibiles res, quæ non sunt intel-
ligibiles, nisi per abstractione speciẽ ei
immaterialis.

Admittit ergo argumentum, quod
omne intelligibile, quod ex se est in-
telligibile, id est, immateriale, id tale
est Intellectus seu intelligens: nõ tamẽ
ea, quæ non sunt verè & per se intelli-
gibilia. Cum igitur Intellectus noster
sit immaterialis, & intelligibilis simul
& intelligens.

Vnde dicit, quod in his verè intelli-
gibilibus ista coniunguntur, & idem
sunt, quod scit, & quod scitur, id est, in-
telligens & intelligibile. Res enim sen-
sibiles tãtum cognoscuntur: sensus tã-
tum est cognoscens: at Intellectus est co-
gnoscens, & cognitus a se.

Nota text. verba. Per ipsa intelli-
gibilia, significat ea, quæ verã sunt in-
telligibilia; id est, immaterialia; è quo-
rum numero est Intellectus.

Aduerte etiã, quod licet Intelle-
ctus, noster sit, quod cognoscit, & quod
cognoscitur, sicut intelligentia, tamẽ
modus cognoscendi alius est: Intelli-

Nota.

Respon-
sio Arist.
ad tertium
dubium

Nota
primò
circaver-
borum
textu ex-
ponem.
Nota. 2.

gentia

gentia enim per se, nosse intellectus per alia se intelligit, vt diximus.

Cur autem non semper intelligat. Text. XVI.

4. dubiū. Aristot. cur, si se intelligit intellexit, non semper se intelligit.

Statim redit ad questionem tertiā, vt optime notant Græci, ponitque vnum membrum intelligibilem, quæ supra diximus, scilicet, quæ non sunt per se, vt materialia, & istis dicit non in esse intellectū: at intellectus nosse, quæ est potentia, quā ista cognoscimus, cū immaterialis sit, erit intellectus, & simul intelligibilis: & sic patet solutio dubiorum propositorum.

Ad singulare sensibile intellectus percipi possit. Quæst. XH.

Sensus quæstionis est non de singulari immateriali, sed de sensibili, & hoc non vago, sed determinato, id est, Petro, Iohanne, hoc vel illo corpore: de illo, inquam, quod sensu percipitur, an tale percipatur intellectu? Hoc dubitandi, nobis occasionem dat Aristot. text. 9. vbi sensu dicit carnem percipi: quid verò carnis, intellectu: Quo loco multi vtuntur ad probandum, intellectum non percipere singulare: de ea re igitur nos dubitamus in presenti.

Et videtur intellectum non percipere illud. Primumque argumentum est ab autoritate Aristot. 1. Physic. text. 49. Dicit secundum rationem, id est, intellectum, esse notum vniuersale: at secundum sensum, singulare. Et lib. 5. Metaph. cap. 11. sensibus singulare dicit esse primò notum, intellectu verò vniuersale. Ethic text. 9. singulare sensu percipi docet.

Alterum argumentum est. Si singulare est cognitum ab intellectu: ergo

non est necessarius intellectus agens: nam intellectus agens ad hoc ponitur, vt à phantasmate singulari abstrahat speciem vniuersalem: non igitur singulare percipitur intellectu.

Tertiū est. Singulare, est quid materiale: at intellectus immaterialis est: non ergo potest agere in ipsum intellectū, non enim materiale agit in immateriale, non ergo cognoscetur ab intellectu.

Quartum est. Intellectus est non quantus, nec est in loco, nec situs: ergo non potest cognoscere singulare sensibile, quod est, quantum, in loco, & situ. Consequentia patet: quia hoc non potest agere ob id in intellectu.

Quintū est. Ita se habet sensus ad singulare, sicut intellectus ad vniuersale: sed sensus tantum singulare percipit: ergo intellectus tantum vniuersale.

Sextum est. Quasi intellectus singularia percipit, frustra profecto sensus ponuntur, cum non sint necessarij. Multitudo autem sine necessitate ponenda non est. Hæc sunt argumenta, quæ in hac re præcipuam videntur habere difficultatem.

Sunt ergo multe sententiæ Philosophorum in hac parte. Prima est Philop. & Alexand. in presenti, & Themistij, cap. 20. & Auerro. Comm. 9. hi enim putant, intellectum non intelligere singularia, sed per sensum, ita vt actio immediata cognoscendi singulare, à sensu sit, tamen intellectus intelligit seu cognoscit singularia per sensum, vt per instrumentum suum.

Alter sententia est aliorum, quam recitat Landu. quæst. 2. quod intellectus quidem per se cognoscit singularia: modus autem cognoscendi hic est, quod phantasma imprimat speciem primò in intellectu, per quam intellectus cognoscit primò vniuersale, postea volutate applicante intellectu, ipse intellectus recipit phantasma, & per phantasma absque alia specie cognoscit singulare.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

6. Argu.

1. Opin. Philop. Alexad. & Themistij, & cæterorum.

2. Opin.

Tertia

3. Opin. Landun. Tertia sententia est ipsius Landun. qui concedit quidem, intellectū cognoscere per se singularia, tamē in modo differt. Dicit enim, quod species ipsa vniuersalis habet quandam conformitatem cum phantasmate, à quo est producta: vnde intellectus ratione speciei cognoscit vniuersale, seu quidditatem, ratione conformitatis cognoscit singulare.

4. Opin. Caieta. Quarta sententia est Caietan. 1. p. q. 86. art. 1. qui fere idem dicit cum prima sententia. Putat enim intellectum per se nunquam cognoscere singulare determinatum: sed solum cognoscit singulare, sub ratione vaga, & sub ratione singularis, idque non statim, sed vt ipse dicit, arguitur, id est, discursu, & ratiocinatione: nā cognoscens vniuersale intelligit, quod illa natura non potest sic per se existere: sed necessario debet esse in aliquibus: & hac via percipit singulare, alio modo ad, nisi per sensum.

5. Opin. S. Thom. Quinta sententia est. S. Thom. 1. p. q. 14. ar. 1. ad. 1. & q. 86. ar. 1. patet intellectum quidem percipere singularia, sed non per propriam speciem, nec directè, sed per conuersionem ad phantasma. Notat enim quod species intellectus dupliciter potest considerari. Vno modo secundum se, & sic est vniuersalis representatiua, intellectusque per eam primò cognoscit vniuersale. Altero modo, vt pendet à phantasmate, à quo producta est, & conseruat, & tunc per eam intellectus conuertit se ad phantasma, & tale singulare phantasmatis cognoscit. Hanc puto dici conuersionem à S. Thom.

Ultima opinio Caieta. Thien. & Burlei. Duran. Scoti. &c. Ultima sententia est, quod intellectus cognoscit singulare per propriam speciem, sicut sensus cognoscit. Hæc opinio est Caieta. Thien. & Burlei. 1. Physic. est etiā Theologorum fere communis, Durand. 2. Sentent. d. 3. q. 7. & Scot. 4. Sent. d. 45. q. 3. & Gregor. 1. Sentent. d. 3. q. 1. art. 2. Hæc sunt, quæ philo-

sophi antiqui, & iuniores in hac parte senterunt. Superest, vt quod probabilius mihi videtur, proponam.

Sit igitur prima Conclusio. Intellectus per se cognoscit singulare determinatum, ipsiusque intellectione format, & non tantum per sensum. Hæc est contra primam sententiam, & contra Caietanum.

Probatur rationibus efficacissimis. Prima est. Differentia inter Petrum, & hominem, inter indiuiduū determinatum, & speciem, & cognoscibilis, vt experientia patet: ergo vel sensu, vel intellectu percipit, vel vtroque simul, non vtroque simul, quod manifestè patet ex Aristot. de anima, text. 146. vbi propter hoc argumentū, colligit esse aliū sensum cōmunē, præter visum, & gustū, quia percipit differentiā inter saporē, & colorem, quā neuter simul percipere potest, sicut nec duo homines, quo vnus colorem alter saporē perciperet: Ita à pari, sensus & intellectus simul non percipient illā differentiā. Nec sensus per se, quia non cognoscit vtrumque extremū, sicut nec visus, aut gustus per se percipit illam differentiā: ergo erit intellectus: ergo vtrumque cognoscet extremum: aliter impossibile est iudicare de vtroque. Ista ratio concludit, quantum puto.

Secunda est. Intellectus corrigit sensum circa singulare determinatum, ergo ipse per se cognoscit illud. Consequentia est certa. Quomodo enim potest potentia corrigere, nisi cognoscatur error? At antecedens patet de Sole, qui paruus apparet oculo: & de baculo recto habente medietatem in aqua apparenti fracto.

Tertia est. Discutrit intellectus & facit propositiones de subiecto singulari: ergo cognoscit singulare. Probatur consequentia: quia sensus non potest componere talē propositionē, quia non cognoscit prædicatū vniuersale: erit ergo intellectus, & vtrumque cognoscet,

2. conclusio. Intellectus per se cognoscit singulare determinatum. 1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

Singul.

Sensus quæstionis.

Occasio dubitandi.

1. Argu. ad partē negat. ab autoritate.

2. Argu.

singulare, & vniuersale: nam compositio propositionis vna est actio: ad vna igitur pertinet potentiam.

4. Ratio Quarta. Potentia superior cognoscit omnia, quae inferior ei subordinata: sensus est subordinatus Intellectus, ergo cognoscet Intellectus singularia, quae sensus percipit. Maior patet in sensibus: Communis enim percipit omnia, quae exteriores percipiunt: Imaginatio, quae exteriores, & communis Memoria omnia conseruat.

5. Ratio Quinta est. Intellectus practicus, ars prudentia, circa singularia versatur: illi autem sunt habitus Intellectus: ergo profecto Intellectus: per se cognoscit singularia, & non tantum per aliam potentiam.

2. conclusio. Intellectus per propriam speciem singularia cognoscit, sicut & sensus. Hanc teneo, & probabiliorum cum sententia vltima contra alias sententias: putoque esse multum veritati conformem.

Hac probo. Primum Singulare, si non potest per propriam speciem, & per se, ab Intellectu cognosci, vel id est, quia singulare est, vel quia materiale est: sed neutrum impedit: ergo intelligibile est per se. Minor probatur. Non quia singulare, quia singularitas non impedit cognitionem Intellectus: singularia enim immaterialia per se intelligibilia sunt. Nec quia materiale: quia hoc modo vniuersale cognosci non posset, quia dicit materiam: caro enim in vniuersali materiam dicit, & homo carnem & ossa, vt notum est. Si ergo singulare non habet aliud, quam materiam, & singularitatem, & neutrum obstat intelligibilitati per se: ergo est per se intelligibile. Est autem notandum istud argumentum puto enim esse fortissimum.

1. Ratio Secundum argumentum est. Si Intellectus intelligit per conuersionem ad phantasma tantum, ipsum singulare, peto: Quid est illa conuersio? Non enim est ipsum phantasma, nec ipse Intellectus, nec intellectus vniuersalis, nec species, nec respectus intellectio- nis, vel speciei. Quid ergo est.

Dicent, quod est species ipsa, vt à phantasmate procedit, vel conformitas quadam illius, seu potius cognoscere singulare propter illam conformitatem, vel dependentiam speciei à phantasmate? Sed hoc nihil videtur valere. Primum, quia tunc si duo singularia vnius speciei considero, oportet habere simul duas species ipsius vniuersalis eiusdem: quia vna non producit à pluribus phantasmatis, nec vna potest conformis esse pluribus distinctis.

Probatur: quia non videtur, quid aliud sit illud in specie, nisi relatio ipsa: at per relationem non cognoscitur substantia individuum. Nec potest dici cum secunda Opinione, quod singulare sine specie intelligitur, per solum phantasma, quod est in sensu: hoc enim modo non esset species necessaria saltem sensui. Fictum ergo videtur, sic philosophari.

Tertium argumentum est. Intellectus percipit similitudinem multorum singularium, vnum alteri comparat, differentiam facit, & sic vniuersale cognoscit: at ista non fiunt, nisi per propriam speciem cognoscantur: ergo singulare per se intelligibile est.

Adde etiam, quod homines rustici, qui non cognouerunt vniuersale, singularia multa intelligunt: & vix possumus declarare modum intelligendi hunc, nisi per propriam speciem singularia cognoscantur.

Tertia conclusio. Intellectus in multis differt à sensu circa obiectum. Primum. Sensus tantum singularia cognoscit: Intellectus singularia & vniuersalia.

Secundo. Sensus cognoscit rem solum, at Intellectus etiam quid rei, vt docet Aristoteles. 9. Nec pures esse idem, cognoscere quiditatem & vniuersale: stat enim rem in vniuersali cognoscere, & ignorare. Quid sit. Tertio. Sensus concretas formas in subiectis quantis percipit, at Intellectus abstractit & subiectum ab accidenti, & accidentia intrinseca, & alia multa, vt post dicitur. Haec igitur est determinatio huius quaestiones.

Solutio.

Reijcit.

Reijcitur altera solutio.

3. Ratio

Confirmatur.

3. conclusio. Intellectus in multis differt à sensu circa obiectum. 1. Differt.

corrigit Auctor suam opinionem in 1. phisic. expressa.

Ad 1. te stim. ex Aristot.

Ad alterum testimonium.

Ad 3. testimonium Aristot.

Ad 2. argumentum.

Ad 3. argumentum.

si phantasma est materiale, & ob id non potest imprimere sui speciem: eadem enim causa, nec poterit imprimere speciem vniuersalem, vt ipsi dicunt. Respondeo tamen, quod materiale, virtute sua tantum non agit in immaterialia: at virtute agentis immaterialis, scilicet, Intellectus agentis optime agit: praesertim actione perfectiua, & intentionali: & hoc est, quod dicit Aristot. tex. 14. respondens dubio secundo. Ad quartum respondeo, quod intellectus dependet à quanto, licet ipse non sit quantus: & dependet ab eo, quod est in situ, & loco: ob id potest pati intentionaliter à quanto, & existente in loco.

Ad quintum, non valet ille argumenti modus in potentijs subordinatis: superior enim cognoscit obiectum inferioris, & alia ulterius: in potentijs non subordinatis valet: at sensus intellectui subordinatus est.

Ad sextum, neganda est consequentia: quia intellectus cognoscit quidem singularia: sed non ab ipsismet immutatur: sed mediante imaginatiua, sicut imaginatiua medijs alijs sensibus, qui superflui non sunt.

Tertium testimonium nihil probat: non enim in hoc textu comparatur singulare ad vniuersale, sed res ad quiditatem suam: illa sensu percipitur, haec Intellectu. Nec ob id negat, Intellectum etiam intelligere rem, sed solum dicit, quod sensus solum percipit rem, at Intellectus etiam, Quid est, rei.

Ad secundum argumentum, neganda est consequentia. Non enim Intellectus agens est necessarius ad hoc, quod eliciat species vniuersales: sed ad hoc, quod phantasma possit imprimere sui speciem in Intellectu: quia Intellectus est immaterialis, nec potest à solo phantasmate pati, quod est materiale: hoc tamen post dicemus.

Ad tertium dico, quod illud argumentum est etiam contra ipsos. Nam

si phantasma est materiale, & ob id non potest imprimere sui speciem: eadem enim causa, nec poterit imprimere speciem vniuersalem, vt ipsi dicunt.

Respondeo tamen, quod materiale, virtute sua tantum non agit in immaterialia: at virtute agentis immaterialis, scilicet, Intellectus agentis optime agit: praesertim actione perfectiua, & intentionali: & hoc est, quod dicit Aristot. tex. 14. respondens dubio secundo.

Ad quartum respondeo, quod intellectus dependet à quanto, licet ipse non sit quantus: & dependet ab eo, quod est in situ, & loco: ob id potest pati intentionaliter à quanto, & existente in loco.

Ad quintum, non valet ille argumenti modus in potentijs subordinatis: superior enim cognoscit obiectum inferioris, & alia ulterius: in potentijs non subordinatis valet: at sensus intellectui subordinatus est.

Ad sextum, neganda est consequentia: quia intellectus cognoscit quidem singularia: sed non ab ipsismet immutatur: sed mediante imaginatiua, sicut imaginatiua medijs alijs sensibus, qui superflui non sunt.

CAPVT QVINTVM.

Quoniam artem in omni natura.

Text. XVII.



Intellectus possibilis potentia, & habitu hucusque disputauit: nunc de alijs duobus Intellectibus, scilicet agente, & in actu, tractare aggreditur, ac prius de agente, de quo tria ostendit, necessitatem ipsius officium, ac substantiam.

Incipit à necessitate, probans opus esse potere Intellectum agentem tali syllogismo. In omni natura, id est, in omni effectu, & re facta, duo principia necessaria sunt: vnum materia: quae sit potentia omnia illius generis: alterum efficiens,

Solutio.

4. Argu.

5. Argu.

6. Argu.

de intellectu agente. Quae, & quot tria & anda.

Primum necessitate eius, & sit necessarium illi esse.

efficiens, quod talem materiam, & potentiam in actum redigat, quod sit, vt ars ad materiam suam. Sed intelligere est quid effectū: ergo oportet duo hęc principia facere, vnum quod sit, vt materia intellectōnis, alterum, vt efficiens: & hoc est Intellectus agens.

Hic valdē nota, q̄ naturā vocat genus quodcumq; eorum, quę principia habent transmutationis alicuius, qualia sunt omnia effecta, in quibus & materia, & efficiens danda sunt.

Nota. Aduerte etiam, q̄ loquitur de vniuersalibus principijs, vt sit sensus, q̄ sicut est vna materia communis eius generis effectibus multis, ita est vna causa communis respondens materie illi: qualiter se habet celum in naturalibus, & ars in artificialibus: idcirco vti tur exemplo artis, vt significet vniuersalitatē principij in causando.

Explicatur latius conclusioem. Duplex Intellectus possibilis & agens. **Explicatur latius conclusioem.** Duplex Intellectus possibilis & agens.

Conclusionem ex ratione precedēti illatam latius explicat, dicens, quod in anima intellectiua est duplex principium, & Intellectus: alter, qui omnia fit, id est, qui omnia recipit species, quibus similitudo, factus rebus intelligit ipsas: diciturq; Intellectus possibilis: alter qui omnia facit, omniūq; species abstrahit, & dicitur Intellectus agens qui se habet, vt lumen ad colores. Colores enim erant potentia visibiles, at, lumine accedente, fiunt actu visibiles: vnde lumen facit quodammodo colores, actu colores. Dicit, Quodammodo, quia non facit colores simpliciter, secundum esse, sed secundum operationem, vt videantur. Ita agens Intellectus est habitus, id est, forma quedā, quę facit potentia intelligibilia actu intelligibilia, id est, vt intelligantur: & in hoc explicatur munus, & officij Intellectus agens, hoc enim erat secundum post ipsius necessitatem.

Et hic Intellectus separabilis est. Text. XIX.

Tertium explicat, quod erat, qualis esset Intellectus agēs, ipsiusq; substantia: & quatuor ei attributa dat. Primum, est separabilis, id est, nō affixus organo. Alij iuxta suam opinionē exponunt, esse assistentem: sed hoc examinabitur post.

Alterum, est immixtus, id est, non constat realiter ex ipsi corporibus sensibilibus intellectus, vt putabat Empedoc. Democ. & alij: de quibus dictū est, Primo de anima.

Tertium, est impassibilis vlla passione propria, & læsura.

Quartum, est secundum substantiā actus, id est, non est alicuius receptiuus: non enim species vllas in se recipit, sed solum est ad agendū, ob id virtus actiua tantum est, nullo modo passiva, sicut est possibilis.

Attributa tria priora probat. Agēs nobilior est passio: & principium, id est, causa efficiens, nobilior est, quā materia: at agens Intellectus est, vt efficiens, possibilis, vt materia: nobilior ergo est agens Intellectus, possibilis. Sed possibilis, vt superius ostēsum est, est separatus, immixtus, & impassibilis: ergo & agens.

Idem autem est secundū actum scientia. Text. XX.

Communis expositio est, quod modō Aristotel. tractet de Intellectu quartō, scilicet in actu. Nec est idem, Intellectus agens, & Intellectus in actu, nā Intellectus in actu est Intellectus possibilis, dū operatur.

Ponit igitur differentiam huius ab Intellectu in potentia, & postea declarat qualis sit. Triplicem ergo differentiam constituit, Intellectus in actu, ab eo, qui est potentia, & etiam in habitu. Prima est, Intellectus in actu, & res intellecta in actu, idem sunt: (intelligere de identitate accidentali, quantum ad operationē) at Intellectus potentia nō sic est idē cum re. Et aduerte, q̄ per scientiā intelligit Intellectum.

De substantia in intellectu agentis, quę, & qualis sit.

Primum eius attributū, esse separabilem. Secundū, esse immixtum. Tertium, esse impassibilem.

Quartū, esse actum. Probat tria prima attributa.

De intellectu in actu, quod sit intellectus agens.

Differentia triplex huius in intellectu in potentia, & habitu.

De intellectu in actu, quod sit intellectus agens.

Altera

2 Altera differentia est. Intellectus potentia est prior tempore, quā Intellectus actu in vno individuo. Nam omnino, seu vniuersaliter loquendo, neuter est prior: quia cum fuerint homines infiniti, non dabis Intellectum in potentia vnius, quin alterius Intellectus actu illum præcesserit: sicut de ouo, & gallina: vniuersaliter enim loquēdo, neuter præcessit, supposita mūdi æternitate à parte anteriore.

3 Tertia differentia est. Intellectus potentia seu habitu aliquādo intelligit, aliquando non: at Intellectus in actu, dū est in actu, semper intelligit. Hęc communis continuatio huius text sed forsā multō subtilius, & conformius possemus aliter continuare. Dixerat enim Aristot. Intellectum agentem facere possibilem in actu: postea comparauit lumini, quod colores facit actu: potes dubitare, quia comparatio potius explicat, quod obiectum faciat actu, quā quod potentiam: ad hoc velut respondens, dicit, esse idem obiectum in actu, & intellectum, seu potentiam in actu: ob id quod facit vnu, facit alterum.

1. Expō. Altera expositio. Separatus autem est solum hoc. Vanus S. Thomas hęc de intellectu vtroque simul, tam possibile, quā agente, interpretetur, tamen magis de Intellectu actu exponēda videntur cum Philopon. & alijs. Explicat igitur qualiter se habeat Intellectus in actu: dicitq; quod secundū id, quod est, id est, secundum substantiam, est non organicus, ob id immortalis, & perpetuus, non tamen secundum operationem, quā in corpore nō habet: vnde operatio destruitur, substantia ipsius manet.

2. Expō. Vnde sit, quod post mortem non res, & per miniscimur, id est, nō intelligimus ea, peruis. quæ in corpore intelligebamus: & ratio mortem per Intellectum passiuum, id est, imaginationem, vt omnes exponunt cum

Themist. Cum igitur ita non maneat, quia vis est in corpore, non intelliget anima illo modo, quo ante: at quia immortalis est, alio modo intelliget. Multæ & insignes in hoc capite difficultates occurrunt, quæ ordine sunt discutendæ.

An sit Intellectus agens. Quest. XIII.

1. Argu. Rdua est difficultas hęc ob diuersitatem Philosophorū opinionum. Vt igitur ab argumentis, quę difficultatem faciunt, incipiamus, videtur primò, quod non sit ponendus Intellectus agens. Non est sensus agens: ergo nec erit talis Intellectus. Consequentia probatur: nam ratio Aristot. si valida esset, etiam oportet ponere sensum agentem: nā sensus est potentia passiva, quæ ad actum reducitur, sicut Intellectus.

2. Argu. Secundum argumentum. Intellectus agens, vel est necessarius propter phantasma, vel propter medium, vel propter potentiam: sed nullo modo est necessarius: ergo non est. Maior est nota: quia nihil videtur aliud ad cognitionem necessarium, præter obiectum mouens, medium, ac potentiam. Minor probatur: non enim phantasma indiget illo intellectu, quia potest mouere Intellectum, sicut obiectū sensus ipsum sensum. Nec est propter medium: quia nullum est Intellectu. Nec etiam propter possibilem: quia est potentia per se sufficiens percipere suum obiectum: sicut sensus sibi proprium percipit.

3. Argu. Tertium est. Si Intellectus agens necessarius est, maximè est, vt faceret phantasmata intelligibilia actu: sed hoc esse non potest, quia nihil agit imprimendo, vel remouendo à phantasmate (manet enim hoc, sicut ante) ergo non est necessarius.

4. Argu. Quartum est contra comparationē de lumine: quia Intellectus iste dicitur

tur esse causa efficiens intelligibiliū: at lumen non est causa efficiens vi bilizatis colorum: non ergo compara tio est bona.

In hac difficultate esse multas Phi losophorum opiniones, & disāciles, quæ tamen ad quatuor capita reduci possunt. Primum est, negatiuum Intel lectum agentem: Alterum est, ponen tium ipsum, sed ex parte intellectus possibilis. Tertium est, pariter ponen tium ipsum: sed ex parte phantasma tum, & ob obiectū. Quartum est, ponē tium ipsum ex parte vtriusque.

In Primo Cap. est Durand. i. Sent. lib. 3. q. 5. dicit enim, nō esse opus In tellectu agente, sed phantasma per se imprimi specie impossibili, & possibi lis per specie intelligit, nō interueniē te alio. Hoc idem habuit quidā, dicitur Isaac Narbonensis quem citat Miran dulanus: idem etiā habuerunt alij an te Durā. Nam Albert. sum. de homi ne, in. q. de Intellectu agente, refert ante eum etiā id habuisse aliquos.

In secundo Capite ponentium ip sum, tamen ex parte Intellectus possi bilis: sunt duæ sententiæ: prima The misti. cap. 34. & Theophrast. dicentiū, Intellectum agentem esse formam In tellectus possibilis: & quo magis par ticipat & communicat ipsi possibili, eō magis intelligit formas in ipsis phā tasmatibus, absq; vlla receptione spe cie: & quia possibilem facit aptum ad intelligēdum, ob id dicitur facere res intelligibiles.

Altera sententia est Iandu. q. 23. di cit Intellectum agentem facere intel lectionem impossibili: putat enim, q; phantasma imprimi sui specie in In tellectu possibili, & Intellectus possi bilis disponitur per talem specie in telligibilem, & agens tunc producit aliam qualitatē in ipso possibili, quæ dicitur Intellectio. Possibilis enim, mediante specie, recipit intellectio nem productam ab agente Intelle-

ctu, sicut substantia per quantitatem recipit colorem: & dum possibilis reci pit illam qualitatē, intelligit. Hæc est imaginatio Ianduni, de cuius inue tione gloriatur.

In tertio Capite ponentium Intel lectum agentem ex parte phantasma tis, multiplex est opinio. Prima est Auēpa. in Episto. de luce & lumine. Pu tat enim Intellectū agentē producere quoddā lumē in ipsis phantasmaci bus, q; receptū in eis facit ipsa intelli gibilia, in ipsisq; nature vniuersale ap parent, quæ phātasmata sic illustrata ab Intellectu possibili cognoscuntur.

Altera sententia est aliorum, qui dicunt, quōd intellectus, agens illumi nat phantasmata, in ipsisq; facit appa rere naturas cōmunes: nam phantasma ex se representat singulare, puta, hunc hominem hoc animal, hoc cor pus, tamen ratione huius luminis re presentatur in ipso vniuersale Intel lectui. Vt enim lumē facit in muro appa rere colorē, ita in ipsis phātasmati bus Intellectus agens facit apparere vniuersalia. Vñ quāuis phāasma secū dū se sit sensibile & singulare, tamen ratione huius luminis obijcitur Intel lectui, vt vniuersale: quod nō est aliud, quā quōd intellectus cognoscat, & recipiat speciem vniuersalis, quod in phātasmate inclusum erat. Et hoc est, quod ipsi dicunt phantasma in Esse re lucentis esse vniuersale.

Hæc sententia differt in duobus à præcedenti. Primum est, quōd illa di cit, lumē recipi in phātasmate: ad hæc non, sed solum aſsistere. Verbi gratia: lumen exterius habet duos actus: al ter est in hærētis: & sic est in medio diaphano: & alter est apparētis, res pectu colorū, non q; illis in hær eat, sed q; eos apparere faciat: hoc secundum cō petit Intellectui agentis sine primō.

Alterum, in quo differt, est, quōd illa sententia negat mitti species ab illis naturis illustratis in Intellectum possibi-

3. caput concedē tium ex parte phantaf ma ſi in tellectū agentē. 1. Opin. Auēpa. 2. Opin.

In quo secunda hæc opi differat à prima. I

Varia opinio nes phi losopho rū ad q tuor ca pita re ducant: Primā. Secūdu. Tertiu. Quartū 1. caput negati uū intel lectum agentē durandi &c.

2. caput concedē tiū esse intelle ctū agen tem ex pte pos sibilis. 1. opin. Thom. f. Theo phr. &c.

2. Opin. Ianduni.

autores huius se cunde opinio. 3. Opin.

4. Opin

autores huius. 5. opinio nis.

5. Opin.

Quartū cap. con ceditiū intel le-

possibilem. Ista verō dicit hæc phan tasmatā imprimere species vniuersa lium impossibili.

Hæc sententia est expressa Caiet. r. p. q. 79. ar. 3. & S. Th. ibidem & 2. cōtra gē. ca. 77. & Heruazi. 2. Sent. d. 17. q. 2.

Tertia sententia est eorum, qui di cunt, Intellectum agentem per se pro ducere species intelligibiles, & abtra here à phantasmate, quibus possibilis intelligit.

Quarta est aliorum, qui dicunt, In tellectū agentē, tanquam causam prin cipalem, & remotam, vñ cū phan tasmate producere specie in Intel lectu, ita, vt phantasma sit actuum princi piū proximi specie, instrumentale ta men: at agens Intellectus sit vt causa principalis, sicut qui calamo scribit.

Hæc sententia est expressa S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 4. a. 1. & Scot. 1. Sent. d. 3. q. 8. & Sonzinas. 7. Metaph. quaest. 12. & Caieta. Thienensis in præfati, imō Caietan. Cardinalis supra locum citatum S. Thomæ.

Quinto sententia, est quorundam, qui dicunt, nullum ab Intellectu age te produci lumē, sed requiri, vt ad præ sentiam solam phantasmatis facit spe ciem ipse solus, vt phāasma nil aliud faciat, quā esse præsens, & ita de terminet Intellectum per solam præ sentiam, ad hæc vel illam speciem producendam.

In ultimo capite, ponentiū Intel lectū agentē ex parte vtriusq; sunt duæ sententiæ. † Altera Auicenn. qui dicit, q; agens Intellectus producit species triusq; in possibili, & per etiam intelligit. † Altera. Albert. summa, q. de Intel lectu, dicit Intellectum agentem produ cere species in possibili, & intelligere eōs possi bils. non per se, vt dicit Philop. sed produ cendō species in possibili dicitur intel ligere, & possibilis etiam recipiendo intelligit. Vndē dicit intellectum agē tem intelligere: per extramissionem, sicut dicebat Plato de visu possibilem.

† 1. opin. Auicenn. † 2. opin. Alberti.

verō per intus susceptionem, vt de vi su sentit Arist. Hæc sunt placita Phi losophorum varia in hæc.

Dicam ergo in tanta varietate, q; mihi probabilius tenendum videtur: & sit prima conclusio. Intellectus agēs est necessarius.

Hanc probo contra primam senten tiam Durand. duplici ratione. Altera est ex omnium Philosophorū & Theo logorum consensu præter Durand. & paucos alios quosdam. Et profectō hæc autoritas debet esse satis valida: ratio, cū nulla sit ratio efficax in cō trarium.

Altera autem ratio talis est. Mate riale, & diuisibile, non potest virtute propria agere in indiuisibile, & imma teriale: sed phantasma est quid mate riale, & diuisibile, ad Intellectus im materialis, & indiuisibilis: nō ergo vir tute propria agit: indiget ergo aliqua causa immateriali, quacū agere possit, speciemq; indiuisibilem producere: talis causa est Intellectus agens: ne cessario ergo ponendus est.

Secūda Conclusio. Intellectus agēs nō intelligit. Ista probatur. Primo. Il lius est intelligere, cuius est recipere species, quibus determinatur ad ope randum: at agens Intellectus nō reci pit species, nisi possibilis: ergo nō est ipse, qui intelligit.

Probat ur secūdo. Si Intellectus agens intelligit, vel intelligit intelle ctione recepta in se, vel in ipso possibi li. Nō in se: quia nō est receptiuus, nec est in potentia. Nec in possibili, (vt di cit Iandu.) quia intellectio est opera tio immanens: debet ergo esse in eodē principio proximo, à quo pducitur.

Sit tertia Conclusio. Ponendum est lumen quoddam internum ab anima, seu Intellectu agere productum, quo illustrentur phantasmata.

Hæc conclusio probatur. Primō au toritate Aristot. text. 18. huius Tertij libri, dicentis, esse Intellectu lumen,

r. cōclu. Intelle ctus agēs est neces sarius. Probā cōclu. r. Primō ab auto ritate.

2. Ratio. Intellectus agēs nō intel ligit. 1. Ratio

2. cōclu. Intelle ctus agēs nō intel ligit. 1. Ratio

2. Ratio

3. cōclu. Ponēdū est lumē internū ab aīa pducitū. quo illu strantur

phantasma. quod se habet, sic et lumen ad colores, Accedit consensus penes Philosophorum, paucis demeritis: sic enim lumen hoc concedunt S. Thom. Scot. Soncin. Caietanus uterq; Hermetus. Auempac. & plures alij, locis supra citatis.

Secundo, accedit ratio satis commoda, ex analogia ad sensum. Nam, ut lumen Solis (V. g.) facit colores visibiles actus contingens, & quae latebant in aere, ostendit, & actu visibilis facit, ut ea videamus, & efficit, ut colores possint producere species in medio, & in oculo, ac sensu, quibus sensus videtur obiectum, & possit sensationem efficere: Ita lumen Intellectus productum illustrat phantasmata, & facit ea actu intelligibilia; & ut in eis appareant, quae latebant, & efficit, ut producantur species intelligibiles in Intellectu, quibus postea fiat intellectio.

Simile etiam esse potest de vase vitro intra se multa continente: quae omnia non videntur, sed illustrata a lumine apparent omnia interius contenta.

Ita vero, ut illae species in aere & oculo, productae ab obiecto illuminato, sunt immateriales, quae sit ipse color: ita etiam illae species intelligibiles sunt immateriales, quam sit ipsum phantasma: & non inconuenit, quandoquidem, ut illic eam immaterialitatem accipiunt, ratione luminis spiritualioris, quam sit color: ita etiam hic ratione luminis Intellectus omnino spiritualis, & ipsius Intellectus quoque omnino spiritualis, sunt omnino spirituales, sicut illic ratione etiam virtutis Solis mediante lumine id efficitur.

Nam intellectus agens se habet, ut Sol illuminans, lumen respondet luminis, & phantasma colori: atque ideo omnia pari proportione consonant: & sol in ea differunt, quod illic lumen ab agente producitur externo, hic vero ab interno.

Et simile omnino esset, si ipse mater

oculi ex se emitterent lumen, quod illustrarent obiecta, quae viderent, iuxta Platonis opinionem, quod etiam de quibusdam animalibus conceditur, ut de felibus, qui noctu vident, & eorum micant oculi.

Sue autem dicamus, illas species fieri efficienter ab ipso Intellectu ex phantasmate illuminato, & ex illo sic disposito extrahi, tanquam ex eius potentia materiali, sicut agens educit formam substantialem, perfectiorem ex potentia materiali disposita: Quod sane videtur valde probabile, siue dicamus produci efficienter solum ab Intellectu, vel a lumine eius, aut ab ipso, mediante lumine, & phantasmate, solum obiectum concurrentem, quod etiam valde esset probabile: siue dicamus ab Intellectu produci, mediante ipso phantasmate, ut sit praecipua causa Intellectus, & instrumentum phantasma: aut dicamus phantasma efficere partialiter cum Intellectu, vel etiam a solo phantasmate, sic illuminato effici: non valde refert. Nam etiam communi esse posset difficultas de colore, & speciebus immaterialibus in aere, & in ipso materialem productis, an videlicet a solo corpore, vel luminoso, vel lumine, vel colore, vel ex potentia subiecti educantur vel fiant.

Quocumque autem modo dicatur, hoc certum est, species produci ab obiecto illuminato, & non aliter, & res lumine posito, apparere, quae alioquin occultatae tenebantur, & latebant in aere inclusae, vel aqua, &c.

Probatur adhuc tertio, ex communi loquendi modo hominum. Solemus enim dicere, valere illum lumine Intellectus, alteram paruo praeditum lumine: & in aliquo negotio vel quaestione paruum nos habere lumen, vel magnum: & petimus ac desideramus illuminari a Deo, & ab hominibus: & lumen naturae non sine causa dicimus: quia est vis illa in se, quae tale lumen producit ad intelligendum, cum intelligimus.

Occurritur obiectio.

3. Ratio.

4. Ratio. Confirmatur haec tandem sententia. Quia sic facillime reddimus causas, quomodo vniuersalia cognoscantur ab Intellectu illustratis phantasmatis? quomodo denudentur a conditionibus indiuiduantibus? quomodo Intellectus ubi separet: vni ab altero, ex omnibus tam vniuersalibus, quam particularibus conditionibus, quae simul illic apparent: sicut visus in colore illustrato videt colorem, figuram, magnitudinem, intentionem, & cetera, quae in eo continentur? ablatum autem hoc lumine, & eius illustratione phantasmatis, vix aliquid dici potest, quod satisficiat in specierum intelligibilium productione, & ceteris omnibus.

4. conclusio. Intellectus agens non producit lumen in phantasmatis receptum, ut in subiecto. Hae est contra Auempac. Probatur. Vel illud lumen est materiale, quia recipitur in phantasmate materiali, vel immateriale. Non immateriale: quia receptum est ad modum recipientis. Nec est materiale: quia sic maneret phantasma materiale, ut antea, nec fieret intelligibile: non ergo lumen illud producit.

4. conclusio. Intellectus agens non producit lumen in phantasmatis receptum, ut in subiecto. Hae est contra Auempac. Probatur. Vel illud lumen est materiale, quia recipitur in phantasmate materiali, vel immateriale. Non immateriale: quia receptum est ad modum recipientis. Nec est materiale: quia sic maneret phantasma materiale, ut antea, nec fieret intelligibile: non ergo lumen illud producit.

2. Ratio. Secundum rationem. Quia vnum accidens absolutum vnaue qualitas non potest esse subiectum inhaesionis alterius qualitatis, vel accidentis absoluti realiter diuersi: & solum hoc habet quantitas, quia se tenet ex parte materiae, sed nulla qualitas: ergo species non possunt esse subiectum luminis. Confirmatur, quia species sensibiles in aere non sunt subiectum inhaesionis luminis, sed aer est subiectum utriusque.

5. conclusio. Non est satis, ut intellectus agens producat lumen illud secundum actum apparentem ab externo tantum, faciens in phantasmate apparere vniuersalia. Hae est contra Caietan.

Probatur primo: quia sic non esset causa efficiens cognitionis, sicut nec lumen visionis: at Aristot. causam efficientem esse dicit.

Probatur secundo: quia non potest sic esse actus apparentis nisi ipsi phantasmata inhaereat, vel aliquid medio. Hae autem esse non possunt: quia non est ibi medium.

Probatur: quia, ut probatum est, Intellectus percipit singularia per propriam speciem, ut diximus.

6. conclusio. Lumen intellectus agentis illustrat quidem species intelligibiles productas non solum extrinsece, sed interne, phantasmata vero extrinsece.

Pro ipsius probatione notandum, lumen quidem illuminare colorem extrinsece per solum, contactum superficiem, aerem vero & oculum, & diaphanum, ac species similiter in ipso aere ac in oculo existentes, intrinsece illuminare. Sunt enim in eodemmet subiecto tam species, quam lumen, & ratione luminis ipsae species inhaerent, & recipiuntur in ipso. Nam ergo phantasmata sensitiua se habent ad intellectum, ut color extrinsece ad visum: species intelligibiles in intellectu se habent, ut sensibiles productae in ipso sensu, vel aere. Quare lumen quidem intellectus agentis intrinsece illuminauit species intelligibiles in intellectu possibili simul existentes, ut in subiecto utrunque: phantasmata vero extrinsece, ut lumen illustrat colorem, ut dicebat Caietanus.

Quoniam, (etiam si quis diceret intrinsece ipsa quoque phantasmata illustrari aliquo lumine, videlicet illo ipso spirituali immateriali in sensitiua potentia, ubi est phantasma, producto ab intellectu, & in eo recepto, aut ex eo, quod utrumque sit in eadem anima, vel alio materialiori lumine illustrari,) non careat etiam probabilitate in modo vero neque repugnat, spirituale & imma-

1. Ratio

2. Ratio

6. conclusio

Intellectus agentis species intelligibiles intrinsece & extrinsece illustrata phantasmata vero solum extrinsece.

Expli- catur & probat conclusio

Nota.

7. cōclu. Intellectus agēs non producit solus species intelligibiles. Argumentum est manifestum. Vel educit illas ex potentia phantasmatis, vel ex potentia intellectus possibilis. Vel producit illas non educendo. Nō primū, quia tūc species reciperetur in phantasmate: quia impossibile est aliquid educi ex potentia alicuius, quin recipiat in ipso. Nec secundū, quia potentia intellectus possibilis est differens, & agens similiter, cum sit commune: ergo impossibile est ex ipsius potentia educi species aliquas, & eodem argumento, nec solus agens producet, quia est commune agens.

8. cōclu. Intellectus agēs vnā cum phantasmate producit speciem intelligibilem.

1. obiectum agere in intellectum. Secūdo probatur: quia idē dicitur. iste Intellectus illuminare, & denudare phantasma & transferre rem de ordine in ordinem, id est, facere rem intelligi, quae autē sentiebatur tantum, quae omnes sunt operationes Intellectus in phantasmate.

9. cōclu. Negādus intellectus agēs aut sola ponēdus, ut videtur, sed vnū, sicut, nec duas

voluntates, nec duas memorias, nec duos appetitus, nec duas imaginationes, sed vnā, &c. Et secundū, quia intellectus vnus satis esse videtur ad producendum lumen, & postea eliciendum species, & producendum in se notitiam. Nil enim vetat in seipsum agere actione perfecta. Et tertiū, quia nulla est ratio contra hoc conueniens. Tamen, quia nec in contrarium rationes habentur conuincentes, sequimur communem sententiam.

Ad argumenta respōdetur. Ad primum Auerrō. 2. de anima, comment. 60. putat esse sensum etiam agentem, substantiam separatam: sed nos id negamus: non enim est par ratio sensus, & intellectus. Nam obiectū sensus est proportionatum sensui: vtrūq; enim materiale, & quantū est: at phantasma est improportionatū Intellectui, cū sit alterius ordinis: est enim quantū Intellectus verō nō quantus, ob id indiget principio eleuāte, id est, Intellectu agente & eius lumine, quod sit in genere immaterialium & indivisibilium. Et haec fuit Aristō. ratio, q. efficiens principium & materiale debet ad vnū pertinere genus: non autem pertinet phantasma nudum & Intellectus sicut sensus cum suo obiecto.

Deinde. Quia vt diximus, sensus indiget Sole illuminante, vel alio lumine & lumine producto, vt eius obiectum fiat artu visibile, vt species producantur, & idē non indiget sensu agente: sic ergo Intellectus indiget illuminante suū obiectum, cum non sit externum, necesse est sit internum illuminans, scilicet Intellectus agens.

Ad secundum, patet solutio. Agens enim est necessarius, propter phantasma, vt illuminetur, vt hoc medio Intellectu agente immutare possit possibile nam etiā, vt diximus obiectū sensus indiget lumine illuminante ipsū: & quantū ad hoc, est eadem ratio phantasma

ratione distinctus: r
a
3
Ad r
Ad 4

tasmatismatis ad Intellectum, & obiecti ad sensum.

Ad tertium, dico, verum esse, Intellectum agentē nil imprimere in phantasmate, tāquam in subiecto, id est, nullam qualitatem in eoinherentem, nec auferre à phantasmate. Dicitur autē facere rem intelligibilem in actu: quia phantasma illuminatur extrinsecus, vt diximus, & ita simul cū Intellectu illo fit capax ad imprimendum sui speciem Intellectui possibili, qua median te, res intelligitur, sicut color extrinsecē illuminatus ad producendā speciē.

Ad quartum, dico cum S. Tho. 1. p. q. 79. art. 3. ad 2. quod cōparatio luminis in hoc tenet: quod sicut colores absq; lumine producto à corpore luminoso non possunt visum immutare: ita nec phantasmata absq; intellectu agente & eius lumine: non tamen Intellectus ille in reliquo similis est: nam cōcurrit cum phantasmatis: vt agens causa principalis: lumen verō præcipuē tanquam mediū dispositio: vt alibi diximus.

Nisi quis vellet dicere, lumen esse causam etiam cum colore efficientē: nam color ex contactu luminis fit potens producere species in medio, quas antea non poterat.

An Intellectus agens sit substantia separata? Questio. XIII.

HAEC Questio partim est determinata superius, dum ostēdimus, Intellectum possibile, non esse separatā substantiam, sed virtutem non organicā animae informantis materiam. Nam sic simul etiam determinatum est, Intellectum agentem non esse substantiam separatam in opinione. Themist. Theophr. & Auerr. qui agentem, & possibile, vnā faciunt substantiam, & eandem separatam: contra hos enim, cū de possibili ostensum fuerit, de agente ostēsum erit, cū re idem sit apud eos agens & possibile Intellectus. Idem etiam ostē-

sum videtur, cū demonstratum fuit, animam rationalem esse informantē & actū corporis. At quia sunt alij, qui duos faciunt Intellectus, vnū possibilem, alterum agentem, diuersos in substantia: idē determinato etiā dubio priori de possibili intellectu, adhuc de terminandum superest alterum de agente. Et quia hoc præcipuē tractatur circa doctrinam Arist. iuxta eam etiā id erit statuendum.

Videtur ergo, quod sit aliqua substantia separata: imō ipse Deus. Primō. Intellectus agentis est omnia facere: sed hoc attributum nulli, nisi Deo, competit: ergo agēs Intellectus Deus est, & non virtus animae.

Secundō. Intellectus agentis actio dicitur esse substantia ipseus, text. 19. sed nulli actio: sed substantia eius, nisi Deo ipsi, qui simplicissima est substantia: ergo Intellectus agens non est anima virtus.

Probatur tertiō. Intellectus agens dicitur semper intelligere, text. 20. hoc autem non virtuti animae, sed Deo inest: non ergo est agens intellectus animae virtus.

Probatur quartō. Agens intellectus simulatur arti, respectu artificiatorū: at ars est extra artificiatā: ergo agens Intellectus est separatā à possibili, qui est, vt materia, in qua intellecta recipiuntur.

Probatur quintō. In vno & eodē subiecto non possunt esse simul, potentia & actus: sed in anima est potentia, scilicet Intellectus possibilis: ergo nō poterit esse agens, qui actus est: erit ergo separata substantia.

In hac re variae sunt opiniones Philosophorū, sicut in alijs ferē omnibus. Alexandri fuit prima sententia, qui putauit intellectum agentem, esse Deū ipsum, & hoc idē affirmabat esse secundū mentē Arist. huius argumenta erant illa tria prima proposita.

Altera sententia est cuiusdam Graeci, X 5 dicit

Ad 3.
Ad 4.
Ex iā di
s par
rim esse
dissolutam
hac
questio
nem.

1. Argu. quod sit substantia separata.
2. Argu.
3. Argu.
4. Argu.
5. Argu.
1. Opin. Alexan.

2. Opin. dicti Marini, cuius meminit in præsen-
 ti Philopo. Hic enim non Deum putat
 esse Intellectum agentem, sed angelu-
 ce, Aui-
 cem. &
 Caieta. Deo, est tamen separata. Unde, possi-
 bilem ponit esse in nobis non separa-
 tum, agentem verò separatam. Hoc se-
 cutus est Auempace in Episto. De lu-
 ce, & Auicen. 9. Metaph. ca. 4. Colcho-
 deam enim illam dixit esse intellectu
 agentem & species facere in possibili.
 Et inter nostros Caiet. Card. Hi enim
 omnes, Intellectum agentem, separa-
 tam ponunt substantiam præter Deum:
 quam uis Caiet. secundum Arist. solum
 teneat.

3. Opin. Tertius sententia est Plotini, qui In-
 tellectum agentem non separam ali-
 quam substantiam ponit: sed nobis in-
 existētem, & cuius suam propriam: di-
 cit tamen Intellectum agentem, & pos-
 sibilem duas esse substantias, agēs sem-
 per in nobis intelligit, possibilis verò
 aliquando intelligit, aliquando non in-
 telligit.

4. Opin. Quarta sententia est Plutarchi, quæ
 Plutarc. citat Philopo. & ipsius etiam Philop.
 & Philo. qui agēs Intellectum ipsam animā
 ponunt, ut actū cōtemplatur, nec aliā
 putant esse substantiam.

5. Opin. Ultima est S. Thomæ. 1. p. q. 99. ar. 4.
 S. Tho. & q. de anima, art. 5. & in hoc capite
 & cōmu- præfati Arist. putat enim agentē In-
 nis, tellectum esse animæ virtutē, & facul-
 tatem quandam, quæ cum phantasma
 te species imprimat in possibili Intel-
 lectu. Hoc sequitur communis schola
 Latinorū. Atque hæc sunt placita Phi-
 losophorum in hæc rei: quid tenendum
 videatur, explicabo.

1. Cōcl. Sit ergo prima Conclusio. Intelle-
 Intelle- ctus agens non est Deus. Hæc est cōtra
 & 9 agēs Alexan. quod & conatur Philoponus
 non est Deus. multis argumentis, sumptis ex verbis
 Aristot. in hoc capite manifestè reijce-
 re, quorum aliqua concludunt absolu-
 tē, aliqua ad hominem.
 Primò dicit Aristot. quod post mor-

tem non reminiscimur, nec cognosci-
 mus quæ antè: at hoc non potest de
 Deo ipso dici: ergo Deus non est. In-
 tellectus agens. Hoc argumentum sim-
 pliciter non concludit: quia hæc verba
 non sunt de Intellectu agente, sed de
 Intellectu actu: concludit tamen ad
 hominem, nam Alex. omnia hæc huius
 capituli de agente interpretatur, sicut
 etiam Philoponus.

Probatur secundò. De hoc Intelle-
 ctu separato, seu agente, dicitur, quod
 solū est immortalis: at multa sunt præ-
 ter Deum immortalia: non ergo Deus
 Intellectus est agens.

Nec valet dicere, quod Arist. dicit,
 eorum, quæ nostra sunt, solum Deum
 esse immortalē: quia secundum Alex.
 nō est Deus aliquid nostrū: ergo dictio
 exclusiva, absolutè omnia excludit.
 Hoc etiam est ad hominem, propter ra-
 tionem dictam.

Probatur tertio. Iste Intellectus di-
 citur aliquando intelligere, aliquando
 non: quod Deo nō potest inesse.

Probatur quarto, & hoc iam nō est
 tantum ad hominem. Quia dicitur In-
 tellectus agens nō omnino res facere,
 sed facere intelligibiles: quemadmo-
 dum lumen non facit omnino colores,
 sed, ut videantur: at Deus omnia abso-
 lute facit, & omnium Esse causa est: nō
 ergo Intellectus agens est Deus.

Probatur quinto. Intellectus agens
 dicitur esse differentia animæ nostræ
 unā cum possibili: at Deus nullo mo-
 do est alicuius entis differentia, nec ali-
 cui generi limitatur: non ergo Intel-
 lectus agens est Deus.

Probatur sexto. Iste Intellectus di-
 citur lumē, & habitus, id est, forma: at
 Deus non est forma, nec habitus ali-
 cuius: non ergo Arist. per agentem In-
 tellectum intelligit Deum.

Probo etiam septimò, ratione ex do-
 ctina Arist. Deus non operatur in his
 inferioribus, nisi motu cœli, & lumine:
 ut patet. 8. Physic. 1. 2. Metaphy. & alibi
 frequen-

Primò ab au-
 toritate
 Arist.
 2. Testi.
 Arist.
 Reijcti
 Solutio.
 3. Testi.
 Arist.
 4 Testi.
 Arist.
 5. Testi.
 Arist.
 6. Testi.
 Arist.
 7. 1. Ra-
 tionem ex
 doctrina
 Arist.

fréquenter: at nec lumine corporeo,
 nec motu potest talis abstractio, vel
 operatio Intellectus possibilis fieri: er-
 go Deus non est Intellectus agens.

Probatur octauò. Si Deus immēdi-
 atē facit hoc ex seipso: ergo afficit no-
 bis, tanquā Intelligentia orbi cœlesti:
 at habemus manifestè ex 8. Physic. tex.
 84. non sic Deum esse, sed esse ubique,
 & in cœlo potissimum: ergo id prorsus
 repugnat doctrinæ Arist.

Probo etiam hoc idem ratione se-
 cundum veram philosophiam. Causa
 vniuersalis non concurret ad proprias
 operationes naturales rerum, imme-
 diatè, nisi positæ, ex parte ipsarum rerum
 & agentium proprijs virtutibus,
 Ut, Deus nō immediatè ad calefacien-
 dum cōcurrat cum igne, quin ignis ha-
 beat in se propriam virtutem cōmani-
 catam ad calefaciendum: (aliter enim
 esset ad esse inferiores imperfecti: imò
 non esset causa) at intelligere est ho-
 minis operatio propria: ergo præter
 Dei concursum, qui est vniuersalis cau-
 sa, etiam est in homine virtus particu-
 laris ad illam operationem, scilicet ab-
 strahēdi species: nec Deus immediatè
 facit absq; virtute propria particulari:
 aliter esset homo omnium agentium
 imperfectissimus, cum nō habeat in se
 virtutem actiuam suæ operationis. Et
 hæc est elegans ratio S. Thomæ. 1. p.
 q. 79. ar. 4. & hoc lib. lect. x.

Et notat, quod nō negamus, Deum
 ad intelligendum concurrere, & ad ab-
 strahendum species nobiscum, sicut cō-
 currit eam omni causa particulari ad
 suas operationes: tamen dicimus in no-
 bis etiam esse virtutem propriam par-
 ticipatam ad illam operationē: ob id
 Intellectus agens non lucet, sed lumini
 simulatur, quod est qualitas participa-
 ta, & derivata à luce: sic Intellectus a-
 gens noster à prima Causa.

Aut verò potius similis est ipsi cor-
 pori luminoso, putà, Soli lumē produ-
 centi, qui tamen Sol à prima causa fa-

Rationi-
 bus idē
 probatur.
 1. Ratio.
 Nota.

ctus est, & cōseruatur, & cum eo cōcū-
 rit ad producendum lumen.

Secunda Conclusio. Intellectus agēs
 non est substantia aliqua alia separata
 præter Deum.

Hæc potest probari ex Aristotele,
 qui ait, quod Intellectus agens & pos-
 sibilis sunt animæ differentia, & par-
 tes animæ, & principia intelligendi in
 anima, vt. 3. lib. cap. 3. tex. 150 & cap. 4.
 text. 1. & cap. 5. tex. 17. & alibi, &c. quæ
 non possunt separata conuenire sub-
 stantiæ.

Secundò probatur ratione. Quia de-
 bet esse virtus nostrā, cum operatio sit
 nostrā: aliās nō intelligeremus nos, sed
 alius pro nobis: aut nos essemus solū
 virtus passiuā, & receptiuā, & nō acti-
 ua & operatiua nostrarum operatio-
 nis: quod sanè est perquam absurdum.
 Confirmatur inductione: quia omnes
 res naturales efficiunt suas operatio-
 nes, non verò eas solū patiuntur. Cō-
 firmatur: quia hæc magna esset natu-
 ræ rationalis imperfectio, quod nulli
 alteri rei in suo genere conueniret: vt
 scilicet solū pateretur suas operatio-
 nes naturales, & non ageret.

Probatur tertio. Quia experimur
 hoc totum esse opus nostrum: id enim
 volumus, intelligimus: nō autem dum
 nolimus: ergo verè in nobis est actiua
 virtus.

Quartò. Quia illa Intelligentia se-
 parata cum debet abstrahere phantas-
 ma, vel cognoscit illud, vel non. Si nō:
 quomodo applicabitur ad abstrahē-
 dum? Si cognoscit: ergo recipit speciē
 ab illo, vt determinetur? & si hoc ita
 est, iam non solū agens, sed possibili-
 lis erit.

Probatur quinto. Quia sicut phan-
 tasma potuit illi imprimere speciē,
 posset etiā nostro Intellectui, & tunc
 non esset talis substantia necessaria.

Tertia Conclusio. Probabiliter In-
 tellectus agens est virtus animæ, & fa-
 cultas re distincta à possibili.

Intell-e
 & 9 agēs
 non est
 substan-
 tia ali-
 qua alia
 separata
 Deum.
 1. Auto-
 ritate.
 2. Ratio
 ne.
 1.
 3. Ratio.
 4. Ratio
 5. Ratio.
 3. Cōcl.
 Probabi-
 liter In-
 Ani-

tellectus agēs est cen si lumen, vt vnā cum phantasmate illuminato possit producere speciem, re distin & facultatem etiam, vt recipiat, & in- etia à potētia à potētia: quæ virtutes, vt videtur, non possunt re esse vnā & eadē: quia nō videtur, agere, & pati, vni, & eidem potentia re, conuenire posse.

1. Ratio. Hæc cōclusio sequitur etiam ex præcedentibus. Si enim non est substantia separata, erit ipsa anima: sed anima virtutibus, & facultatibus operatur: erit ergo animæ facultas. Ex his argumenta solui possunt.

Ad 1. Ad primum. Peto ego ab Alexand. cum dicitur Intellectus possibilis omnia fieri, an intelligat, quod realiter fiat omnia, scilicet lapis, ignis, & alia? Respondebit, nullo modo, sed intelligibiliter. Iuxta hoc ego etiam dico, quod agēs facit omnia intelligibiliter, id est concurret ad omnium intellectio nē, hoc tamen non est opus solius Dei, Deus enim omnia secundum ipsorum reale facit, nihil igitur ex illo argumēto concludit Alexander.

Ad 2. Ad secundum dico, sensum verborū illorum hunc esse, quod Intellectus agens est ex natura sua ad agendū, non ad recipiendum intelligibilia: vt, sicut Intellectus possibilis est ad recipiendum solū, ob id in potētia dicitur, ita agens ad efficiendum: ob id ex natura sua actus dicitur, nō tamen q̄ sua operatio interna, sit sua substantia, sicut in Deo: non enim talem habet operatio nem intra se: nō enim ipse est substantia se intelligēs: nā in his verbis, substantia sumitur pro essentia, & natura.

Ad 3. Ad tertium respondeo, quod illa verba sunt de Intellectu possibili in actu, non de agente: & sensus est, non quod semper intelligat, sed quod, dum actu est, semper intelligit.

Ad 4. Ad quartum, respondeo, quod similitudo artis in his duobus consistit. Primō, vt ars est causa cōmunis omnium effectuum artificiatorū: sic agens om-

nium specierum, & vnus est pro omni intellectu. Secundō, vt ars est separata ab effectibus: ita agens Intellectus à rebus intellectis: non tamen debet esse extra possibilem: imō intra ipsum est, vt notat Themist. cap. 25.

Ad 5. Ad quintum respondet S. Thomas in præsentī lect. x. quod Intellectus agēs non est actus formalis, ita, vt ipse sit formaliter res omnes intelligibiles: sic enim non posset esse in eodem subiecto simul cum possibili, qui est potentia res intelligibiles: vnde agēs non est formaliter species intelligibilis vlla: est tamē actus, id est, potētia actiua specierum intelligibilium: & sic nihil prohibet, in vno subiecto esse potentiam receptiuam speciei, & potētiā actiuam ipsius remotē, vnā cum ipso phantasmate, vt instrumento. Et per hæc patet huius quæstionis resolutio. *An rationalis Anima sit immortalis secundum Arist. Quest. xv.*

NON est facile hoc determinare ob tantam opinionum diuersitatem, & Philosophorū, præsertim quorundam neotericorum impie opinantium: & antiquorum etiam controuersiam: ego tamē, quod puto certum ac verum in doctrina Arist. & secundum veram Philosophiam, aperiam, & proponam.

Sed, antequam ad cōtrouersiam accedam, illud vnū supponendum est, quod aliās pro viribus in Aristotele manifestauimus, Animā intellectuā, formam esse dantem esse, nec vnā in omnibus hominibus, sed plures. Hoc autem supposito, quæstio hæc præfens (quia in doctrina Arist. posita est) modo verbis ipsius, & ab ipso rationibus petitis agenda est.

Deinde quæstione sequenti secundum veram philosophiam idem erit tractandum.

Probat ergo, animam mortalem esse, auctoritatibus, & hoc fit primum argumentum 1. Physic. tex. 83. dicit se

Ad 5.

Difficultas quæ rationes.

Suppositio.

Nūc tractādo quod secundum Arist. post ea secundū verā tra-

philosophiā idē tractaturum de formis physicis generabilibus, & corruptibilibus: at inter has formas físicas, est anima: ergo est corruptibilis.

1. Argu. Probatur 2. Physico. text. 12. formam dici naturam, & hanc non posse separari à materia, nisi ratione tantum: anima ergo cum sit forma, nō separabitur à materia re.

2. Testi. Probatur 4. physic. text. 17. probat formam non esse locum: quia locus separatur à re, non tamen forma: nō ergo anima separabilis est.

3. Testi. Probatur 8. physic. text. 52. dicit principia, quæ se mouent, per accidens esse corruptibilia: at anima mouet se per accidens, dum mouet corpus: ergo est corruptibilis.

4. Testi. Probatur 7. Metaphy. tex. vltimo, dicit, quod partes, quæ, destructo toto, manent, erant materiales, & elementares, & ille cum forma faciebant totū: si ergo anima manet, non erit forma, sed materialis pars, aliaque erit in homine toto forma præter ipsam.

5. Testi. Probatur 12. Metaphy. tex. 39. dicit, q̄ Deo inest scilicet perpetuo, nobis autem paucō tempore: non ergo est anima perpetua, & immortalis.

6. Testi. Probatur 3. Ethic. cap. 6. dicit, quod fortis in mortis periculo timet: quia vltimum terribilium mors est, & mortuo nihil boni, vel mali accidere videtur. Hoc est igitur primum argumentū ab Autoritate.

7. Testi. Secundum argumentū ex doctrina ipsius, lib. 1. de anima, text. 13. dicitur, quod si anima non potest intelligere sine imaginatione, non potest separari à corpore: at lib. 3. tex. 39. dicitur, q̄ sine phantasmate nihil intelligit: idem etiam tex. 20. concluditur: ergo anima non est separabilis. Hoc est argumentum fortissimum Alexandri & sequacium ipsius.

3. Argu. Tertium argumentū. 1. de celo, tex. 126. omne genitum esse corruptibile: omne quod habuit principium, habe-

re finem: anima ergo, cum forma sit, incipit esse, habebitque finem. Probatur quartō. Si anima incipit esse: vel fuit educta ex potētia materie: vel non. Si educta: ergo dependet in esse à materia, nec poterit separari. Si verò non: ergo creata: quod tamē esse videtur contra Aristot. principia.

5. Argu. Probatur quintō. Si anima est separabilis à corpore, erit mobilis, mouebiturque à loco in locum: at hoc repugnat Aristot. 6. Physic. vbi probat, nullo modo indiuisibile moueri posse: non ergo est separabilis: est enim secundum se indiuisibilis.

6. Argu. Probatur sextō. Si anima manet separata in perpetuum, cum ipsa sit forma secundum se, manebit extra statum naturalem, eritque violentata: at nullum violentum esse perpetuum, vt docet Arist. 2. cœli. text. 18. imō habebit potentiam ad corpus, talisque potentia manebit in perpetuum frustrata: quod est contra ordinem naturæ, quem docuit Aristoteles.

7. Argu. Probatur septimō. Talis anima manebit ociosa, quia non habet corpus, quod ipsa moueat. Atque hoc argumentum fecit Arist. contra ideas Plato. 12. Meta. cap. 6. text. 30. quod ociosa esset nihil mouentes.

8. Argu. Probatur octauō. Essent animæ infinitæ, supposita mundi æternitate, quæ Aristoteles fatetur: at actu infinitum non admittit vllō modo Aristoteles: ergo non est consona ipsius doctrinæ animorum immortalitas.

9. Argu. Nonum argumentum est auctoritas Philosophorum maiorum, asserentium hanc fuisse mentem Arist. Primō Aristoxenus, & Dicaearchus, ipsius Aristot. auditores, animam mortalem, ipsum sequentes, affirmarunt, vt refert Mirandula. lib. 4. ex amnis, cap. 8. Plutarchus, lib. 5. de placitis Philosophorum, cap. 1. Aristotel. animam mortalem putasse, affirmat. Idem Galen. in historia philosophica, & Alex. magnus

4. Argu.

5. Argu.

6. Argu.

7. Argu.

8. Argu.

9. Argu. ex Interpretum quorundam auctoritate.

gnus interpres, & antiquus idem inter Catholicos Theodoretus, lib. de Curandis Graecanicis affectionibus: putat enim Aristot. esse huius placiti. Idem Grego. Nyse. lib. de anima. Et inter Latinos id putarunt Pomponat. Caiet. Card. Simo. Portius, & alij Sco. autem 4. sen. d. 4. q. 2. & Heruæ. qui lib. 1. q. 1. dubium fatentur Aristotelem in hoc, quamuis magis declinasse, fateantur, ad mortalitatem. Hæc sunt igitur quæ pro hac parte illustres Philosophi sentiunt de Aristotele.

1. Fund. Animæ Pro resolutione huius difficultatis aduerte, animam intellectuam bifariam posse dici immortalem, & perpetuam. Vno modo ita, vt corpus nõ ancedat, sed incipiat de nouo esse, tamen duret post perpetuè separata à corpore: quod alij vocant perpetuum à parte post. Altero modo, vt etiã ante corpus sit perpetua: nec de nouo fiat, quod dicunt à parte antè. Et de perpetuitate, vno, vel altero modo, difficultas est in Arist. & controuersia.

2. Cõclu. Animæ rationalis Sit igitur prima Conclusio. Animã rationalem non destrui, destructo corpore, Aristoteles docet: & oppositum est contra ipsius doctrinam.

Hæc cõclusio probatur. Primò. Quia fuit sententia communis omnium philosophorum Graecorum sui temporis, & antecedentium: imò etiam vulgibus omnibus non est credendũ ipsum in sua doctrina repugnasse, cum nullam fortem habuerit rationem mortalitatis.

Quod autem communis fuerit sententia, de mansione animæ post corpus: ostendunt tres sectæ Philosophorum: qui eam confessi sunt. Plato enim princeps Academicorum expressè immortalitatem docet in Timæo. Plerique Stoici: & Pythagoras, qui apud Italos primus docuit, immortalem crediderunt animã, vt refert Plutarchus, li. 4. de placitis. ca. 7. adde etiam, qd Græci suam philosophiam hauserunt ab Hæ-

bræis: vt refert Iosephus, lib. 1. contra Appion. & Eusebius lib. 10. de præparatione Evangelica, & Berofus, lib. 3. Hi autem manifestè animæ immortalitatem problemabāt, & Herodo. lib. 2. refert Pythagoram sumpsisse placitũ, de transmigratione animarũ, ab Aegyptijs: erat enim semper communissima & antiquissima sententia ab omni Republica receptissima, de animæ mansione post corpus.

Vt quid igitur Arist. huius oppositum, sine certa & euidenti ratione debuit docere? vel quo modo ipsum sensisse mortalitatem fatebimur, cum nullum tale verbum extet expressum in eius vniuersa doctrina?

Probatur hoc idem secundò, auctoritate insignium tum discipulorũ, tum Interpretum Aristotelis, tam Græcorum, quam Latinorũ, & Arabum, qui animæ immortalitatem Aristotelem fateri nõ dubitant. Sunt enim hi Theophrastus, ipsius discipulus, & Themistius: quamuis enim huius animam dicant: nolunt tamen admittere mortalitatem: at alij immortalitatem cum pluralitate ponunt: quales sunt Simpli. 1. animæ. tex. 66. & 3. Animæ, text. 20. Philopo. in prologo de anima, contra Alexand. Ammonius Alexandræus, Ammonius Heruæus, Olimpiodorus: quorũ meminit Mirandula. lib. 4. examinis, ca. 9. Idem etiam inter Arabes: Auicen. inter Latinos, S. Tho. Alber. Aegid. & alij magni nominis.

Sed probatur tertio, ipsius Arist. testimonijs expressis. Et nota, nullũ esse testimonium, vbi verbum aliquod dicat de mortalitate: sed isti per consequentias quasdam extortas colligunt: nos tamen per expressa, & euidentiã testimonia probamus.

Primum, sit ex 1. de anima, text. 66. vbi dicit, quod amare, cogitare, & similia, destruuntur cum corpore: at Intellectus diuinum quid & impassibile est. Vide clarè immortalitatem in-

Secundò ab auctoritate celeberrimorũ discipulorũ & Interpretum Arist. sic de Arist. sententiam.

Tertio, testimonijs Arist. manifestis & euidentiã.

Notaual de. 1. Testimonium

- tellectiur partis.
2. Testi. Secundum, ex 2. de anima, text. 22. Intellectum aliud genus animæ esse dicit à sensitiuo, & vegetatiuo, & id posse ab his separari, sicut perpetuum à corruptibili.
 3. Testi. Tertium, est ex 3. de anima, text. 20. vbi dicit, quod Intellectus in actu, quo cõtemplatur, quantum ad operationem, non manet post corpus, tamen secundum se, actum esse, immortalis est.
 4. Testi. Quartum, ex 12. Metaph. text. 17. dicit, mentem, & animam Intellectualẽ non posse esse ante corpus, tamen manere post, nihil prohibet: quia habet (ait) actionem separatam à corpore, scilicet, contemplationem. Et iste est textus notandus.
 5. Testi. Quintum, est lib. 2. de Genera. animalium, ca. 5. vbi expressè dicit, quod cum actione Intellectus nihil communicat corpus: ob id, quod sine illo esse potest.
 6. Testi. Sextum, est 1. de par. cap. 1. vbi dicit, non esse Physici tractare de omni anima. Non enim de intellectu tractat: quia est separata: id est, nõ habet esse à corpore pendens.
 7. Testi. Septimum, est 1. Ethic. cap. 11. dicit, quod ista, quæ accidunt in mundo, parum mortuos tangunt: quia nec sufficiunt facere beatos eos, qui non sunt, nec eos, qui sunt beati, non beatos facere: sunt igitur animæ post mortem.
- Notaual de. Hæc sunt igitur testimonia. Tu perpende, an testimonijs expressis possit refragari per consequentias quasdam inutiles: quæ si quid cõcluderent, potius contradictionem in doctrina Arist. & verbis cõcluderent. Sed tamen soluentur facillimè illæ fallaces eorũ consequentiæ: vt post dicemus.
2. cõclu. Ari. non posuit animas ante corpus existentes. Probo manifestè hoc ex 12. Metaph. text. 17. vbi dicit mentem, seu animam intellectuam fuisse nõ potuisse

ante corpus: quia est tanquam ratio 1. forma corporis.

Et ratione præterea manifesta ex ipsius Aristotelis principijs probatur: quia cum sit actus corporis, vt olesum fuit, per se creari non debet, sed in corpore, iuxta ipsius videlicet naturam & appetitum materiale: aliàs violenter generaretur, & violenter esset antea extra corpus.

Quod si quis obijciat ea lib. 2. de Generatione animalium, cap. 3. vbi videtur dicere, mentem fuisse antè, & de foris, seu exterius, venire?

Respondent aliqui probabiliter, hoc loco loquitur secundum aliorum opinionem, & non propriam. s. Antiquorum: non autè sicut Metaphysici, sed secundum propriam. Et hoc colligunt satis probabiliter propter tria. Primò, quia illa erat doctrina nõ multum speculatiua, sed historica: Metaphysica verò exquisita. Secundò, quia talis sententia potest multis adscribi. Tertio, quia ibi insinuat, animas habere corpora quædam, non ex elementis, sed ætherea corpora: quod tamen certum est, esse contra eius doctrinam. Quare non hæc, sed sententia textus Metaphysici: quod mens nõ sit ante corpus, propria credenda est.

Secundò respondemus, nil in eo loco contrariũ dici: proposuit etenim duas quæstiones. Prima, an animæ omnes essent ante corpus: an nullæ, an aliquæ sint, aliqua non? secunda: an in materia ipsius esset, an ex semine maris aduenirent? & si cum maris semine, an ex vi eius omnes fierent, an extrinsecus, l. partim extrinsecus, partim nõ?

Et respondet primæ quæstioni: animas oes impossibile esse antea. Ad secundam, animam rationalem seu mentem extrinsecus aduenire: hoc est, nõ ex vi feminis seu maris: seu (quod idem est) non educitur de potentia materie, sed sit ab extrinsecis, & nihil ait aliud. Et hic est sensus verus illius loci.

Prima auctoris ratio.

Obiect.

Prima solutio.

r.

2.

3.

Secunda solutio.

Tertio,

2. Ratio. Tertio, confirmamus id, quia multa eodem cap. 3. dicit, quæ ostendunt animam non fuisse antè. Nam ait, omnes, etiam intellectiva animam, esse prius potentia, deinde actu esse: & prius fieri vegetativam, deinde animam sensitivam, deinde rationalem infundi: & tandem mentem, seu intellectivam animam, à corpore esse separabilem, & separari ibidem ait. Quod si ita est: ut diximus, & fateri necessarium oportet: habemus doctrinam expressam Aristotelis, animam incepisse, sed nunquam desitura.

3. conclusio. Tertia Conclusio. De statu animæ post mortem, quadã habemus ab Aristotele, non parvi momenti, sed eiusmodi, ut ex illis multa alia, certa liceat demonstratione colligere.

Aseruit enim animam immortalẽ, atque ita manere post mortem, ut vidimus: & aseruit intellectum ejus, tam possibilem quã agentem esse à corpore separatam, nec organo utentem corporeo: aseruit etiam post mortem (primo Ethicorum cap. 11. ut vidimus) ea, quæ in hoc mundo accidunt, mortuos non sufficiens facere beatos, qui non sunt: nec eos, qui sunt beati, non beatos facere. Atque idè concessit, esse post mortẽ quosdam beatos, quosdam non ita, quæ tria profectò magni sunt momenti.

1. Et ex his, alijsque dictis, multa alia possent colligi. Nam si addas, beatitudinem consistere in contemplatione substantiarum separatarum, ut ipse ait 10. Ethicorum, & presertim primæ substantiæ separata, videlicet Dei: sequitur, animas beatas post mortem, substantias separatas, & Deum maxime, contemplari.

2. Item, si, ut ipse ait, ociose post mortem manere non debeant, & Intellectum habeant, consequitur, ut eius habere possint operationes: & ut antea, primo libro diximus, consequitur, eas habere appetitum rationalem, qui cõ

sequitur ad Intellectum, scilicet, voluntatem & eius operationes habere: & si operationes voluntatis, ergo & virtutes, & virtutum operationes, atque exercitia, presertim spiritualium, ut iustitiæ, prudentiæ, charitatis, amoris, amicitia, ac cæterarum, & similia alia pleraque necessariò colliguntur.

Similiter, si manet post mortem, sequitur, ut si in hac vita bene egerit, præmiũ habere debeat: & si malè egerit, pœnam etiam debitam, ut iustitia suam habere locum possit.

Et quamvis alia occultiora diligentius perscrutentur, & tractent Theologi, satis fuit, Philosophum ea præbuisse principia, ex quibus non pauca imò magna necessaria demonstratione colligantur.

Hæc sunt, quæ ex Aristotelis doctrina colliguntur, quæ unicuique amatorum veritatis, & rerum æquo assimatori, vera & eius doctrinæ consentanea videbuntur.

Supereest, ut ad argumẽta proposita respondeamus, & imprimis singulis locis primi argumẽti satisfaciamus, quæ profectò nullam habent apparatus.

Ad illud 1. Physi. dico tria. Alterum est, quod illic vocat generabiles, & corruptibiles, quæ formæ sunt corporum generabilium, & corruptibilium: non enim formæ secundum se generabiles vel corruptibiles sũt. Talis est anima, est enim forma hominis, qui corruptibilis est. Et hoc sufficit, ut philosophus speculetur de ea: quod verò possit maneat, parum, quantum ad hoc refert. Adde etiam, quod si non est corruptibilis, tamẽ generabilis, seu producibilis est.

Dico secundò, quod loqui ut de toto genere: quia omnes ferè formæ corruptibiles sunt, tamen anima, cum sit ultimus terminus Physiici, habet confinium cum Metaph. & abstracta forma, ut sic in materia sit, ut possit separata persistere.

Dico tertio: quod quamvis nõ corrupta-

rumpatur, quantum ad essentiam & substantiam, tamen corrumpitur, quantum ad actum formalem eius, qui est informare: definit enim informare, & desinit esse actu formam: & ita actus eius formalis corrumpitur, licet non ipsa. Et hoc est satis.

Ad secundum testimonium.

Ad illud 2. Physi. dico, animam non esse tantum naturam: forma enim natura dicitur, respectu motus, at anima alias operationes habet, præter motum: scilicet intellectum & ionem. Vnde, quavis, qua parte natura est, absque corpore nõ sit, id est, nõ possit naturæ operationes exercere omnes: tamen, cum habeat aliam separatam, poterit, esse absque corpore. Aristoteli de forma, quæ pura natura est, loquitur, & quatenus rationalis: quod si exemplum ponit de homine, id est tanquam de composito, quod consistat naturam: quod quidem verum est.

Ad 3. testimonium.

Ad illud 4. Physi. solutio est manifestata. Arist. enim hoc argumentum facit: forma non separatur à re, manente re: at locus separatur à corpore, manente corpore: ergo forma non est locus: & sic nihil concludit. Nos enim fatemur, quod, cum anima separatur ab homine, non manet homo.

Confirmatur.

Et quod ista sit expressa sententia Arist. ex eo patet: nam hoc argumentum non de sola forma, sed etiam de materia simul facit: quod quia materia nõ separatur à re, ob id non est locus: at materia, clarum est, quod non separatur à re, & composito ipso manente.

Ad quartum testimonium.

Ad illud 8. Physi. respondeo, sensum Arist. hunc esse, quod principia, quæ se per accidens movent, in corruptibilibus sunt. & ita est. Omnes enim animæ insunt in corporibus corruptibilibus, & generabilibus, quæ tamen omnes nõ manent post corpus, nõ colliguntur.

Ad quintum testimonium.

Ad illud 7. Metaph. respondeo, quod materia & forma, si ad totum compositum cõparentur, ipsius sunt elementa, dicunturque: materia: quia totum est ut forma illa comprehendens. Ideo dicit Arist.

partes per se esse materiam: tamen, si una respectu alterius cõparetur, una est forma, & altera materia. Nihil ergo concluditur tali testimonio.

Ad illud 12. Metaph. nota est solutio. Loquitur enim de felicitate, quæ homini inest, ut cõiuncto, non autem animæ soli, illa autem parum durat, quia homo corruptibilis est.

Ad illud 3. Ethic. dico, quod fortis dicitur timere, nõ quod anima nõ manet, tunc enim non esset timedum potius: sed quia nihil boni illi accedere posse videtur, id est, quia cessat sua operatio, nec amplius fortitudinẽ exercere potest, hoc dico secundum Arist. Vide ergo quam facile solvantur oĩa testimonia, quod si tu rectus iudex huius esse vis, & tenueris loca, quæ probant immortalitatem, videbis nullo modo posse solvi.

Ad secundum argumentum: quod tanti fecit Alexander, aliqui probabiliter respondent, quod, quævis in principio, ut mouetur, & incipiat cognoscere, indiget annis phantasmate: tamen post rem semel intellectam, & servatis speciebus intelligibilibus, phantasmata non indigemus.

Quod si obijcias de animis puerorum (quæ nihil intelligentes, obierunt) nõ posse post mortem intelligere destitutis omnibus speciebus intelligibilibus, quas nullas habuerunt, quæ neque unquam per phantasmata intelligere cõeperunt: unde sequeretur ex solutione, oportere dicere esse mortales secundum Aristotelem. Respondendum erit, nos non dicere, per solas species intelligibiles acquisitas in hac vita posse post mortem intelligere: sed quod colligimus esse immortalẽ, quia habet nunc operationem separatam: nempe intelligere per species intelligibiles spirituales acquisitas, & non solum ex phantasmata primò mouentibus sensitivis.

Secundò, etiam si nõ posset sine phantasmate, respondeo ex ipsius doctrina

Ad 6. testimonium.

Ad septimum testimonium.

Nota

Ad secundum argumentum rationibus ex doctrina Arist.

Dubiũ de anima puerorum.

Responsio.

2.

Nota du plicia es Vnum in potentia, alteram per se & se intelli gibilis. Arist. tex. 15. duplex esse intelligibile. Vnum in potentia, alteram per se & se intelligibile. Potentia intelligibilia sunt res omnes sensibiles, & corporeæ: per se autem sunt res immateriales: inter quas est ipse Intellectus. Dico ergo, qd sensibilia absque phantasmate nõ intelli guntur materia: sine vltimo intelligit: & hæc separata cognoscet, & seipsum.

Confir- matur so lutio. Et conitar, expressis habe esse sen tetiam Arist. Nam tex. 20. dicit, quod intellectus in actu, quamvis non sit im mortalis secundum operationem: ita scilicet, vt semper sit in actu intelligens; quia quum phantasmate intelli git: tamen, secundum suum Esse, im mortalis est.

Nota. 2. Aduertendum igitur, quod Aristot. bene quidem facit, perire operatio nem, quæ erat cum phantasmate: ta men adhuc dicit quantum ad Esse, im mortalem esse Intellectum. Non ergo valet argumentum apud Aristotelem: quia destruitur ista operatio, ergo de struitur Intellectus? & ratio est. Quia manent alia intelligibilia secundum se, quæ si non essent, non vtrique diceret Aristot. quod secundum se manet: non ergo omnem operationem habet depen dentem à phantasmate: sed rerum sen sibilem cognitionem.

Dubiũ. Petes fortasse, an in corpore exiles in hac vita intelligat ista immateria lia? Respondeo, impertinens esse. Scilicet, qd ab ea possint percipi, quod si nõ in corpore, saltem extra intelliget. Est autem notandum: quod similem, & eandem questionem proposuit Arist. inferiori, tex. 36. & reliquit illic absque determinatione: supposuit tamen, tan quam verum & certum, quod poterant intelligi ab intellectu nostro separata: & immaterialia: an verò in corpore, vel extra, reliquit absque expressa de terminatione. Sed nos lib. I. de anima, multorum testimonio, & hominum mag norum, citamus, quod secundum Arist. anima in corpore exilens intelligat

etiam separata, & duas habeat opera tiones: alteram physicam rerum sen sibilem, alteram abstractam & contem platiuam rerum spiritualium. Vide ita que illam questionem: & sic putò suffi cienter solutum argumentum.

Ad tertium dico, tria. Primum, vlt. qd si modus argumendi secundum Arist. doctrinam obseruari debuisset, ita oportebat dicere: Quod incepit, non est perpetuum: anima est perpetua: ergo non incepit. Istud argumentum est magis conforme Arist. nam minor tes timonijs expressis probari potest. At illi extra rem sumunt minorem, quam non possunt probare ex Arist. & si probeat, statim ex eodẽ Aristotele solu retur suum argumentum. Ipsi n. faciunt hanc minorem. Anima incepit esse cõ corpore. Si quis neget, probanda est per r. 2. Meta. tex. 17. qd mens non fuit ante corpus. Sed statim iste tex. conuincit ipsos: nam sic dicit, non fuisse ante corpus, quod manet post: & sic illorũ maior est falsa. Atq; hæc solutio esset solutio, quæ sanè est notanda digna.

Dico secundo, qd Arist. illic loque batur contra Platonem, qui mundum ex materia genitum posuit, & æternò duraturum: contra hoc dixit argu mentum. Quod enim genitum est ex materia, principiumq; habuit, necesse est corrumpi.

Et probatio Arist. hoc manifestat: quia materia semper est in potetia ex se: loquitur ergo de cõposito & produ cto ex materia: at anima simplex quæ dã & incõposita est substantia, ob id est incepit, nõq; tamen corrumperetur.

Et quod hæc glossa sit secundum Ari stot. aperte patet, cum inueniam text. expressum, vbi mentem incepisse fate tur, non tamen destruram.

Tertio respondeo, Aristotele ibi lo qui de inceptioe & productione per motu: vt ex toto eius progressu dispu tationis constat. Dicimus ergo, Quid quid incepit per motu, destrurũ esse: & quod

Ad 3. ar. Prima solutio.

Ad 4. ar gumen.

quod per generationem prodascitur, cor ruptum in: atq; ita quod generabile est, esse corruptibile. At verò quod nõ incipit per generationem & motum, sed creatur, nõ sequitur, quod corrumpe tur, sed quod ea potestate, qua pdu ctũ est, seu creatũ, scilicet, à Deo, pos set corrumpi: & ita creabile, est annihila bile: & generabile, est corruptibile.

Ad quartũ dico, non esse eductum ex potentia materia in doctrina Ari stotelis, animam rationale: & hoc cer tum esse in doctrina Aristotelis: quan do quidem extrinsecus aduenire dixit, & non ex vi feminis cum inare: & esse diuinum quid, & separatum à corpo re, & manere post corpus, & operatio nẽ habere à corpore separata, & esse in organicam potentiam Intellectũ. Ex quibus manifestè colligitur, non esse materialẽ, nec corpoream, nec virtute posse corporea pduci, nec ex materia. At verò, an creetur, vel non, secun dum Arist. ipse expressè non dixit: ex dictis autem eius videtur ratione ma nifesta posse colligi, creari animam.

Aduertendum tamen. Non, quidquid de nouo est, cum antè nihil illius esset, dicitur creari, seu creatum esse, aut id satis esse, vt creetur. Hoc aperte osten do. Forma enim ignis, & quæuis alia, de nouo habet esse, & incipit, & tamẽ nihil illius forme præfuit: non tamen dicitur creari. Aliter enim fateberis necessariò, omnia hæc creari, etiam in Aristotele, quod falsum est. Sed creari est, cum sic incipit esse, quod nihil illi præfuit, nec aliquod à quo in Esse pen deret. Vnde, cum formæ sic producantur, vel Esse acquirant, quod per se produci non possent, nisi materia supposi ta, in qua necessariò deberent produ ci: ob id apud Arist. & secundum veri tatem creari non dicuntur.

De anima verò rationali medium quid cõtingit. Nam producitur quidẽ in materia, sed non dependet ex ea in Esse, atq; ideo propriè dici posset in-

creatio, seu condreatio: simplex verò creatio esset, si per se produceretur existens, & nõ in materia, vt Angelus. Igitur ex doctrina Aristotelis hoc se qui necessariò videtur. Quod si quis de nomine vellet certare, & hoc ge nus productionis apud Arist. non voca ri creationem, sed, cum res tota per se existens producitur, & nil illius præ fuit, atq; ideo non dici creari animam secundum Aristotele, quamuis nõ educatur ex potentia materia, quia in ea inducitur: certè quæstio esset de nomine. Est enim tale genus produc tionis in materia, sed ab extrinsecò, & nõ ab ea pendens necessariò, vt sit.

Dices tu: Quid ergo est, educi ex po tentia materia? Respondeo, quod illa forma, apud Aristotele, dicitur educi de potentia materia, quæ totum suum Esse habet cum materia. Cuius signũ est à posteriori, qd nullam habet opera tionem nisi cum materia: ita dicitur non educta, quæ, quamuis sit neces sariò in materia producta, tamen non habet totum suum Esse à materia pen dens. Cuius signum est operatio non communicans cum materia: & talis est anima intellectiua.

Quod autem totum Esse nõ habeat immersum materia, ex eo etiã colli gitur, quod tẽporis successu mutatio ne materię omnia naturalia perficiũ tur: vt, puer perficitur tempore, quan tum ad vires, quantum ad partẽ senti tiuam, & vegetatiuam: at Intellectus non perficitur mutatione materię, nisi accedente studio, & doctrina: non ergo totũ Esse animæ est immersum ma teria: ob id separabilis est.

Dices: Vnde est, quod ista anima ha beat illum gradum perfectionis, & ele uationem supra materiam?

Respondeo Interrogatione quadã. Peto, vt tu mihi respondeas: Quare in materia eiusdem speciei induci potest forma vna perfectior & nobilior alte ra? Dices profectò, ex parte agentis:

2. dubiũ, quid sit educi de potentia materiae Respon sio.

3. dubiũ, Vnde ha beat eã pfectio nẽ ratio nalis aĩa supramat teriam?

nam materia hoc prestare non potuisset, & eius dispositiones adhuc ab agere te sint, oportet.

Rursus peto: Quare in mundo, cum materia sit eiusdem rationis, quedam sunt, & esse potuerunt perfectiores alijs formis, & perfectiores quoque aut minus perfectas dispositiones ad easdem formas suscipienda? Dices sane necessario in Aristotele: Quia talis est natura rerum, & cuiusque formae: & quia totum pendet ex causa perfectissima, vnde se per productionem comunicate.

Respondeo igitur tibi secundum Aristotelem: Hominis anima perfectior & eleuata est propter eum, qui genuit, cuius substantia, & effectiua virtus est aded perfecta: & ita totum hoc referendum est in ipsam causam diuersitatis formarum.

4. dubiu Sed petes: Num a solo Deo, secundum Aristotelem, fiat efficienter anima rationalis, an vero ab alia causa, vel causa fiat animis vniuersalibus, quandoquidem non ex potentia materiae educitur, secundum ipsum, & extrinsecus aduenit?

Respon Respondeo, quod necesse est, cum sit secundum illum separatam immaterialis & spiritualis substantia, quod fiat a causa spirituali, secundum illum. Ceterum de hac causa, quae sit, vtrunque esset probabile in Aristotele, vel quod sit immediatus Dei effectus, vel quod a Deo cum causis alijs vniuersalibus, homine praesente materiam, & disponente fiat, & ita simul causis concurreribus. Atque hoc fortasse in Aristotele esset probabilius, atque ita argumento abunde satisfactum est.

Ad 5. Ad quintum, puto me sufficienter respondisse, in q. 8. lib. 1. de anima, vbi de motu rerum in corporearum tractauit: inde petatur solutio.

Ad 6. Ad sextum, respondeo, non paruum hoc esse argumentum pro corporum resurrectione. Nam cum anima sit forma, & habeat naturalem appetitum ad corpus, profecto sequitur, frustra futu-

rum esse talem appetitum: & nisi viquam expleretur, violentum quid fore. Et sane non est minoris efficaciae in vera philosophia, quam alia pleraque argumenta, quae putantur in philosophia necessaria. Aristoteles autem fortasse hoc non cogitauit, sed posteriores.

Ceterum, Philosophum non omnino conuinceret. Nam ideo Pythagoras hac fortasse ratione motus transmigrationem animarum posuerat. Alij, vt Auicenna, semel fuisse expletum eius appetitum diceret, nec amplius id appetere dici posset vnam animam non habuisse virtutem informatiuam, nisi vnus tantum corporis.

Praeterea aliqui dicunt, & bene quod violentum apud Aristotelem id dicitur, quod est extra locum naturalem, impeditumque est, cum habeat in se virtutem perueniendi ad locum proprium: at anima non sic se habet: non enim est extra locum, vel in loco aliquo non naturali, nec habet virtutem redeundi ad proprium corpus: nec tale corpus est.

Dico praeterea, quod nec Aristoteles, nec vllus Philosophus naturalis cognouit corpus humanum futurum abique passione, & laboribus & corruptioe & pugna cum ratione, ideoque Philosophi non putarunt, esse extra naturalem perfectionem, animam extra corpus. Et praesertim, qui eam ponebant, tanquam in carcere ibi delectam, & impeditam quasi compedibus: imo putabant esse liberatam a miseria. Vnde primo de anima, tex. 49. Melius, inquit, est intellectui esse sine corpore.

Nec ob id dicitur naturalis potentia frustrari. Illam enim potentiam Philosophi putarunt impotentiam: ego enim etiam sum in potentia ad febrem: sed talis potius est impotentia, cum ad malum sit: meliusque est, vt talis potentia ad actum non reducatur: & hoc ipse Aristoteles docet 9. Metaphy. tex. 19. In malis melior est potentia, quam actus sicut in bonis melior est actus, quam potentia.

potentia. Vide ergo solutionem argumenti in via Arith. & Physica.

Aduertendum est autem, in hac re partim Philosophos bene dixisse, partim non bene. Nam esse quidem sine hoc corpore corruptibili, & tot malis obnoxio, & rationi repugnante, haud dubie animae rationali bonum est. Sed errabatur, quia putabant, nunquam intellectum futurum in corpore, quin corpus esset corruptibile. At nos, vt veritas habet, qui credimus immortalium corporum resurrectionem, dicimus, melius esse rationali animae esse cum tali glorioso corpore. Et hoc idem superius monuimus 1. lib. de anima, tex. 49.

Ad 7. Ad septimum respondeo, non dici otiosam animam, cum intelligat, & habeat operationem separatam: at dixit ipse Aristoteles, quod sic ideas vocauit otiosas, cum non mouerent, id est, quia non omnes intelligebant: posuit enim Plato ideas etiam inanimatorum.

Obiect. Dices, Deum ipsum Aristoteles dixit mouere, ne esset otiosus? Respondeo verum esse, & otium esset, cum potentia est: putauit enim Aristoteles, quod cum Deus habeat potentiam mouendi, nisi moueret, ea potentia otiosa esset, & ipse secundum illam potentiam: at animae non possunt id facere, ob id non otiosae dicendae sunt, nam non facere, quod non possis, otium non est.

Ad 8. Ad 8. lege Quaestionem nostram 2. de anima, de animae informatioe, & ibi manifestam solutionem inuenies.

Ad 9. Ad 9. respondeo, quod si illi Doctores sunt in illa sententia, pro nostra sunt etiam grauissimi Doctores: imo grauiores & in philosophia longe peritiores: vt in hac causa profecto sumus superiores, ac multo magis, si de ipsis testimonijs & rationibus Aristotelis sit iudicium habendum.

Adduximus enim testimonia euidentia, & obiectiones manifeste dissoluimus. Atque haec sunt: quae in doctrina Aristoteles dicenda erunt.

An secundum Philosophiam anima rationalis sit immortalis? Quest. XVI.

Postquam de doctrina Aristoteli nois iam vtrunque constat, nunc hoc idem dubium naturalibus rationibus discutiendum est: an scilicet aliqua ratione naturali probari possit animae immortalitas, remota fidei certitudine, quae ipsam praecipit immortalem consistere? Et, vt morem solitum seruemus, ac veritas magis elucescat, argumenta in contrarium prius proponamus.

Est ergo argumentum primum pro parte negatiua. Quorum est idem ortus & processus, idem videtur finis: at hominum & iumentorum idem videtur ortus (ex terra enim sunt) idem processus (ab eisdem enim vtrunque vita afficitur) ergo idem est finis: At animae iumentorum corruptibiles sunt: ergo & hominis anima.

Accedat etiam in minoris probationem, quod dicitur Ecclesiast. 3. hominum & iumentorum similis est interitus, & aequa vtriusque conditio.

Secundo. Principium respondet fini, & econtra, sed cuncta ex nihilo sunt: ergo in nihilum redibunt. Vnde cecinit Gallus.

Cuncta suos ortus repetunt, matremque requirunt.

Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil. Et hoc sibi persuasit Plinius, lib. 7. ca. 55. vbi sic errans, falsam putat animarum immortalitatem.

Tertio. Anima in intelligendo pendet a phantasmate: ergo separata a corpore, in quo est phantasma, non intelliget: non ergo erit, quia nihil est, quod per se operari valeat.

Quarto. Quia omnes operationes hominis non habent vestigium durationis perpetuae: quia in omnibus deficiamus, & lassamur, nec multum continuari possunt: non ergo anima est perpetua.

Intertio & scopi disputationis.

1. Argu. ad partem negatiuam.

confirmatio primi argumenti.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

3. Argu. Probatur quintò. Quia si manerent animæ, utiq; es& distincte formæ sine materia: differrent ergo specie, quia differentia numerica à materia est. At absurdum est, quod autè differrent numero solo, postea specie: non igitur animæ post corpora manent.

Nota tria que difficilè potue- runt coniungere philosophi.

1. Opin. Platonis Plotini, &c.

2. Opin. Alexan. &c.

3. Opin. Themistij, & Theophr. &c.

Veritas Cothol. & opinio Aristot.

Nota cõtra Pon- tra & quosdã alios im- piõ lo- quentes.

nimæ immortalitas: hoc enim dicit Scot. 4. Senten. d. 43. quæst. 2. quamquam & hoc ipsum, post Concilium Viennense, & Lateranense sub Leone. x. videtur dictum temerarium: sed tamen error iste est, dicere, esse cõtrã philosophiam, aut non esse secundum philosophiam.

Quo verò modo ista sint philosophiæ conformia, diximus supra: est enim anima media natura participans intellectuum & sensituum: quod ex ipsius operationibus sentiendi, & intelligendi, cognosci potest. Vnde sic est spiritualis, ut simul sit forma: sic est forma, ut simul sit per se, nec à materia in esse pendeat: ob id omnia illa tria verificantur.

Sit igitur prima Conclusio. Animam rationalem esse immortalem, etiam ratione naturali ostenditur.

Hæc Conclusio cum sit magni momenti, & dignissima scitu, & utilissima, probanda erit diligentissimè, idque pluribus, ac necessarijs rationibus, quas quidem in aliquot capita, distinctionis & perspicuitatis, ac memoriæ causã, distribuemus.

Primum ergo id ostendemus, ex potentiarum animæ capacitate infinita & obiecto. Et primò quidem, Intellectus, deinde secundò, voluntatis. Tercius tertio, ex appetitibus animæ varijs, à natura insitis. Quarto, & quinto, ex operibus eius à corpore separatis, tam voluntatis, quam Intellectus. Sextò, ex generatione animæ, & causis corruptionum, quæ in anima rationali esse non possunt. Septimò, ex convenientia eiusdè animæ rationalis cõ Angelis, & Deo Octauò, ex premio, & pœna bonis malisq; debitis. Nouò, ex sine ultimo & beatitudine nostra, quæ in hac vita esse non potest. Decimò, ex varijs virtutibus & earum actionibus, quæ perirent: & vitijs, quæ contrã sequerentur. Vndecimò, ex pugnantia sensus cum ratione, & contrã. Duode-

1. Fund. antea demonstratum, animã esse formam mediam.

1. cõtra animam rationalem esse immortalem ratione naturali ostenditur.

Conclusionis dignitas & utilitas. Rationis ordo, ac distributio.

imò, ex maiori omnium Rerum publicè omnium ferè hominum cõsensu. Tertio decimò, ex maiori deniq; utilitate, securitate, & decentia huius opinionis, quàm contrariæ. Postremò, disoluemus obiectiones initio questionis propositas. Ex quibus quidem omnibus manifestè constabit, quantũ illi delirent, quamque temerariè opinentur, qui dicere non verentur: probari necessaria ratione naturali: non posse animæ immortalitatè. Sed iam ad primum Caput rationum accedamus.

1. Caput rationũ ex Intellectus capacitate & obiecto.

1. Ratio.

Intellectus infinita est capacitas: quod plura cognoscit, plura adhuc potest discere. Potest enim intelligere non solum totum mundum, sed duos, & tres, &c. sine statu: & potest intelligere perfectionem vnius gradus, & maiorem: ut perè duorum, & trium, & centum, & mille, & sic sine statu: & tandè potest intelligere infinitum, & imaginari perfectionem infinitam. Iam verò, si infinita eius est capacitas, ergo aliquando repleri debet, non in hac vita, ut videmus: ergo postea. Deo videlicet infinito.

Confirmatur. Nam in progressu numerorum, potest, quouis numero dato, ulterius ei addere: similiter in progressu figurarum ex duabus, tribus, quatuor superficiebus: & sic ulterius, quauis data, posset aliam, superficiem concipere, & superaddere sine statu.

2. Ratio. Item, si infinita est capacitas: ergo & duratio erit, perpetua: quia quale proprium rei, talis est rei essentia, & existentia: & quale vnum proprium, tale & aliud. Si vnum infinitum: ergo & alterum.

3. Ratio. Præterea, ex obiecto Intellectus. Omnis potentia percipit distinctè omnia ea, quæ sub obiecto continentur: ob-

iectum Intellectus est ens complexus materialia, & immaterialia: ergo Intellectus noster percipiet distinctè totum hoc. Sed, dum est in corpore, non potest distinctè immaterialia comprehendere: constat: ergo erit alius status post corpus, in quo etiam immaterialia distinctè percipiat. Discursus hic patet: sed maior probatur: quia visus percipit omnes colorum differentias, quia colorem pro obiecto habet: & quisq; alius sensus omnia inferiora obiecti percipit. Minor probatur. Intellectus noster indicat de rebus immaterialibus, & ipsorum habet scientiam: ergo habet pro obiecto totũ ens nõ solum materiale, sed & immateriale.

Quod si obijcias: Non cognoscit res immateriales, nisi sub specie materialium? Dico, quod hoc ipsum est, à quo visus argumenti, suatur: nam si indicat de rebus immaterialibus secundum se, ipsasq; incorporeas & intellectuales substantias apprehendit, & esse absentit, perueniet ad statum, in quo distinctè apprehendat ipsas: ut apprehensio conformetur iudicio: aliter Intellectus esset in suo genere imperfectissima potentiarum cognoscituarum.

Item, obiectum Intellectus, est ens in communi, quod complectitur omne ens: & veritas in communi, quæ est ratio, sub qua cognoscit omne ens. Ex hoc manifestè sequitur, nõ posse quiescere Intellectum, quouisq; peruenerit ad aliquid, in quo est omne ens, & omnis veritas: quod quidem est Deus visus post hanc vitam, in quo sunt omnia eminenter, qui & est ipsamet veritas secundum essentiam: quod quidem hic non accidit. Nam quouis particulari ente, aut quouis particulari veritate cognita, necesse est ulterius tendat, ne que quiescat, quia eius obiectum plura complectitur, alias scilicet veritates, & alia entia: ergo oportet, perueniat ad eũ, in quo est omne ens, & omnis veritas: imò qui est ipsamet veritas & ipsum

Obiect. Reijcit obiecto

4. Ratio

**Confr-
matur.** & ipsum ens simpliciter & denique ad ultimum, & primum ens perueniat, oportet, ultra quod ulterius non possit progredi, & ad eius magis claram cognitionem: siquidem omne ens, est obiectum intellectus.

3. Ratio. Item, naturale est intellectui viso effectu, aut re aliqua, statim causam eius inquirere, & causam cause usque ad primam & ultimam. Nam omnes homines naturaliter expetunt scire: & scire, est per causam cognoscere. Et rursus, cum ad eam peruenit, desiderat naturaliter scire, quid est causa, & eius scire essentiam, qua effectus fit. At hoc in hac vita non contingit, cum Deus sit prima causa, & eius essentia per se lam visionem clare possit cognosci: ergo necesse est, altera sit vita, in qua hoc contingat post mortem.

**2. Caput
rationis
exvolun-
tatis ca-
pacitate
& obiecto,
ac alijs
eius
proprijs
1. Ratio.** Ex voluntatis infinita capacitate, & obiecto, & alijs eius proprijs idem quoque consimiliter probatur, sicut ostendimus in intellectu.

Voluntatis enim infinita etiam est capacitas. Nam potest desiderare, aut amare, non solum unius gradus boni, sed maius ac maius: ut potest, trium, & quatuor, & centum, & mille graduum bonum, & sic sine termino: imò potest amare & desiderare, si velit, sibi bonum infinitum. Iam verò hæc eius infinita capacitas aliquando tandem repleti debet: non in hac vita, ergo postea in futura.

2. Ratio. Præterea, ex libertate voluntatis propria, animæ immortalitas etiam comprobatur.

Nam libertas voluntatis (quæ est quasi infinita quædam potentia) plane indicat immortalitatem animæ: quandoquidem eam neque Angeli, neque omnes creaturæ simul possint vincere. Cum, si homo nosset, nullus possit eum cogere, aut necessitatem inducere ad amandum, aut, ut velit aliqua, quæ non vult, nisi solus Deus, qui eam creavit.

3. Ratio. Item ex hoc ipso, quod seipsam primò

mouet ad suas actiones, & est domina suarum actionum, & operationum: consequitur plane, eam esse immortalem. Nam quicquid se primò mouet, & quod non mouetur ab alia creatura naturaliter naturali motu, aut ab aliquo agente naturali, est æternum, & non potest interiri: nam si deberet interire, & corrumpi, deberet moueri ab aliquo naturali agente naturaliter & efficaciter.

At, sicut non potest moueri efficaciter ad suam operationem: ita neque moueri ad essentiam ipsius corruptionem & sicuti eius operatio non potest impediri: ita neque eius essentia aut essentia existentiæ: & sicut necessitas, aut vis non potest voluntati inferri: ab ulla creatura: ita nec eius essentia. Nam, ut diximus, quales operationes sunt, & quales potentie rerum, talis & earum essentia, & substantia, & existentiæ.

Item, ex obiecto voluntatis. Voluntatis nostre obiectum est, bonum, incommuni: ut de intellectu obiecto dicebamus: non hoc, aut illud particulare bonum, sed bonum, in communi. Unde vult quodque, in quo sit ratio boni, à voluntate expetitur: ergo impossibile est, ut voluntas quiescat, aut naturalis eius appetitus, quousque habeat omne bonum, aut, in quo sit omne bonum: at hoc in hac vita non contingit: ergo in altera, ubi Deus videbitur, & ipso viso fruatur voluntas: qui quid est ipsummet bonum: imò, ipsamet bonitas per essentiam, & commune, & vniuersale bonum: imò ipsamet ratio boni perfecta & absoluta, & in quo omne bonum est, & omnis est perfectio, & ab ipso ad alios deriuatur.

Et tandem, quia ultimum est bonum & summum, necesse est, voluntas non quiescat, quousque ad illud bonum ultimum perueniat, ultra quod ulterius progredi non possit, siquidem omne bonum expetit, quandoquidem in Deo eminenter est omne bonum.

Ex varijs appetitibus naturalibus à natura

4. Ratio.

**Confr-
matur.**

**3 Caput
natura**

rationum natura insitis, immortalitas animæ manifestè etiam ostenditur.

1. Ratio Primò in genere ex insatiabilitate appetitus: & formatur sic argumentum.

Quibus natura dedit appetitum, ordinavit ea, quæ talem appetitum complerent: sed natura homini dedit appetitum: ergo etiam constituit aliquid, quod ipsum implere possit. Sed nihil sub Sole hominis appetitum implet: in nullo, quod sub sensu sit, hominis desiderium quiescit, nisi ex parte, & ad modicum: ergo alius profectò status est in quo appetitus compleri debet, ne opus tantum, quale homo est, imperfectum maneat: ergo anima manet post corpus.

2. Ratio. Deinde, si ad aliquos particulares appetitus accedamus, & eorum insatiabilitatem, idem manifestè colligere licebit. Nam insatiabilis est: & à natura insitus ille ipse appetitus boni, ita, ut post consequentum quoduis bonum voluntas tamen ulterius expetat: & ut antea de capacitate dicebamus, ita nunc de appetitu. At hic appetitus aliquando tandem satiari debet, cum sit naturalis, & non superfluum, aut vanus: sed non in hac vita, ut experientia testatur: ergo post ea in altera, in Deo scilicet, summo bono.

3. Ratio. Item appetitus beatitudinis & felicitatis est nobis à natura insitus, & summi boni. Omnes enim volunt esse beati. At summum bonum excludit omne malum, & includit omne bonum: hoc autem in hac vita esse non potest, ut experientia testatur, quæ plena est miserijs & miserijs: ergo superest, ut sit in altera. Sola sanè hæc ratio si nulla alia esset, videtur sufficere.

4. Ratio. Ex appetitu scientiæ: insitus est nobis à natura præterea insatiabilis appetitus scientiæ. Nam postquam quisque plura sciuerit, plura adhuc scire cupit: at hic appetitus expleri debet, cum non sit vanus, sed naturalis: sed non expleretur in hac vita, ut constat: ergo in alte

ra, cum cognoscat & videbit. Desi. Unde, non solum in intellectu agnoscimus infinitam capacitatem, ut antea ostendimus, sed scientiæ appetitum inexplibilem in hac vita.

Præterea ex appetitu æternitatis. Insitus est & appetitus æternitatis omnibus hominibus à natura, qui quidè non est frustra nec inanis: ergo expleri debet: non in hac vita: ergo in altera.

Confirmatus hoc fit. Nam, qui libet intelligens naturaliter desiderat se esse perpetuum, non solum secundum speciem, sed etiam secundum indiuiduum: quod sic ostenditur, naturalis enim appetitus quibusdam quidem inest ex apprehensione seu cognitione: ut lupus naturaliter desiderat occasionem animalium, quibus pascitur: Quibusdam verò absque cognitione ex sola inclinatione, seu propensione naturalium principiorum, ut, graue naturali appetitu expetit esse deorsum: & ita eodem modo res omnes expetunt esse.

Cuius signum est: quia resistunt corruptis: istæ quidem res, quæ cognitione carent, resistunt, virtute suorum principiorum naturalium: in quibus si sit vis, ut se perpetuo tueantur, manent perpetuæ, ut cæli, si autè non, se conseruant, quam diu possunt.

Illæ autem res, quæ cognitione habent, resistunt etiam secundum modum suæ cognitionis. Hæc autem differentiam oportet in istis inuenire: ut si sint illa quæ non cognoscunt esse, nisi ut nunc, desiderant esse, ut nunc, non autem semper: quia esse semper: & perpetuum non cognoscunt: desiderant autem esse speciei perpetuum, sed absque cognitione: quia vltima generatrix, quæ ab hoc deseruit, præambula est, & non subiiciens cognitum. Illa igitur, quæ ipsum esse perpetuum cognoscunt, & apprehendunt, desiderant ipsum naturali desiderio: hoc autem conuenit omnibus substantijs ratione præditis, & intelligentibus. Omnes igitur sub-

3. Ratio

**Confr-
matur.**

stantia rationales, & intelligentes naturaliter desiderio expetunt. Else perpetuum: ergo impossibile est, quod esse desinant, siquidem naturalis & non inanis hic est aternitatis appetitus.

6. Ratio

Ex appetitu etiam gloriae honoris, & fame, idem ostenditur. Infitus est à natura hic gloriae & fame appetitus post mortem: atque ideo homines magnam in ea re adhibere solent diligentiam, ut bonum post se nomen relinquunt. Indicat ergo hic appetitus, animam manere post mortem. Nam alioquin nihil prorsus expectarent post mortem, neque quid aliud de ipsis sentirent curarent. Quare, aut manet anima, aut inanis & irritus esset talis appetitus. Imò neque in seipso prorsus hominibus talis appetitus, non magis, quam brutis, quae de fama eorum, aut bono nomine post mortem, imò neque in vita, non sunt sollicita.

Confirmatur.

Confirmatur, quia cum gloriam expetunt, & famam post mortem, aternitate quodammodo expetit, ut scilicet viuât in mentibus hominum perpetuo. Quare planè hoc indicat vitæ, appetus in utro appetitum, ex quo hic alius procedit fame appetitus post mortem.

4. caput ex operibus animae à corpore separatis.

Ex operationibus animae à corpore separatis. Axiomate quodammodo proposito ab omnibus Philosophis recepto, manifestè ostenditur animae rationalis immortalitas. Est autem hoc axioma.

Axioma

Omnes res ex earum operationibus cognoscuntur: & haec proximè earum indicant naturam. Nam qualis rei est operatio, talem rem esse necesse est, cum operatio ex natura proveniat: & si eadem operatio in specie, non esse eadem specie colligimus: & si diuersas habeat operationes, diuersas esse species. Et operationes praeterea ostendunt potentias, & virtutem potentiarum, ex qua procedit: & rerum propria. Nam, si sit operatio, ab aliquo principio procedit: & si propria operatio, à proprio principio. Et ita ex actibus poten-

tias, & ex potentijs rei essentia coniectamus atque colligimus, imò etiam demonstramus. Nec verò certiore villam habemus, aut habent Philosophi de essentijs rerum demonstrationem, aut certiore scientia, quae ex rei actibus, & operibus colligitur.

Atque ideo etiam res omnes naturales per motum cognoscuntur, & ex motu demonstrantur: quae rationem philosophandi secutus est meritò Aristoteles, & denique causas per effectus, & ignota per notiora, qualia sunt effectus & opera, cognoscimus. Nam quales operationes rei sunt, & quales effectus eius, talis est rei natura, & essentia, & potentia, & virtus rei ipsius.

Iam ergo, si ita est, anima ex operibus & actibus suis cognoscenda: erit similiter, & eius pariter immortalitas, & aeternitas, & eius Esse post corpus separatum. Si igitur operationes haberit aliquot, quae non pendeat ex corpore, à corpore separatas, & quae non fiat, neque suscipiantur in organo corporeo: erit certum, & euident argumentum, eam posse à corpore separari, & esse separabilem, & spirituale, & ipotè, quae habeat immateriales & spirituales operationes à corpore separatas, & scintillas. Siquidem qualis operatio, talis natura rei, vnde procedit. Atque hanc viam secutus est Aristoteles, in libris de anime, ut in proemio, & in tertio libro, & alijs locis ipse testatur.

Contra verò, si nulla essent tales operationes, verum omnes corporeae, & cum corpore coniunctae, & organo corporeo, & sensu, & omnes à corpore pendentes, & sensu: tunc anima separari non posset, sed esset corpori necessario coniuncta, & praesertim, quia, si tunc diceremus, separari posse, esset extra corpus ociosa, sine vlla operatione, cum sine corpore nullam habere posset. At si habet talem aliquam, non esset ociosa, si quidem saltem vel illam habere posset.

Confirmatur dictis

Quomodo ex operationibus animae immortalitas eius possit colligi.

Sed

Ex operibus voluntatis, in voluntatis, deinde intellectus operationibus.

Sed iam ostendamus habere plerisque operationes separatas: ac primò in voluntatis, deinde intellectus operationibus. Voluntas igitur operationes separatas sunt haec. Primò in voluntate, velle & nolle liberè; est operatio supra omnem sensum, & supra omnem sensitiuum appetitum, imò contra illum omnimò. Nec enim pendet ab appetitu, aut ex sensu, cum quicquid agat appetitus, aut sensus, aut corpus, potest tamen voluntas velle, & nolle, & est libera, ut diximus. Quare isti actus voluntatis liberi, manifestum est, quod non pendent à sensu necessario, aut à corpore: siquidem sunt, & esse possunt contra ipsum sensum & corpus, & supra ipsum sensum, eidem dominantes, & imperantissimi.

Confirmatur 1.

Item, quando voluntas vult, aut eligit, non est necesse, ut utatur appetitu sensitivo ad eligendum: sed seipsa sola huc actum elicit, etiam contra appetitum tantum abest, ut oporteat appetitum sensitivum cum ipsa concurrere.

Confirmatur 2.

Iam verò non solum sensus, aut corpus, aut appetitus ei necessitatem inferre non potest: sed nec etiam ipse Intellectus: nam postquam cognouit Intellectus, voluntas potest eligere, & non eligere, velle, & nolle: imò etiam Intellectum auocare alio, ne illa consideret. Haec ergo operatio omnimò est separata, supra omnem sensum, & corpus, & supra omnem causam naturalem corpoream: quare & à potentia alia separata & spirituali facta est.

2. Ratio

Praeterea, sunt quaedam virtutes, & virtutum actus, quae nullo modo, esse possunt in sensu, aut in corpore: ut iustitia, virtus, religio, spes in Deo, timor Dei, reuerentia Dei, fiducia in Deo, amor Dei, &c. sensus nanque aut appetitus non potest ascendere ad tantum obiectum amandum, vel expetendum, qualis est Deus, & quales res sunt diuinae atque spirituales. Quare

professò, si quis rectè consideret, ex singulis istis voluntatis operationibus singula poterunt necessaria argumenta desumi: ex ijs praesertim, quae sunt circa Deum, & res diuinas, cum ad illud altissimè obiectum sensitivus appetitus non ascendat: neque illae virtutes & operationes in sensu, tanquam in subiecto, aut in appetitu sensitivo esse possint.

Sed iam ad Intellectus operationes separatas accedamus. Operationes igitur Intellectus separatae sunt haec. Primò, fides in intellectu, & fidei actus: imò non solum diuinae, sed etiam humanae, est actus separatus, & supra omnem sensum, & corpus, neque ab eo pendens, nam credimus, quia volumus. Neque Intellectus noster cogit ad credendum vi rationum, alioquin esset scientia, vel opinio: sed mouetur solum auctoritate, & hoc, quia vult ei consentire, & credere: quod quidem Doctores appellant piam affectionem.

Et si non vult credere interiori, non potest ab vilo hominum cogi, aut necessitas credendi inferri, imò neque ab vlla creatura: sed solum admonere alter poterit, aut persuadere, non tamè protrahi ad credendum, si nolit.

Quare actus fidei, & fides, non solum diuina, quae Deo credimus: sed etiam humana, quae alijs credimus hominibus, ob auctoritatem dicentis, est actus à sensu & corpore separatus, & scintilla: siquidem omnibus positus sensitivus actibus & corporeis, & omni agentis naturalis actione, non cogetur Intellectus credere, si quis non vult.

Confirmatur. Quia ideo in brutis animantibus non reperitur fides, neque hic actus credendi diuina, vel humana, vel alia ad eos attinentia. Neque habent, aut habere possunt: vel sibi, vel alijs fidem.

Praeterea, Anima nostra seu Intellectus noster ponit differentiam inter corpus & spiritum: sed si esset corporea anima,

scilicet computat, ex operationibus Intellectus à corpore separatis. 1. Ratio

Confirmatur.

2. Ratio

anima, aut corpus, nō posset hanc differentiam constitucere.

3. Ratio. Item, potest abstrahere à corpore, & à materia, vt Mathematica sciētia, & Metaphys. ergo est abstrata ipsa à materia. Item, cognoscit anima sine conditionibus, & proprietatibus corporalibus, sine hō & nunc sine quantitate, & figura, &c. & abstrahere potest ab ijs omnibus, vt cognoscendo spiritum, & vniuersalia: ergo & cetera.

4. Ratio. Item, iudicium, seu iudicandi actus, quo iudicat Intellectus, ita esse, aut non esse, vt, exempli gratia, totum est maius sua parte: Deus est immortalis: iudicium, inquam, enunciationis, seu ratiocinationis facte. Nam hoc iudiciū, licet pendeat ab apprehensione terminorum, quę apprehensio nō est sine phantasmate, & ita requirat phantasma, & apprehensiones terminorū, tanquam causa, sine qua nō: tamē per se ipsum iudicium est separatum, & sine materia, vel phantasmate.

5. Ratio. Præterea: quædā alię sunt proprię operationes Intellectus, quas sensus non potest efficiere, sed sunt supra sensum, scilicet, ratiocinare, syllogismos conficere, diuidere, definire, demonstrare, ordinare: quod quidem est sapientis, vt ait Arist. in Proem. Metaphys. Item numerare. Imò & enunciationes, aut propositiones efficere, &c. Quare ex singulis istis singulę videntur promi posse necessarię rationes. Nam, si sensus hæc non potest efficere, neq; corpus, oportet sit altior potētia quę ista operetur, scilicet, Intellectus spiritualis, atque aded essentia spiritualis, cuius, illa est spiritualis potentia, siquidē qualis operatio, talis potētia, & qualis potentia, talis essentia.

Confir-
mat. Et has quidem operationes licet Intellectus efficiere sine sensu adminiculo, & phantasmatis ablati non posset: tamen his positis, Intellectus ipse per se has efficit, neque sensus hæc potest: quod pbatur manifestē. Id enim

liquet in brutis animalibus, & in dementibus, & pueris & stultis. Hęc ergo potentia, quę has facit, supra sensum est, & supra ipsum corpus separata, non corpore: ergo, &c.

Præterea: Intellectus propriū est, phantasmata à sensu oblata illuminare, & præterea denudare, (vt dicunt Philosophi) à conditionibus indiuiduātib; scilicet, corporeis, & materialibus, & elicere species intelligibiles, & producere intellectionem, & eam in se suscipere, & per susceptam cognoscere. Hęc autem omnia nō potest sensus, neque facit, vt ipsemet Philosophi concedunt: ergo, &c.

Confirmatur primò, quia illuminare phantasmata corporea, & illa irradiare, & conuertere se ad illa, est spiritualis potentia: quia corpus non potest conuerti supra ipsum corpus, aut supra seipsum, aut sic illuminare: nec sensus potest suamet phantasmata cognoscere, aut suamet cognitionem, aut phantasmata priora, aut clariora facere, quàm in se sunt, potest: ergo, &c.

Confirmatur secundo: quia quod denudat à conditionibus materialibus & corporeis, non est materiale, neque corporeum, sed spirituale & incorporeum, efficiens, scilicet, sibi obiectum proportionatum immateriale, & incorporeum. Obiectū enim debet esse potētia proportionatum: & si obiectum immateriale: ergo actus & potētia talis, obiecti erit immaterialis. Nā potētia per actus, & actus per obiecta, cognoscuntur, vt ait Aristotel. nec naturalis potentia potest habere obiectum immateriale.

Item tertio: quia est contra naturā corporis, vt ipsum denudet à conditionibus corporeis, & materialibus: quare non potest esse corpus, qui hoc facit: nec alijs dare: quod ipse nō habet: neque efficiere effectum subliorem, perfectiorem, & puriorem se.

Præterea: postquam per sensum &

6. Ratio

Confir-
mat.

Confir-
mat.

Confir-
mat.

7. Ratio
per

per phantasmata primò cognouit: Intellectus, postea contemplatur, & speculatur per species intelligibiles ex phantasmatis elicita. Nam sensus per illas elicita species non contemplatur, sed solum Intellectus, cum sint species intelligibiles, productę quidē ex phantasmatis per Intellectum, sed tamen postea permanentes, & relictis phantasmatis ipsas speculatur postea, vt constat contemplatione rerum spiritualium, cum iam non resordatur sensus, aut eorum, quę per sensum primò cognouit, sed rei alterius ex ipsis collecta.

8. Ratio. Præterea: sunt alię Intellectus operationes à corpore separata, circa obiecta, videlicet varia, ac etiam à corpore separata, quę sensus nequit cognoscere, vt cognitio vniuersalium, vt, v. g. homo animal, ens cognitio indiuisibilium rerum, vt instantis, & pñti. Item cognitio æternorum: imò cognitio ipsius æternitatis. Item cognitio relationū, & proportionis, & ordinis, pulchritudinis, & harmonię, &c.

9. Ratio. Item: cognitio spiritualium rerum, vt Dei, & Angelorum, &c. sicut antea de virtutibus voluimus erga hæc dicebamus: ad quorum cognitionem sensus non potest peruenire. Cum ergo obiectum harum cognitionum sit supra sensum, necesse est confiteri, non esse has sensus operationes, neque ab ipso posse fieri: quandoquidem non potest agere, nisi circa proprium obiectum, & proportionatum, & sensibile, & materiale, vt diximus.

Iam ergo ex his manifestē sequitur, animam esse immortalem, & incorruptibilem, & immaterialem, & incorpoream, & indiuisibilem, quę cognoscat immaterialia, indiuisibilia, perpetua, vniuersalia, & spiritualia: alioquin nō posset hæc comprehendere, cum (vt diximus) oporteat esse proportionē debitam inter obiectum, actus, & potētiā: & quale obiectum, talis actus, &

qualis actus, talis potētia: siquidem potētiā per actus, & actus per obiecta oportet cognoscere, vt vidimus, & ipse etiam conuenitur Aristoteles.

Præterea Intellectus sunt scientiæ, quas ipse Intellectus comparat per abstractionem à materia, & à rebus sensibilibus & corporeis. Atque ita Philosophia naturalis abstrahit à materia indiuidua: Mathematica à materia sensibili: Methaphysica, quę altior est, & perfectior scientia, abstrahit ab omnī materia, & corpore, atque etiā Theologia, & quod perfectior est scientia, & altior, eò magis abstrahit & magis separatur à corpore. Atque ita Intellectus intelligēdo separatur à materia & corpore, & quod magis separatur, eò altius intelligit: ergo ex operatione & operandi modo manifestē conuincitur, animam à corpore esse separabilem, & supra corpus, &c.

Demum, ex dictis ostēditur immortalitas, quemadmodum eam ostēdit D. Tho. lib. 2. contra gent. cap. 79. Nulla enim res corrumpitur ex eo, in quo consistit sua perfectio. Hęc enim mutationes sunt contrarię, scilicet ad perfectionem, & ad corruptionem. Perfectio autem animę humanę consistit in abstractione quadam à corpore. Perficitur enim anima scientiā, & virtute. Secundum scientiam autem tanto magis perficitur, quāto magis immaterialia considerat, & magis abstrahit à corpore, vt vidimus. Virtutis autem perfectio consistit in hoc, quod homocorporis passiones non sequatur, sed eas secundum rationem temperet, & refrenet: Non ergo corruptio animę consistit in hoc, qd à corpore separatur. Si autē dicatur, qd perfectio animę consistit in separatione eius à corpore: secundū operationem: corruptio autē in separatione secundū esse?

Non conuenienter obuiatur. Operatio enim rei demonstrat substantiam, & Esse ipsius: quia vnum quodque operatur

10. Rati.

11. Rat.

obiectio

Solutio.

tur secundum quod est ens: & propria operatio rei sequitur propriam ipsius naturam, & entitatem. Non potest igitur perfici operatio alicuius rei, nisi secundum quod perficitur eius substantia. Si igitur anima secundum operationem suam perficitur in relinquendo corpus, & corporea, igitur substantia sua in esse suo, non deficiet per hoc, quod a corpore separatur.

Item vnumquodque, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo, secundum modum eius, in quo est: forma autem rerum recipiuntur in intellectu possibili, pro ut sunt intelligibiles actu: sunt autem intelligibiles: actu, pro ut sunt immateriales, & vniuersales: & per consequens incorruptibiles: est igitur anima humana incorruptibilis.

22. Rati. Ex reflexione animae, & suarum potentiarum & operationum supra se, immortalitas quoque conuincitur. Est enim intellectus quaedam admiranda operatio, imò omnium potentiarum animae rationalis, qua se conuertunt supra seipsas. Nam anima intelligit, se velle, & vult, se intelligere, & memoratur se voluisse, & intellexisse: & intelligit etiam, & vult, se memorari: atque ita intellectus conuertitur, ac reflectitur supra voluntatem, & voluntas supra intellectum, & uterque supra memoriam, & contra.

Imò verò intellectus ipse supra se ipsam conuertitur ac reflectitur: nam intelligit, se intelligere, & voluntas supra seipsam: nam vult se velle, & memoria supra seipsam: nam memoratur se fuisse memoratum.

At verò hae reflexio & conuersio animae supra seipsam, & potentiarum eius supra se inuicem, manifeste indicare videtur animae immaterialitatem, & ita etiam immortalitatem: cum corpus supra seipsum totum reflecti nequeat aut conuerti, nisi in se ipsum superponi, neque vna pars eius supra seipsam, quare hoc indicat animam esse

spiritualem, & incorpoream, & immaterialem, atque ideo incorruptibilem, & immortalem.

Confirmatur: quia vnaquaeque potentiarum animae ita reflectitur supra alias, ut omnes eas capiat, & totum earum obiectum, & omnes earum operationes: & ab alijs ipsa vicissim, eius obiectum quoque, & operationes capiantur, & concludantur. Nam intellectus intelligit voluntatem, & memoriam, & bonum, quod est obiectum voluntatis, & quoduis bonum, & omnes voluntatis operationes. Similiter voluntas amat veritatem, quae est obiectum intellectus, & quatuor veritates, atque ipsum intellectum: & potest etiam velle, & imperare omnes intellectus operationes: & in memoria similiter reponitur cognitione omnium rerum, etiam ipsius intellectus, & voluntatis, & actionem ipsarum. Ergo necesse est, has potentias esse spirituales, quandoquidem nulla corpora ita se possunt habere, ut vnumquodque ex tribus, simul omnia ex aequo capiat, nec tres vllae vquam corporeae mensurae tales reperientur, ut singulae capiant alias omnes, aut vna tantum capiat quantum tres.

Amplius: praeter modum cognoscendi proprium (quod habet anima per sensum) habet alterum per influxum & motum superioris causae suscipiendo, ex Deo videlicet per reuelationem, & in fusionem scientiae. At verò hic intelligendi modus erit haud dubie a corpore, & a sensu plane separatus, quandoquidem ex alio principio altiori, & longe diuerso intellectus operationes suscipiet, & intelligentiones, & intellegendi lumen, non verò a sensibus: ergo, &c.

Confirmatur. Cum igitur anima rationalis, & intelligens duplicem habeat intelligendi modum. Alterum in feriore a sensibus accipiendo, alterum superiore suscipiendo ex Deo: necessario consequitur, separari posse, & permanere post corpus: siquidem

Confirmatur.

13. Rati.

Confirmatur.

nunc secundum modum intelligendi separata habere poterit. Eum videlicet modum, aut similem, quo aliae intelligentiae intelligunt, quae sunt a corpore prorsus separate.

6. caput rationis ex generatione animae, & causis corruptionis.

1. Ratio.

Ex generatione, rursus animae, & corruptione rerum aliarum naturalium, ostenditur animae immortalitas. Ac primo ex generatione, seu productione animae palam colligitur esse immortalem, & non posse ab vllò naturali agente corrumpi. Nam cum sit intellectualis anima, & rationalis, non potuit generari ab vllò corpore: est enim perfectior omni corpore, quod rationale est, & intelligens: non ergo potuit a causa imperfectiori perfectior effectus produci. Quid quid enim sit, vel in semine paterno, vel materno ventre, materiale est, & corporeum, & longe imperfectius, quàm sit anima rationalis, ergo similiter, neque ab vllò corpore, aut naturali agente potuit corrumpi.

2. Ratio.

Praeterea. Quaecumque incipiunt esse, & desinunt, per eandem potentiam habent vtriusque (eadem enim est potentia ad esse, & non esse) sed substantiae intellectuales non potuerunt incipere esse, nisi per potentiam primi agentis, tam ob causam iam dictam, quia non poterat ab aliquo corpore aut naturali causa fieri: nam quia intellectuales substantiae non sunt ex materia, quae potuerit praefuisse: sed immateriales. Cuius signum est: quia quod recipitur in intellectu, non recipitur in materia, sed immanente realiter cognoscitur. Cum igitur receptio formarum in intellectu non sit receptio formarum in materia: impossibile est, quod intellectus sit forma materialis. Igitur, si non sunt ex materia (ut ostensum est), non erit in eis aliqua potentia ad non esse earum, nisi in primo solo agente ex ea parte, quae potest non infuere in eis esse.

3. Ratio.

Praeterea. Vnumquodque perficitur secundum modum suae substantiae: ex modo igitur perfectionis alicuius rei

potest accipi modus substantiae ipsius. Intellectus autem non perficitur per motum, sed per hoc, quod est extra motum existens, & quod non subiaceret motui naturali corporeo: perficitur enim intellectus scientia & prudentia, quae non subiaceret motui corporali, atque etiam perficitur virtute sedatis permutationibus, & corporalibus animae passionibus, ut ait etiam Aristoteles. Ethicorum. Item, perficitur maxime in quiete contemplationis. Modus igitur substantiae intelligentis est talis, ut esse suum, sit supra motum, & in quiete, & ex consequenti supra tempus. Esse autem cuiuslibet rei corruptibilis subiaceret motui, & temporis. Impossibile est igitur, substantiam intelligentem, qualis est anima, esse corruptibilem.

Neque anima potest corrumpi per accidens ad corruptionem sui subiecti, puta corporis. Impossibile est enim aliquid subsistens per se generari, aut corrumpi per accidens, id est, aliquo generato, vel corrupto eodem enim modo competit alicui generari, & corrumpi, sicut & esse. Vnde, quia accidentia & formae substantiales materiales non subsistunt in se, neque per se, id eo corrumpuntur per accidens, ad corruptionem subiectorum, & compositorum. At verò anima rationalis est per se subsistens, quod ita probatur. Nam quod per se potest operari, per se potest subsistere: & quod per se operatur, per se subsistit. Non enim est operari, nisi enis in actu. Vnè modo aliqui operatur, quod est: propter quod non dicimus, quod calor ipse est, quod calefacit, sed calidum, ut v.g. ignis: calor autem est, quo calidum calefacit. Actiones enim sunt subsistentium. At intellectus, & anima habet operationes per se, cui non communikat corpus, ut ex supradictis patet: ergo, &c. Nullo ergo modo poterit per accidens corrumpi, cum per se subsistat ad corruptionem, inquam, corporis, vel subiecti, vel compositi.

Confirmatur.

Con-

Confirmat 2.

Confirmatur secundò. Omnis forma, quæ non habet totum esse dependens à materia, non potest corrumpi separata à materia: sed anima rationalis non habet totum suum esse dependens à materia: ergo non corrumpitur à materia separata.

Hic discursus est notus: sed maior probatur. Aliqua enim forma corrupti potest tripliciter. Primò à contrario, vt calor à frigidityte: & sic anima corrumpi non potest: non enim contrarium habet, cum sit substantia. Secundò ad absentiam cause efficientis, sicut lumen destruitur; extincta lucerna: nec sic anima corrumpi potest: non enim ab aliqua causa naturali sic dependet, nisi à solo Deo, qui animam, & omnia potest annihilare pro placito suo, sed non id facit. Tertiò ad subiecti corruptionem, vnde, destructo coniuncto, destruitur ea, quæ in ipso habebat esse: & hoc modo non potest corrumpi anima: quia non habet totum suum esse dependens à materia ipsa, in qua est: idcirco materia indisposita & turbata, ita vt forma in ea non permaneat, nõ ideo totum suum esse amittit, cum nõ totum sit ab ipsa pendens.

Minor modo illo probatur, videlicet, quòd non sit secundum totum suum esse pendens à materia: quia esse est propter operari, & operari est secundum esse: sed operari nõ pendet à corpore, scilicet intelligere: ergo gradus ille ipsius esse, secundum quod est intelligere, non est à corpore pendens, nec separatione corrumpit. Quòd aut operari nõ sit dependens, probatur omnibus illis argumentis, quibus superius probauimus non esse Intellectum virtutis organicam: & quibus probauimus, operationes plures habere separatas.

4. Ratio

Quarto. Omne id, quod cum corpore definit, deficit, & declinat, magis, ac magis, declinante pariter & deficiente corpore: sed Intellectus non sic habet: non ergo perit cum corpore. Ma-

ior patet de parte sensitua, vegetatiua, de robore, de forma & pulchritudine & alijs. Hæc enim omnia senio, infirmitate, corporis quæ passionibus marcescunt, ideoque omnia hæc morte pereunt. At intelligere viget in sensibus, in corpore debilitatis, & in his sæpè, quæ prope mortem sunt (solent enim multum pollere tunc iudicio ac ingenio) ergo verè non destruitur, corpore deficiente.

Ex conuenientia animæ rationalis cum Deo, & Angelis immortalibus plane conueniuntur, eandem quoque esse immortalẽ. Ipsos etenim inde intelligimus: & asserimus, immortales esse; quòd sint intellectui, & rationales: at animo est rationalis & intellectiua: erit ergo & immortalis ex eadẽ causa.

Confirmatur. Quia si est anima immaterialis & corporea, & simplex & spiritalis, ergo erit incorruptibilis: quia ex his Deus & Angelos conuincimus incorruptibiles: quia quod spirituale est, non potest corrumpi ab agente corporeo, aut naturali, cum omnia talia habeant actionem corpoream, quam in spiritualem rem non possunt imprimere, nec corporales effectus in spiritali suscipi.

Item: quia spirituale non habet in se, aut sua compositione, partes aduersantes contrarias, aut corruptionis principia: nec substantiæ spiritali aliquid est contrarium.

Ex primo, & poena post hanc vitam debita, ac iustitia Dei, & recta mundi gubernatione.

Certum est, in hac vita aliquos sceleratos esse, & aliquos bonos: plerumque etiam contingere, vt scelerati in hac vita sint prosperi, & rebus huius mundi affluentibus, vt opibus, potentia, salute, longa vita, honore, voluptatibus, &c. Et contra, vt boni sint pauperes afflicti, miseri in hac vita, in carceribus inclusi, in ignominia habiti, occisi, &c. At Deus iustus est, non iniustus:

Nota.

7. caput, ex conuenientia animæ rationalis cum angelis.

1. Ratio.

Confirmatur.

2.

8. caput ex primo & poena post mortem debita, & recta mundi gubernatione. 1. Ratio

iustus: & præterea iustitia ipsa, & ratio, & lex, & æquitas, & natura ipsa rerum postulabat, vt boni bene haberent & mali male. Igitur cum in hac vita hoc non videamus, fatendum est necessario in altera vita remanere, istis quidè præmium pro beneficijs: quod nõ suscepunt, cum eo essent digni: alijs remanere supplicium debitum & poenam pro malefactis, quam meruerunt, & hic non receperunt.

Profectò hæc sola ratio satis esse debet vaicuique: & planè conuincit, ac persuadet cuiunque animo: bene instituto bonæque in dolis: & nisi quis sit obstinatus, aut planè impius, vel stultus, illi nõ i aduersabitur.

Confirmatur.

Confirmatur ex gubernatione vniuersi. Dispositio vniuersi est gubernatio & monarchia maxime ordinata omnium, quæ intra ipsum sunt: sed nisi alia post corpus vita homini restaret, esset maxima inordinatio: ergo tenendum est certum, animam manere. Minor probatur. Quia experimur, homines bonos secundam rationem viuẽtes multa mala pati, multis iniurijs afflicti, infirmos & debiles, quibus etiã natura nocuisse videtur naturalibus malis: malos verò felices, & in honore habitos, & naturæ dotibus ornatos vt orung, tamen idè est dicessus & mors quòd nisi alius esset locus retributionis, nisi esset inordinatus? non ergo animæ pereunt post corpora.

2. Ratio.

Præterea, ex spe, vel timore circa mortem hominibus instat animæ immortalitas colligitur. Circa mortem nanque qui bene atque optimè vixerunt, spem quandam in se sentiunt futuræ vitæ, & futuri præmij, & læti discedunt. At contra, mali, & facinorosi in morte constituti, timore, & horrore concutiuntur, quasi hi præsentiant poenam sibi imminere ex malefactis.

9. caput ex fine vltimo & beatitudine. 1. Ratio.

Ex fine vltimo, & beatitudine nra, quæ nõ est in hac vita, sed in altera. Primò. Omne ens naturale habet si-

nem, in cuius consecutione quiescat, & delectetur: homo igitur, qui omnia naturalium est res præcipua, habebit huc finem, quo fruatur. Sed nullus in corpore talis apparet finis, imò vita tota hominis est sollicitudine, & laboribus plena; nec vllũ animal ita sollicitudine & timore, ac dolore concutitur, sicut homo: qui etiã in dilectabili præsentia, futurorũ cogitatione vexat, & cõtina mentis agitatione oppellitur.

Adde etiã vitæ breuitatè, cum tamè multa infima animalia longissimam, fortiatur vitam. Quæ omnia argumenta sunt, veram hominis durationem, & finem non esse in hoc corpore: non ergo perit anima, ipso pereunte.

1. Ratio.

Deinde. Finis vltimus noster, est perfectissima cognitio perfectissimæ rei; & perfectissimus amor, est fruitio perfectissimi boni. Perfectissima aut cognitio, est visio rei in præsentia, & essentiam rei vidèdo. Res autem perfectissima est Deus: ergo finis vltimus & beatitudo erit hæc Dei visio per essentiam: sed hæc in hac vita esse non potest: ergo in altera. Et similiter de amore boni idem sequitur: est enim amor perfectissimus perfectissimæ rei, & rei præsentis, qua fruatur in actu, scilicet amor Dei visifed hoc non contingit in hac vita: ergo in altera.

3. Ratio.

Præterea, quòd non sit finis noster vltimus, & beatitudo in hac vita, probatur. Quia alioquin paucissimi, aut nulli consequeretur illum finem: imò verò esset impossibile. Idque sequitur, siue dicas beatitudinem esse perfectam actionem virtutis, vel perfectam scientiam rerum spiritalium, vel scientiam naturalium, aut substantiarum separatarũ in hac vita: quod quidem videtur esse optimum, quod in hac vita post contingere. Nam neque pueri, neque feminae, nec pauperes, nec stulti, neque hi, qui citò moriuntur, ad illum finem possent peruenire: imò nec rudes ingenio, aut rustici, aut agricola, ad

Ita, ad talem scientiam possent pervenire, aut perfectionem virtutis assequi, & eius actionem perfectam.

Confir-
matur. 1 Imò & hi, qui ingenio maximè valent, & ocio abundant, & opibus & præceptoribus, & omni commoditate ad discendum, ad eam scientiam non possunt pervenire, nisi longo tempore, in seæctâ, & raro, & pauci, neque ad virtutum perfectionem.

Confir-
matur. 2 At verò finis ultimus nò solum hominum, sed aliarum rerum, debet esse talis, vt cum finè omnes magna ex parte saltem consequantur, aut consèqui certè possint: alioquin malè à natura constitutum esset, vt ea res ad eum finem ordinarentur rarum, vel impossibilem, imò & inaniter ac superflue sic ordinarentur. At hoc non est asserendum de natura, aut naturæ Autore: ergo post hanc vitam finis ultimus aliis necessariò manet: igitur erit immortalis anima.

4. Ratio Præterea beatitudo est ea, in qua nullum est malum, vt antea diximus, at hoc non contingit in hac vita, ergo, &c.

Confir-
matur. Item: Beatitudo, vt ait Boetius de consolatione philosophica, est status bonorum omnium aggregatione perfectus: at hoc non contingit in hac vita, cum omnes aliquibus bonis careant, ac eis multa deficient humana naturæ perfectioni debita: ergo, &c.

5. Ratio. Præterea. Beatitudo debet esse certa, vt de ea habeamus certitudinem, alioquin animus nò esset quietus, sed inquietus, anxius, & ambiguus: At in hac vita nullà potest esse beatitudinis certitudo, neque quòd eam æquirit quis, neque quòd acquistam conseruabit: ergo, &c.

Confir-
matur. Confirmatur: Beatitudo debet esse firma, & stabilis, alioquin mens esset anxia, & sollicita: At in hac vita omnia sunt fluxa & caduca: ergo, &c.

6. Ratio. Præterea. In beatitudine nulla debet esse tristitia, aut dolor: pugnat

enim esse beatum, & dolere.

Et confirmatur: quia proprium est beatitudinis, esse summè iucundum, & delectabile, vt ait Aristoteles lib. Ethic. 1. & 10. vbi etiam ait, summam voluptatem summò bono esse coniunctam: ergo debet excludere omnè dolorem: at hoc in hac vita nò contingit: ergo hic non est nostra beatitudo, sed in altera vita.

7. Ratio. Præterea. Beatitudo debet esse perfecte sufficiens, vt etiam ait Arist. 1. Ethicorù, vt nullo indigeat, neque pro se, neque pro suis, ex sibi necessarijs, vel vtilibus: at hoc non contingit in hac vita: igitur hic non est beatitudo nostra, sed in altera vita, post mortem: manet ergo post mortem anima.

10. Cap. Et varijs virtutibus, & earum actibus: ac officijs, quæ etiam virtutes esse desinerent, ac perirent, si anima esset mortalis: & ex eis varijs, quæ tunc sequerentur, idem probatur.

10. Cap. Si anima non esset immortalis, sed mortalis, multæ virtutes perirent, & eis non esset locus: & multa sequerentur vitia, imò in vniuersum, virtus esse virtus desineret.

1. Ratio. Primò. Nullus enim vellet mortè pro Republicâ oppetere, vel pro virtute, pro veritate, aut pro iustitia, cum inde sibi nullum bonum, sed contrà potius extremum ei adueniret malum: si quidem mortuus capax non est in se vilius boni, sed morte omnibus bonis esset priuatus, atque ipsa met vita, & corpore & anima.

2. Ratio. Item. Si anima esset mortalis, hand dubiè eius beatitudo, & finis ultimus esset in hac vita, & is quidem vel ipsa vita, vel vitæ huius conseruatio, & bonorum huius vitæ, scilicet, iucunditatum ac voluptatum eius, ocij, & diuitiarum, & luxus, & pompæ cum cæteris, &c.

Et esset præterea finis ultimus idè & beatitudo eadè, quæ brutorù, plùs imialis, aut certè parù diuersa. Et sanè hoc

Confir-
matur.

7. Ratio.

10. Cap.
ex varijs
virtuti-
bus & ca-
rù actio-
nibus
quæ pe-
riri, &
vitijs, q̄
còtra le-
queren-
tur.

1. Ratio.

2. Ratio.

Confir-
matur.

obiectio hoc pacto omnes herent Epicuri. Nec verò quis commodè occurreret, si dixerit, virtutè potius, & eius actionem, esse tunc quoque finem vltimū, & secundam rectam rationem viuere: aut, virtutem tunc solum esse meliorem, & magis expendendam, quàm cætera omnia, & per se solà tunc facere beatiorè?

Còfuta-
tio, quæ
& ratio
tertia. Nam facile dici potest, tunc hoc ipsam fore virtutem, putà, vitam conseruare bonis refertam, ocium sequi, voluptatè consequi, & iucunditatem, quàm maximam quilibet posset in vita longior: si quidem virtus, quæ illis bonis priuaret huius vitæ, nullam maius bonum ipsa tunc afferret in hac vita præfenti, neque in altera. Atque ita non esset virtus tunc, hæc continere, sed potius vitium. At certè esset planè inutilis ipsa per se virtus, bonis huius vitæ expoliatis, & nihil melius nobis afferens, neque hic, neque alibi.

NOTA Confirmatur. Nam tunc ipsa recta ratio ea esset, quæ præciperet, illa huius vitæ temporalia bona sequenda, & vitam conseruandam esse: siquidem post hanc vitam, imò nec in hac vita, vlla essent maiora, quæ sequeretur recta ratio, aut recta electio virtutis. Et hoc ipsum esset prudentia, & contrarium imprudentia: At hoc absurdum, ergo, &c.

Confir-
matur. Confirmatur. Nam tunc ipsa recta ratio ea esset, quæ præciperet, illa huius vitæ temporalia bona sequenda, & vitam conseruandam esse: siquidem post hanc vitam, imò nec in hac vita, vlla essent maiora, quæ sequeretur recta ratio, aut recta electio virtutis. Et hoc ipsum esset prudentia, & contrarium imprudentia: At hoc absurdum, ergo, &c.

4. Ratio. Item. Quia virtus ad suam operationem requirit etiam externorum bonorum saltem sufficientiam: & sanitatè, ac vires, & deniq; ipsam met vitam: nã aliter operari non posset. Quare, etiã si virtutem quis vellet amplecti, vt finem suum vltimū, oporteret necessariò pariter expetere alia bona, sine quibus neque ipsa virtutis actio posset consistere, aut ipsa virtus.

5. Ratio. Item. Quia obiectum virtutis non est ipsa virtus, sed res alia ab ipsa bona vel malæ, expetendæ, vel fugiendæ. Hæc enim sunt virtutis materia, quæ si auferas, nò habebit virtus, vbi pedè

ponat, quid expectat vel fugiat. Igitur ex istis virtus eligit: & ideo ipsa est virtus, quia ex illis eligit bona, & præferat meliora, & fugit mala: At tunc obiectum, & materia virtutis solum esset illa bona, & non essent alia tunc maiora: ergo necessariò committitur, tunc virtutem ea maximè sequi debere, & si non sequeretur non esse virtutem. virtutis enim ratio & essentia illinc pèdet, ex obiecto & materia eius. Quare tunc verè sequeretur illud Sardana-pali Epitaphium, vt dicunt, eius sepulchro inscriptum.

Ede, b. be, uide post mortè nullæ voluptas.
Ac (vt quidè alius commodè dixit, cum hæc legeret.)
Quid aliud in sepulchro suo, bos iuberet inscribi?

5. Ratio! Præterea. Sequeretur inde, vt facile, quique vellent occupare tyrannidem per fas & nefas, & sibi bona accumulare, etiam cum aliorum damno & iniuria, si possent, si quidem in hac solum fruentium est vita.

6. Ratio. Præterea. Nullus fidem seruare vellet, aut veritatem, aut amicitiam, aut fœdus, cum mors inde sequi deberet, idque ob causam dictam: quia nullum inde videtur ei bonum, & tamen summum malum sequi.

Confir-
matur. 1 Confirmatur. Tunc summum malum esset mors, si moritur anima: ergo tunc secundum rectam rationem esset, vt minus malum eligeretur & permetteretur potius ad euitandum iustum malum, quàm contrà.

Confir-
matur. 2 Nam etiam si inde ignominiam còtraheret, & dedecus, tamen hoc esset minus malum, quàm mors, si anima esset mortalis, & ita post habendum, nam per mortem non solum honore priuaret, cum non sit amplius, sed bonis alijs omnibus, etiam se ipsa & suamet essentia & existentia, quo maius esse nequit.

8. Ratio! Præterea. Nullus esset Dei timor, dummodo quis hic frueretur, & potiri posset

posset rebus optatis: praesertim cum Deus in hac vita non soleat statim punire post flagitia, ut videmus. Atque ita nulla religio nulla iustitia, sed occasio omnium flagitiorum & scelerum, dum tamen quis ea impunè perpetrare posset, ex tali doctrina & opinione sequeretur.

poralibus bonis abstineant, & plerumque mala complurima perpatiantur: contra verò, mali plerumque corporis & externis bonis huius vitae abundant, & prosperè omnia succedant, (ut antè diximus) sequeretur aut, dubie, istorum vitam beatiorè esse in hac vita, quàm altera, alterius solius nudæ & solitariae, & inutilis vir utis, si post mortem nihil aliud superesset. Et illud optimè & verissimè D. Pauli dicere facti & boni viri possunt: *Miserabiles essemus cunctis hominibus, si in hac vita tantum sperantes essemus.*

Tunc enim virtus nihil haberet utilitatis, aut parum, sed mali plurimum, ut diximus, utpote, quæ v. tam presentem laboriosam & dolore plenam, anxietate & fastidio redderet, & aliquando etiam morte tolleretur, quæ tunc esset summè malum.

Confirmatur. Quid utilitatis tunc esset in virtute? Fac aliquem virtutem sequutum, & idèdè potius voluisse ignominiam pati, & paupertatem, & verbera, & mortem: (ut sit non raro) fac verò alterum, relicta virtute voluptatè sequutum, & honorè, & diuitias, & potentiam, & vitam iucundam servasse diuturniorè: quid, rogo, inquam, in illo utilitatis attulisset virtus? at in isto videmus non vnam modò, sed multas utilitates attulisse vitium.

11. Ratio. Illa ipsa tunc virtus etiam tunc periret, pereunte anima: nã periret pariter, subiecto pereunte: & ita virtus ipsa se vna cum anima interimeret: & tamè nihilo magis animam faceret beatiorè, sed omnia potius destrueret simul & seipsam. At profectò virtus talis dicenda non esset, quæ seipsam destrueret, & quæ destrueret, & nihilum redigeret eum, cuius est virtus, & subiectum in quo est. At potius virtus ea est, quæ perficit eum, in quo est, & bonum reddit & secundum suam naturam perfectum & aptum ad operationem: non verò, quæ destruit & corrumpit.

Et con-

tia specifica, quàm hæc, quæ gradum perfectionis substantialis addit. Ex hoc enim probatur, quòd homo differt specie ab equo: quavis enim utrumque sit animal, tamen in substantia hominis est aliquid, quod non est in equo. Eodem ergo modo erit in animabus, differentique sicut duo Angeli diuersæ speciei: hoc autem est falsissimè in Philosophia, quod specie differant, & in Fide error. Nam ita etiam homines essent diuersæ speciei, quæ ex diuersæ speciei animabus constarent. Sunt igitur animæ æqualis substantialis perfectionis. Et hoc est argumentum valde efficax.

3. Ratio. Tertia ratio est. Si anima esset perfectior pro corporis perfectione, sequeretur, quòd eadem anima mutatur, & modò minus, postea magis, esset perfecta essentialiter & substantialiter: quod est impossibile. Sed probo sequè lam: quia corporis perfectio mutatur: est enim imperfectissimum, cum anima inducitur: postea magis & magis perficitur, acciditque mutari complexionibus, & dispositionibus: oportebat ergo animam etiam mutari, quæ iuxta corpus perficitur.

4. Ratio. Quarta ratio est. Si iuxta corpus magis perfectum, anima esset perfectior, sequeretur: quòd corpus daret esse animæ, & ex ipsius potentia educeretur: non enim aliter posset animam perfectiorem causare: sed hoc falsum est: imò anima in se prius naturam habet per creationem, quàm sit in corpore. Aut etiam simul naturam infunderetur, tamè à solo Deo efficax: et proceditur. Non ergo sumit substantialè perfectionem à corpore.

Reijcit solutio. Respondent, quòd ita est, tamen Deus est, qui pro corpore perfectiori, animam creat perfectiorem? Sed contra hoc est manifesta ratio: nam, vel Deus creat animam perfectiorem propter corpus perfectius, vel facit corpus perfectius propter animam perfectio-

rem. Non primum: quia illud esset ordinare iam causam ad instrumentum: & perfectius ad imperfectius: quod non decet. Non enim scriba propter calamus, sed calamus propter scribè est. Nec est illud secundum: quia corpus præparat per causas secundas necessarias: concurratque cum ipsis ad modum ipsarum: at animas liberè & immediate creat: non ergo ordinat, quod necessarium est, in id quod liberè est: esset enim liberum restringere, si vellet.

5. Ratio. Quinta ratio est Theologica. Quia multæ animæ hominum, qui ignorant fuerunt in hoc seculo & imperfecte temperie, ac ob id ipsa fuerunt minus perfectæ in substantia, excedunt in gloria alias animas, quæ habuerunt corpora optimè temperata & perfectiora: idèdè erunt perfectiores in substantia. Hoc autem dicere, videtur incòueniens: nam hunc potius ordinem habere deberent, ut perfectiores naturæ essent in gratia, & gloria, sicut & Angeli: debuit ergo idem esse in animalibus, si inæquales sunt. Cum igitur non sit argumèto hoc est, esse omnes æquales in substantia.

6. Ratio. Præterea sextò. Si hoc in animabus hominum concederet, substantiali differe perfectione, idem deberet concedere in omnibus formis omnium specierum, cum eadem sit ratio. Vnde fieret, ut vna forma ignis esset substantialiter perfectior altera, quòd dispositione materiæ, & aquæ, & acris, &c. Et ita etiam in omnibus alijs mixtis animalibus & inanimatis: imò etiam in accidentibus numero, sub eadem specie, differentibus, sequeretur esse substantialiter, seu essentialiter & intrinsecè perfectiora: ut vna Albedo æquè etiam intensa cum altera, v. g. duæ albedines, ut tria: duæ nigredines, ut tria: duo colores, ut tria: siquidem ex sola individuali differentia, & numerice, sub eadem specie colligi ur diuersa substantialis & intrinsecè perfectio: aut si hic

non,

9. Ratio.

Item. Non esset locus omnibus ijs virtutibus, temperantia, sobrietati, frugalitati, virginitati, poenitentia, & afflictionibus ac mortificationibus corporis, humilitati, cõtemplationi Dei, & diuinarum rerum, paupertati, vitæ heremiticæ, religionis statui, & ordinis: quãdoquidè omnes hæc virutes haberet actus, qui priuaret voluptatibus huius vitæ corporalibus, & tẽporalibus, imò priuaret maximis voluptatibus huius vitæ, & maximis commoditatibus, quæ esse possunt: & priuaret quoque maximis huius vitæ bonis, puta honore, diuitijs, p̃pã, factu, imperio, potestate, & ut diximus, omni tẽporali bono.

Confirmatur.

Confirmatur. Ita esset locus contrarijs vitijs, & eis cãpus latus apperiretur, superbæ scilicet, ambitioni, vanæ gloriæ, luxuriæ, immundiciæ, gulæ, ebrietati, commensationibus, &c. nam dum, qui quæ istis, dum viuunt, potiretur, nihil curaret post mortem.

10. Ratio.

Præterea. Hinc sequeretur flagitiosissimorum hominum vitam esse beatiorè in hac vita, & magis expetendam, quàm bonorum, & optimorum vitam, & qui virtutè sequuntur. Nã virtus in labore est posita: & labor in virtute, & est ardua & difficilis virtus: at contra vitium facile, & molle, & delectabile sensui, ac suauè. Et plana ac laeta via est, quæ ducit ad perditionem: ardua verò, & arcta, quæ ducit ad vitam. Si ergo in hanc solam vitam esset sperandum, quid obsecro, utilitatis esset, tanto labore, sudore, ac difficultate acquisiuisse, & conseruasse virtutem, statim perituram?

Confirmatur.

Confirmatur. Quia cõ boni in hac vita per virtutem à corporalibus, & tẽ

Confirmatur 2.

Confirmatur 3.

11. Ratio.

Reijcit solutio.

non, cum sit absurdum: ergo nec in specie animarum rationalium.

7. Ratio.

Præterea septimò. Quia si ex dispositione corporis licet colligere maiorem vel minorè perfectionè substantialem indiuiduorum animarum, & ideo aliquis habeat animam ingeniosiorè, & melioris Intellectus altero, sequitur, quod cum aliqui à natura nascantur stulti & fatui, illi habeant animam stultam & fatuam: imò, cum nunquam per totam vitam utantur, nec uti possunt ratione, sequitur, quod habeant animam impotentè ratione uti, & planè irrationalem: quod est error. Et præterea, cum nunquam utantur ratione, ita etiam nec libertate, quæ ex electione, & deliberatione rationis pendet. Unde, sequeretur, animam etiam illam carere libero arbitrio, & voluntate: quod asserere, est etiam impium, & error.

8. Ratio.

Item sequeretur octauò. Quod sicut vna anima alteram in substantia perfectione superaret, ita etiam in potentiam perfectione: & ita vnus homo haberet altero perfectionem potentiam Intellectus, & perfectiorem liberum arbitrium: quod etiam est error.

9. Ratio.

Præterea nonò & vltimo manifestè ratione à posteriori conuincitur, non esse vnā animam substantialiter & intrinsecè perfectiorem altera. Quia omnis differentia, quæ reperitur in diuersis hominibus quantumuis maxima contingat, & reperitur in eodem met homine ex sola corporali dispositione. Contingit enim, ut idem met homo nunc valeat ingenio, & memoria, & Intellectus acupine, vel iudicio, paulò post ex morbo, vel aliquo accidente amittat ingenium, & memoriā, & iudicium, & fiat hebes omnino & tardissimus. Item, ut nunc sit ratiōnis compos, & prudens, postea fiat amens, ratiōnis expertus: nunc bonus, postea malus: nunc aptus, postea ineptus, & contra. Quare manifestè colligitur ex di-

uersa hac dispositione corporis & organorum prouenire: nisi velles stultissimè dicere, etiam in eodem met mutari animæ substantialem perfectionem: quod est impossibile: aut quotidie pro dispositione corporis infundi meliores, vel peiores animas in eodem homine: quod est plus quam ridiculū: & error stultissimus. Est ergo temeraria, & periculosa talis assertio animarum rationalium, quod perfectione differant substantialiter & intrinsecè animæ rationales.

Sit secunda Conclusio. Animæ non differunt numero per diuersas commensurationes ad diuersa corpora. Hæc quamuis videatur esse dissona sententiæ S. Tho. 2. Contra gen. cap. 8. tamè puto veram. Cum D. autem Thoma multi sentiunt, dicentes, quod sicut anima in specie intrinsecè & essentialiter dicit ordinem, & commensurationem ad corpus huius speciei, sic hæc numero anima ad hoc numero corpus: ita, ut illa cōfiguratio & proportio ad hoc corpus sit de essentia huius animæ, ipsamque indiuiduans, manensque in ea, sicut figura recepta à sigillo manet incera. Et per has diuersas commensurationes, dicunt animas etiam separatas distinguui. Sed nos conclusione asserimus oppositum, talem commensurationem non constituisse Hanc animam, sed consequi potius animam iam singularem, & indiuiduam.

Hoc probatur primò Anima non educitur ex potentia materiæ (ut dictū est) nec habet esse à materia pendens omnino, sed est etiam subsistens, creataque à Deo. Ex hoc facio argumentum. Id quod prius naturà est in se, quam in aliquo, non potest indiuiduari ad illius indiuiduationem: sed anima prius naturà est in se per creationem, quam in materia: ergo prius naturà est indiuidua, quam sit in materia: non ergo per illam commensurationem ad hanc materiam indiuiduatur: tunc enim oportet,

2. cōclu. Aī non differūt numero per diuersas commensurationes ad diuersa corpora

Explicatur conclusio.

1. Ratio

teret, quod ex tali materia educeretur.

Confir-
matur. 2

Confirmatur. Nam etiam si esset simul naturā, & informaret, tamen non accipit esse & substantiam suam à corpore, vel ab informatione, quæ informat, & est effectus eius formalis.

2. Ratio.

Probatur secundò. Si indiuiduatur per commensurationem ad hanc materiam, maximè ad illam materiam, in qua primò introducitur in embrione: sed accidit, aut totā prorsus illam materiam abijci, aut ferè totam, & deperdi successu temporis, ut ipse S. Th. fatetur: ergo impossibile est intrinsecè per aptitudinē ad illam indiuiduari: tunc non esset eadē numero anima.

3. Ratio.

Probatur tertio, & est argumentum ex ipsa D. Thomæ, & eorū doctrina. Ipsi enim fatentur, quod anima immediate vnitur materiæ: ita, ut prius ipsa informet materiam, posteriùsq; naturā consequantur accidentia. Ex hoc fit argumentum. Corpus nunquā est corpus, nec hoc corpus, nisi per accidētia, sed anima prius naturā vnitur materiæ, quam accidentia: ergo prius est in materia, quā materia sit hoc corpus: non ergo indiuiduatur per hoc corpus: est enim indiuidua, cum primū in materia est, cum iam sit producta.

4. Ratio.

Probatur quartò. Illa commensuratione est idem cum animæ substantia: imò est huius animæ substantia, ut ipsi dicunt. Tunc est argumentū. Cōtrā, sunt inæqualis perfectionis: ergo & illæ commensurationes: sed hæc sunt substantia animæ: ergo iam animarum substantiæ sunt inæquales: quod est contra ipsos. Hæc argumenta sufficiant ad huius conclusionis probationem. Scotus enim alijs vtitur argumentis non spernendis, quæ prætermitto.

3. cōclu. Aīe rationales seipsas differūt numero intrinsecè.

Tertia Cōclu. Animæ rationales se ipsis prorsus differunt numero intrinsecè non per respectum ad aliud.

Hic nota, esse necessarium recurrere in indiuiduitate ad aliquid, quod se ipso indiuiduetur: & hoc etiam in opi-

none illorum manifestè. Sumo duas ignes æquales, & peto ab eis. Quomodo horum formæ differunt? Respondent: Quare hæc sunt materiæ indiuiduæ? Respondent: Per has quantitates, quibus sunt diuise. Iterū dicam: Quare quantitates sunt hæc? Dicent, Seipsis. Vide ergo sistendū in aliquo seipsa indiuiduo. Cum hoc ita sit, profectò magis videtur conforme, ut tale primū indiuiduum sit forma & anima præcipuè rationalis: ipsa enim est, quæ dat esse materiæ, & composito, & quantitas potius à substantia indiuiduatur, quàm indiuiduet, cum capiat esse ab ea, non autē det. Et hoc est argumentum, animam ipsam seipsa indiuiduari, ab alijsque seipsa numero distingui, non autem per aliud, putā, per corpus: imò corpus per ipsam habet indiuiduationem, sicut habet esse.

A posteriori autem & extrinsecè colligimus diuersitatem rectè ex corporis diuersitate: & eatenus vera erit aliorum opinio, sed non intrinsecè.

Quarta Conclusio. Animæ rationales non habent operationes æqualiter perfectas propter diuersitatem corporis organorum: est enim organū animæ ipsius instrumentum.

Et hoc manifestè probatur. Penes ea, quæ accidentaliter eueniunt, iudicamus naturalia: ut Arist. fecit in Prædicam. Qualitatis. Penes modum, quo ex accidentisimus rubei, colligit modum, quo naturaliter homo rubeus fit. Eodē modo in præsentī, idem met homo, ut antea diximus, sanus, & phreneticus: pacificus, & iratus: iuuenis & senex operationes varias exercet: modò enim promptus an intelligendum, modò ineptissimus est. Hoc tamè non mutationi, nec diuersitati alicuius animæ tribuitur, sed organorū dispositioni: ergo quod in diuersis hominibus secūq; naturalem dispositionem sit, non inæ-

quali substantiæ animæ perfectioni, sed

Nota.

Probatur conclusio.

4. cōclu.

Aīe rationales non habēt operationes æqualiter perfectas ob diuersitatem organorū.

1. Ratio.

sed corporum varietati tribui debet. Et hoc argumentum conclusionē probat, & simul oppositae sententiae argumentum soluit. Superest igitur ad argumenta respondere.

Ad 1. Ad primum dico, Arist. loqui de diuersis animarum speciebus, & generibus: scilicet, sensitua, vegetatiua, & intellectiua: non de his, quae sub vna specie sunt.

Ad 2. Ad secundum dico, quod qualitas operationis non solum indicat substantiae diuersitatem, sed aliquando, existēte eadem substantia, & agente, indicat diuersitatem instrumenti: & sic fit in praesenti. Idem enim aliquando male, aliquando bene scribit, cum calamus non vno modo aptus est.

Ad 3. Ad tertium diximus, animas seipsis differre: & quamuis non seipsis differrent, nihil argumentum concluderet: quia possēt differre penes diuersa corpora, in quibus sunt, vel fuerunt: vel melior est prior solutio.

Ad 4. Ad quartum, nihil inconueniens est dicere, quantum ad substantiam, animam Christi esse aequalem alijs, cum certum sit, quantum ad substantiam, esse inferiorem Angelis; tamen gratia omnem excēdit creaturam, etiā & gloria.

Et ad articulum illum Parisiensem responderi solet, non transire articulos illos ultra Sequanam, quod est ipsorum Parisiorum flumen. Ceterum responderi potest, non fuisse in illo articulo de anima Christi & Iudae id de finitum, sed in genere, ut ex ipso articulo constat: si quis assereret hoc, quod inconueniens est, ponere aliquos Intellectus nobiliores alijs, sit error: quod verum est, de angelis & hominibus, & inter ipsos angelos diuersae speciei.

Nota. Illa verò de Iuda fuit ratio solum, non definitio articuli, ut ibidem constat. Rationes autem, & quae obiter dicuntur, in illis praesertim articulis eius Vniuersitatis, non sunt Fidei catholicae.

Tertio respondemus, nobiliorem

fuisse, non substantialiter, sed in donis naturalibus, accidentalibus: ut potē in genio, memoria, iudicio, & optima corporis temperie, ex qua haec pendebat ex parte: & praeterea multo plus super naturalibus donis, quae etiā perficiunt naturā: & si ita intelligatur, verus erit articulus, & ea ratione, non aliter.

CAPVT SEXTVM.

Indiuisibilem igitur Intellectio.

Tex. XXI.



Non ceperat tractare de Intellectu actu, textu praecedenti: nunc prosequitur idem, ac modo duplicem Intellectum in actu distinguit, & simplicem, & compositum, iuxta operationem simplicem & compositam. In textu igitur distinguit duas has Intellectus operationes. Alteram simplicem, qua res ipsas apprehendimus tantum, quae dicitur Intellectio indiuisibilium. Alteram, qua ipsas res conceptas componimus: quod fit, dum mente propositionem facimus.

Inter has duplex ponitur discrimen. Alterum est, quod in prima operatione non inest vlla falsitas: quia secunda verum est, vel falsum: non enim Intellectus falli dicitur quousque componat, & copulet vnam rem conceptam alteri. Altera est, quod prima operatio praecedit secundam: non enim componimus, nisi quae prius simpliciter apprehendimus. Habetque se Intellectus in hoc, sicut natura in generatione animalium: ut dicebat Empedocles, qui putauit quod natura prius fecit membra per se, ut caput, manus, & reliqua, postea per concordiam fuerunt coniuncta. Sic Intellectus prius diametrum per se cognouit, & incommensurabile per se: postea copulauit diametrum esse incommensurabilem.

Si autem factorem, aut sustinorem.

Tex. XXII.

Offen

quod duplex sit Intellectus in actu, seu duplex intellectus operatio. Simplex & composita.

Discrimen vniusque.

2.

De simplici operatione in intellectu, quae indiuisibilia cognoscit. Trium esse indiuisibilia. De primo indiuisibili, id est, de toto, &

Proceditur in eodem discrimine ostēden do in compositione & diuisione ne in esse falsitate posse duplici de causa.

Ostēderat falsitatem in compositione esse, eaque erat ratione rerum conceptarum. Cum enim componimus, quae non componenda sunt, vel diuidimus, quae non diuidenda, falsum dicimus. Ut si hominem non esse animal, vel cygnum esse nigrum, dicamus. Nunc ostēdit etiam, alia causa, posse falsitatem in compositione, puta, cum conceptus quidem bene coaptati sunt, tamen tempus verbi notae ut si dicas de eo quod modò incipit esse album, quod fuit album: vel de eo, quod fuit, dicas, quod erit. Et hic est sensus horum priorum verborum. Si, inquit, tempus futurum, vel praeteritum intelligens, fuerit Intellectus, tunc, supple, etiam inest falsum.

Statim autem, quod dictum erat, clarius distinguit, repetitque, in compositione esse falsum, & non alibi: & per compositionem, affirmationem intellige, per diuisionem, verò negationem. Idcirco dicit, quod omnia per diuisionem contingit dicere, id est, quae affirmata sunt, negari possunt. Dicit etiam vterius, falsum non solum in aeternitate compositionis, vel diuisionis, sed etiam ratione temporis, ut dictum est: causa autem compositionem hanc faciens, est Intellectus.

Indiuisibile autem quoniam dupliciter

Tex. XXIII.

Particulariter nunc de priore operatione intellectus tractat, quae simplicia, quae indiuisibilia vocat, intelliguntur: distinguitque ista indiuisibilia esse tria. Primum est aliquod totum, quod partes habet, sed per modum vnius intelligitur; quod vocat compositum, & longitudinem, & dicitur indiuisibile actu, quia actu non est diuisibile, potest tamen diuidi. Et per hoc indiuisibile debes intelligere quodcunque complexum, quod per modum vnius apprehenditur: ut animal ratio: homo albus; vir iustus: & alia.

Tractat ergo, quomodo Intellectus ista apprehendat.

Et quidem hoc totum tripliciter potest intelligi. Primum, ut totum quoddam tantum, non diuidendo in partes: secundò, diuisim intelligendo partes: tertio, oēs simul partes intelligendo.

Si primo modo consideretur, tunc habet rationem indiuisibilis actu, & sic in tempore indiuisibili intelligitur, id est, non intelligitur aliquid illius in parte temporis vna, aliud in altera: sed in quacunque parte totum. Et rationem huius dat: quia tempus correspondet diuisibili magnitudinis. Cum igitur magnitudo, seu totum aliud non diuidatur Intellectu, nec tempus diuidetur, sed in toto aliquo tempore, & in quacunque parte illud totum simul intelligitur.

Probat iterum. Quia si tempus diuidetur in vna parte, aliquid illius totius intelligeretur, in altera aliud: & hoc non ita est. Ut enim diximus, totum, ut quoddam vnum indiuisibile consideratur. Ergo in tempore indiuisibili. Et notandum hic, vocare tempus indiuisibile non solum instans, sed etiam tempus, quod non diuiditur secundum diuisionem rei intellectae.

Statim declarat, quomodo intelligitur tale totum: cum seorsum partes intelligit. Dicitque, quod cum Intellectus seorsum partes intelligat, tunc diuiditur tempus, ut in quacunque parte temporis pars distincta intelligatur: omnes autem simul, quod erat totum tertio modo, omnibus etiam partibus simul illius temporis intelligatur. Sic ergo percipitur primum simplex, & indiuisibile.

Quod autem non secundum quantitatem.

Tex. XXIII.

Modò tractat secundum indiuisibile, quod est secundum formam, id est, aliqua res simplex: ut homo, ignis, animal, & alia: & talia dicit Intellectum intelligere intellectuone

quo intelligat. Tripliciter potest intelligi totum.

Nota.

2.

3.

De secundo indiuisibili secundum formam, & quo intelligat.

Aa in-

indiuifibili, & tempore indiuifibili: non enim partes habent, sicut priora secundum quas intellectio, & tempus diuidi possint.

Reijcit obiectio At quia potes dicere, ista partes habere: ignis enim, & homo, & alia, diuifibilia sunt: similiter & ipsius tempus diuifibile est? Respondet ad hoc, tam ista, quam ipsum tempus esse diuifibilia, sed secundum accidens, & non vt quantum talia sub intellectio sunt, sed quantum indiuifibilia.

Nota. Est autem notandum verbu, (Quod intelligit) debes enim per hac intelligerent, quam intellectus intelligit: hac enim dicitur diuifibilis per accidens, & non, vt talis est, cognoscit modo, sed, vt indiuifibilis.

dubiu. 1. & eius responsio. Dices: Quare vocat tempus diuifibile per accidens? Respondeo, quia ad intelligenda illa singula, vnum sufficit instans, quod si dicitur intellectio per tempus, id est per accidens.

dubiu. 2. & eius responsio. Potes etiam dubitare, an sit in tempore, aliquid indiuifibile? Respondet esse quidem, sed non separatim, sicut in ipso continuo, & linea: vt dictum est alibi. Est ergo notanda expositio: locus enim hic obscurissimus habetur.

Punctum autem, et omnis diuifibilis.
Tex. XXXV.

De tertio indiuifibili non solum actu, sed potentia, & quo intelligatur. Ractat nunc de tertio indiuifibili, scilicet, quod est indiuifibile non solum actu, sed potentia, quale est punctum, quod dicitur diuifio: quia per id continuantur, & diuiduntur partes: similiter de nunc in tempore dicendum est. Hoc ergo indiuifibile non perse apprehenditur, sed per contrarium. Per negationem enim continui percipitur indiuifibile, sicut priuatio per positium, vt malum per bonum, nigrum per album: id est, tenebrae, quae priuatio est, per lucem. & sic intellige exemplum: nigrum enim positium est.

Statim declarat hunc cognoscendum esse intellectus, qui est in po-

tentia, & cui res intellecta inest potentia. At si quis intellectus est, cui non est contrarium, id est, cui nihil inest potentia, talis per seipsum omnia intelligit, & actus est, ac separatus: & iste intellectus est diuinus, vt omnes exponant.

Est autem dictio quidem aliquid.
Tex. XXXVI.

Postquam de simplici operatione dixit, rededit ad compositam, quam dictionem vocat, quae est affirmatio, vel negatio alicuius de aliquo: & hanc dicit omnem esse veram, vel falsam: non tamen intellectus omnem simplicem operationem, intellectus enim, qui est circa, quid est, id est, circa rem ipsam, vt post declarabitur, non errat, sed semper est verus: sicut visus circa proprium obiectum semper est verus. In applicatione vero obiecti, vt, quod hoc, vel illud sit coloratum, errat, vt diximus superioribus. Sic intellectus circa, quid est, non errat, nisi tantum in compositione.

Et nota, intellectum hic sumi, vt comprehendit tam eum, qui est in prima operatione, quam qui in secunda, ob id dixit, quod non omni intellectu semper inest verum.

Statim addit haec verba, (Sic se habent, quae sunt sine materia:) quorum sensus est: vt notat S. Tho. quod sic se habent intelligentiae separatae in sua cognitione, sicut nos in prima: nunquam enim errant. Alij aliter exponunt.

CAPVT SEPTIMUM.

Idem autem est, quae secundum actum.
Tex. XXXVII.

VM de intellectu actu tractauerit, nunc ipsu ad intellecta potentia comparat: ponitque differentias duas. Altera est, quod intellectus actu, est idem cum re. Altera quod intellectus actu posterior est in intellectu



De composita operatione Intellectus, quod in ea sit veritas & falsitas.

Nota.

tellestu potentia in vno, & eodem tamen vniuersaliter non est: quia ante quemcumque intellectu potentia, datur alijs in actu, vt notum est. Ante quemcumque intellectum potentia discipuli, praecessit alius in actu magistri docentis. Hoc autem partim declaratum est superioribus, & magis inferius examinabitur. Atque haec de intellectu in actu.

An comparatio Intellectus sit vnicus ipsius actus? Quae. XIX.

Sensus quoniam. Sensus huius difficultatis iste est, an cum intellectus percipit aliquam propositionem, scilicet: Homo est animal: id faciat vnico actu, & operatione simplici, an multis singulis correspondentibus singulis vocibus, & rebus compositis?

Nota duplicem propositio mentalem. Est autem notandum, aliquos distinguere duplicem propositionem mentalem. Vna dicitur iudiciaria, quae non est aliud, quam iudicium, quo assentimus compositioni vel propositioni alicui: vt, cum indicamus mente, hominem esse animal, & hanc dicunt esse vnum actum simplicem, nec de ea est dubium. Altera dicitur apprehensua: vt cum intellectus apprehendit ante iudicandam propositionem: & de hac dubium est, putantque, non esse vnum actum intellectus, sed multos simul, sicut sunt multae voces. Haec autem difficultas est eadem cum illa: an propositio mentalis apprehensua sit vnica simplex qualitas, scilicet vnicus intellectus, actus? an potius multi simul?

1. Argu. Videtur autem, quod non sit vnus. Primò autoritate, tex. 21. dicitur secunda operatio intellectus compositio multorum conceptuum: at conceptus actus ipsius intellectus significat: sunt ergo multi actus.

2. Argu. Probatur secundo. Conceptus seu actus intellectus respondet vocibus, vt dicitur primò *Peribemmas*, sed vocalis propositio non est vn vox, sed multae: nec ergo mentalis erit vnus actus, sed multi.

Probatur tertio. Propositio in mente successiue producit: non enim in vno instanti tota profertur, nec percipitur: ergo sunt plures actus. Vnus, autem in vno instanti producit.

Probatur quarto. Vide ut hic diuinitus Arist. non enim meminit alterius operationis intellectus praeter compositionem, scilicet rationalem.

Circa huius dubij dissolutionem, notandum primò, actum intellectus, quem rem apprehendimus, multa fortiri nomina. Dicitur enim simplex, & prima operatio: dicitur notitia, quasi ea notamus: dicitur etiam intentio formalis, quasi sit forma, qua mediante, intellectus formaliter est intendens, & cognoscens: sicut per operationem res formaliter dicitur operans: dicitur & conceptus formalis, quasi forma, qua res concipimus, est enim actio in ipso existens intellectu.

Notandum & secundo, quod addimus illud verbum (Formale.) Nam res ipsa per talem actum cognita, dicitur etiam conceptus obiectiuus, quasi obiectum conceptum, & cognitum: dicitur etiam intentio obiectiua ob eandem causam. Et hac vocabulorum diuersitate Logici frequenter vtuntur.

Notandum & tertio. Actum primu intellectus non dici simplicem, eò, quod res apprehensa, sit tantum vna: contingit enim esse multas, vt dicemus: sed quia per modum vnus apprehenduntur vnde, cum hominem albu per modum vnus apprehendo, dici vt talis apprehensio simplex operatio. Hoc tamen melius in conclusionibus explicabitur.

Sit igitur prima Conclusio probabilis. Propositio apprehensua est vnus actus simplex intellectus: id est, cum intellectus hanc propositionem apprehendit, vnico actu totam apprehendit.

Aduerte verò, quod non nego, prius singulos actus habuisse singulorum

3. Argu.

4. Argu.

1. Fund. Multis nominibus vocari adu in tellectu quo rem apprehendimus.

2. Fund. Cur dicatur conceptus formalis & obiectiuus.

3. Fund. Quò dicatur actus simplex.

1. conclu. Propositio apprehensua est vnus actus simplex intellectus.

Explicatur & rerum significatarum: prius enim Intellectus, Hominem, & Animal, & est, singulis conceptibus percipit: tamen nullo illorum, nec omnibus simul, rem totam seu propositionem, vt propositionem apprehendit, nisi vnico alio actu superueniente.

Primo ab autoritate, rex. 2.3. docet Arist. quod cum totum aliquod, habes partes, vt totum, & vt vnum quoddam considerat: tunc, vno eodemque tempore totum percipitur, talis est propositio.

2. Ratio. Probatur secundò. Propositio non est tantum illa tria, sed simul dicit vniorem quandam ipsorum: sed nullus conceptus illorum, quæ sunt circa partes, nec omnes simul apprehendunt illam, vnionis modum: ergo vnus est alius conceptus, quo propositio, vt vnum quid apprehenditur.

3. Ratio. Probatur tertio. Quia cum prius natura sit propositio mentalis: quam vocalis, erit magis vna: principium enim minus est multiplex, quam quæ à principio procedunt: erit ergo vnus actus Intellectus apprehendens totum id, quòd tribus vocibus explicat, vel pluribus.

4. Ratio. Probatur quartò. Quia experimur, aliquos, terminos omnes alicuius propositionis, apprehendisse, adhuc tamen nondum propositionem percipisse: quia defuit actus, quo omnia, vt vnum, apprehenderetur: vnus est ergo actus, quo tota propositio, vt talis est, apprehenditur ab Intellectu.

2. cōclu. Secūda Cōclusio. Propositio mentalis, non solum est apprehensio, sed etiā iudicium. Hæc est iuxta communem modum loquendi multorum. Putant enim esse propositionem apprehensiuam in mente, vt assensum quoque seu iudicium, quo ipsa apprehensio iudicatur. Et id merito, quia componere, vel diuidere, non solum ad apprehensionem, sed etiam, ad iudicium pertinet.

Nota. Vbi notandum, quòd propositio po-

test ad Intellectū dupliciter comparari. Vno modo, tanquam obiectum purū, quòd ab Intellectu percipitur, sicut alia simplicia: & sic dicitur esse in apprehensione: & ita, talis apprehensio dicenda est propositio mentis: nam in compositione & propositione semper verū, vel falsum in se docet Arist. & talis apprehensio in seipsa, antequam ab alio quo iudicetur (vt, v. g. quòd alia sint paria) vera, vel falsa est.

Altero modo, comparatur ad Intellectū velut effectus, quasi ipse Intellectus sit, qui componat vel diuidat iudicium, sic esse, vt illa prima dicitur propositio apprehensiuam, vel non sic esse, cum assentit vel dissentit: nam sic videtur ex se propositionem quandam facere, & talis actus est etiam vera mentis propositio, in qua existit quoque verum, vel falsum. Nam si assentit veræ apprehensioni, verus est assensus: & si dissentit ei, erit falsus: & contrà, si apprehensio est falsa in se propositio, & tamen ei dissentit, erit verus assensus: si tunc assentit erit falsus. Vnde, apprehensione propositionis existente verâ, contingit iudicium esse falsum, vel verum: & similiter, existente falsa apprehensione, contingit verum, vel falsum esse iudicium. Quamobrem vtraque est propositio, si quidem vtraque est vera, vel falsa, & vtraque, licet diuerso modo, componit, & diuidit: & vtraque dicitur compositio, quauis simplex actus sit ab affectu & significatione: nam illa apprehendendo, illa iudicando faciunt compositionem, vel diuisionem.

Tertia Cōclusio. Ratiocinatio ad compositionem reduci potest: non enim est aliud, quam vna hypothetica propositio, & totum iudicium, quòd hoc inferatur ex alio: totum autem iudicare, etiam componere est.

Nec audiendus est Philo. in hac parte, qui putat, esse duas distinctas animæ potetias, quibus apprehendimus, & componimus. Non enim ita est, sed ad

Explicatur & probatur conclusio.

3. cōclu. Ratiocinatio ad compositionem reduci potest.

Nota.

ad vnā eandemque pertinent. Non enim componeret potentia, nisi composita apprehenderet, & cognosceret: aliter incognita copularer, quod esse non potest. Superest ad argumētā respondere.

Ad 1. Ad primum, dico, conceptum in textu significare rem ipsam conceptam, & cognitam: & sic vnico actu Intellectus multa cognoscuntur per modum vnus.

Ad 2. Ad secundum, potius est contra ipsos. Nam sicut vocalis propositio non est tres voces tantum, sed totum compositum ex ipsis: ita in mente præter tres conceptus erit vnus alius, quo propositio vt vnum quid percipitur.

Ad 3. Ad tertium dico, illā successione provenire, quia antequam Intellectus apprehendat prolatam propositionem totam, procedunt conceptus singularum partium, vt dictum est.

Ad quartum, iam dixi reduci ad compositionem.

Ad 4. Quid est, sit obiectum primū Intellectus?

Quæst. XX. Difficultas ista est supra tex. 26. Vbi Arist. docet, Intellectum non decipi circa, Quid est, tanquam circa proprium obiectum, sicut nec visus circa colorem.

Nota. 1. Intentio nē & scopū quæstionis. Aduerte autem, quòd non hic petimus de primitia generationis, scilicet, quòd ens sit prius cognitū ab Intellectu: an vniuersale magis, an minus vniuersale, vel singulare? hoc enim r. physice disputatum est. sed petimus de primo obiecto ad æquationis, quòd comprehendit adæquatè intelligibilis, & sub cuius ratione ab Intellectu percipiuntur, quòd se habeant ad Intellectum, sicut color ad visum.

Nota. 2. Aduerte etiā, multos per, Quid est, rationem in illo tex. intelligere definitionem, & tex. Ari. naturam rei, quasi hoc sit obiectum In quæ diffinitelē: & iuxta eam interpretationem difficultas est quæstio, quomodo id facit. veritatem habeat.

1. Argu. Est igitur primū argumentum ex 2.

de anima, tex. 66. Visibile est obiectū visus: ergo intelligibile erit obiectum Intellectus: nam inter sensum, & Intellectum est proportio.

Probatur secundò. Obiectum Intellectus debet comprehendere omnia, quæ ab Intellectu percipiuntur: sed, Quid est, non cōprehendit omnia, sed potius ens: non enim Intellectus tantum rei naturam, sed etiam passiones & accidētia percipit: ergo ens, potius, quam, Quid est, erit obiectum.

Probatur tertio. Id est obiectum Intellectus, in quo distinguitur à voluntate, quæ sibi est proxima, scilicet in eodē subiecto proxime: sed in hoc est distinctio, quòd cum vtraque sint circa ens, Intellectus est circa verum, voluntas circa bonum: ergo verum erit obiectum Intellectus.

Probatur quartò. Id videtur obiectum Intellectus, quòd opponitur obiecto sensus: sed sensus obiectum est singulare: ergo Intellectus obiectum erit vniuersale.

In hac quæstione si qua est discordia, potius est in verbis, quam re, est enim perplexa, multum propter varios loquendi modos: qui tamen re non discrepant: ideo explicanda est in presentia, & sic dirimenda.

In cuius declarationem aduerte primo, Intellectum duplicem operationem exercere circa suum obiectum. Altera, est simplex apprehensio, & simplex cognitio ipsius, in qua nihil veri, vel falsi inest. Altera, est composita apprehensio, & iudicium, & assensus, vel dissensus, qui etiam compositio, & diuisio dicitur: in quibus iam verum, vel falsum inest.

Hæc autem, quæ à nobis apprehenduntur, sunt in triplici differētia. Quædam sunt simplices naturæ, vel res: vt homo, animal, album. Quædam sunt composita: vt, animal rationale: homo iustus. Quædam sic composita, vt habeant verbum, sintque propositio: vt, homo

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

In quo consistat difficultas huius quæstionis.

1. Funda. De apprehensione & iudicio Intellectus & vtriusque obiecti.

mo est animi: Deus est iustus: & circa ista tria versatur apprehensio.

Iudicium tamen, quod apprehensionem praesupponit, versatur tantum circa hanc tertiam apprehensionem, non circa alias: nam iudicium est compositum, & propositionum.

Vnde colligitur, adaequatum obiectum iudicij esse minus quam obiectum apprehensionis, quantum ad modum obiecti: quamvis enim de ente iudicemus, non tamen, nisi de composito: at omnia apprehendimus.

1. Fund. Triplex potentia obiecti, motiuum, & terminatiuum, & terminatiuum non motiuum, motiuum non terminatiuum.

Aduerte secundò. Alicuius potentia triplex potest esse obiectum. Vnus, motiuum, & terminatiuum: Alterum, terminatiuum, sed non motiuum: potest etiam esse aliud motiuum, sed non terminatiuum. Id dicitur motiuum & terminatiuum, quod mouet potentiam cognoscitivam imprimendo sui speciem, & cognoscitur etiam ab illa potentia. Ut lapis visus à me, mouet visum meum & visio in ipsum terminatur. Terminatiuum, sed non motiuum est, quod à potentia percipitur, sed non mouet ipsam per speciem. Verbi gratia. Aestimatiua bruti recipit speciem alicuius animalis, & per illam percipit sibi inimicum: tunc inimicitia est terminatiuum obiectum, sed non motiuum, quia non impressit ipsam speciem: sed cognita est à potentia. Motiuum & non terminatiuum est, quod mouet, sed non cognoscitur à potentia: & huius exemplum ponetur post in conclusione. Hec omnia intellectui adaptanda sunt.

2. Fund. Aliud est obiectum, aliud conditionem, seu circumstantiam obiecti. Obiectum est, quod mouet potentiam ad agendum: conditio vero est id, sine quo non esset actio. Et exemplum est in naturalibus. Obiectum calefactionis est aqua, vel quod calefit: conditio est, quod sit approximatum igni. Vterius, obiectum visus est color: conditio est, quod sit in singulari, vt inferius declarabitur: similiter, quod sit visibilis, vnde visus, non percipit singularitatem, nec visibilitatem, sed colorem: quia potentia non circū conditionem, sed circa obiectum operatur.

His suppositis, fit prima Conclusio. Obiectum motiuum intellectus, dum est in corpore, est ens, non quodcumque sed sensibile, siue singulare, siue vniuersale.

Probatur. Illud est motiuum obiectum, quod speciem imprimit: sed nulum ens, nisi sensibile, sui imprimit speciem in intellectu nisi sensibilem: ergo solum illud est motiuum. Minor probatur: quia non mouetur intellectus, nisi à phantasmate: at phantasma tantum est rei sensibilis.

Nota hic, quod res sensibilis potest dici obiectum motiuum, & terminatiuum, quia ipse est species: & ab intellectu percipitur: at ipsum phantasma, quod est in sensu, posset dici motiuum tantum, quia imprimit speciem non ad cognoscendum ipsummet phantasma, sed rem ipsam, cuius est phantasma.

Secunda Conclusio. Obiectum intellectus comprehendens motiuum & terminatiuum, est ens vniuersaliter sumptum complectens materialia, & immaterialia. Nolo dicere, quod intellectus, dum est in corpore, intelligat distinctè Intelligentias, hoc non ita est, sed quod intelligat illas saltem confusè, & conceptu connotatiuo. Sat tamen est, quod cognoscat intellectus omne ens, quocumque modo id eueniat: non enim de modo hic disputamus, sed de re cognita: at experientia constat, quod & Deum, & Intelligentias, & alia omnia intelligimus: ob id obiectum vniuersale Intellectus, dicitur esse ens absolutè.

Verum quidem est, differentiam esse. Nam sensibilia percipiuntur à nobis specie propria, ideoque ipsa sunt obiecta motiua & terminatiua: at immaterialia, & insensibilia non propria

1. cōclu. Obiectū motiuū intellectus est in corpore existentis, est ens sensibile. 1. Ratio.

Nota;

2. cōclu. Obiectū intellectus comprehendens terminatiuum & motiuū: est ens vniuersaliter sumptum. Explicatur & probatur conclusio. Nota.

pria specie, sed aliena cognoscantur: ob id terminatiua tantum obiecta dici debent.

3. cōclu. Cōditio obiecti intellectus est multiplex.

1. Nota.

Tertia Conclusio. Conditio obiecti Intellectus est multiplex.

Pro declaratione repete, quod diximus in tertio notabili, aliud esse conditionem, aliud obiectum, & inuenies triplicem conditionem in obiecto Intellectus. Prima est vniuersalitas. Vt enim ens ab Intellectu percipiatur, debet esse abstractum à singularibus: ac ob id Vniuersalitas dicitur esse conditio: sicut in sensu conditio obiecti est, quod sit in singulari. Hoc autem est apud eos, qui tenent, intellectum non percipere nisi vniuersalia: nos verò, qui dicimus, etiam percipere singularia, dicimus, quod non tantum conditio est vniuersalitas, sed etiam singularitas. Vnde, cum dicitur Intellectus cognoscere vniuersale, non intelligas, quod semper cognoscat vniuersalitatem, sed quod cognoscat ens cum hac conditione, quod sit in vniuersali, vel singulari.

Alia conditio, est Intelligibilitas. Non enim cognoscitur, nisi quod est intelligibile: sicut non videtur, nisi visibile, scilicet ens percipitur cum hac conditione, quod sit intelligibile: sicut etiam dicimus: Ignis comburit sibi proxima.

Tertia, est Veritas tam simplex, quam complexa, quae est in propositione. Etenim, quod Intellectus intelligit ens simpliciter cognitione, efficitur ei similis per speciem, quae similitudo dicitur veritas: & eo ipso, quod iudicatur, resultat veritas, vel falsitas. Vnde omnia ista, vniuersale, intelligibile, verum, non sunt obiecta Intellectus adaequata. non enim est aliud, nisi ens: sed dicunt ista, seu explicant obiectum cum conditione, & circumstantia, quae concurrunt, quando Intellectus percipit suum obiectum.

Comparatur cō

Aduerte etiam, quod inter has circumstantias seu conditiones, quaedam sunt

antecedentes actum Intellectus circa obiectum, vt intelligibile: ante enim quam ea intelligatur, est ista conditio, quod sit intelligibile. Apud eos verò, qui putant vniuersale tantum cognoscere ab Intellectu, & fieri per Intellectum agentem, vniuersalitas est conditio antecedens: quia prius abstrahitur per agentem, quam intelligatur à possibili. Tamen secundum nos, qui putamus Intellectum etiam cognoscere singularia, non ita est, sed singularitas est conditio antecedens: quia verò vniuersale sit à possibili, dicimus esse inter alias conditiones, quae dicuntur consequentes actum Intellectus: ex eo enim, quod Intellectus percipit naturam, consequitur, quod dicatur vniuersalis, quia percipitur non perceptis singularibus. Et ista conditio consequens est ex parte obiecti.

Est etiam conditio consequens Veritas, eo enim quod intelligit rem, siue apprehendendo, siue iudicando, dicitur verum: si fuerit in apprehensione, est verum transcendentale, si in iudicio, est verum logicum, similiter etiam & falsum.

Nota etiam, quod non sic se habet Intellectus circa suas conditiones, sicut sensus. Sensus enim non percipit suam conditionem. Visus enim videt colorem, at non visibilitatem, nec singularitatem: at Intellectus est tam amplae cognitionis, vt se conuertat, & reflectat ad conditiones intelligendas, & percipit vniuersalitatem, singularitatem, intelligibilitatem, ac veritatem: & omnia alia, ac ex conditione facit sibi obiectum per actus reflexos, & secundos.

Quarta Conclusio. Obiectum Intellectus, quantum ad operationem iudicatiuam, est ens complexum, & in propositione sumptum. Hec manifestum est ex dictis.

Superest argumeta soluere, quorum solutio ex dictis est manifesta.

Ad primum, respondeo, quod tam

Discrimine intellectus à sensu in cognitione harum conditionum obiecti.

4. cōclu. Obiectū intellectus quantum ad iudiciū est ens complexum. Ad 2.

visibile in visu, quam intelligibile in intellectu, non solum dicunt ipsum obiectum formale, sed simul important conditionem antecedentem: at nos de obiecto formali petimus.

Ad 2. Ad secundum, simili modo dicimus, etiam verum dicere obiectum, scilicet ipsum ens, cum conditione tamen consequente, & fortasse non sic se habet verum ad intellectum, sicut bonum ad voluntatem. Nam bonum mouet voluntatem, sicut ens intellectum: verum autem dicit obiectum cum conditione: non enim est veritas ratio, quae mouet intellectum semper, sicut bonitas est ratio mouendi voluntatem.

Ad 3. Ad tertium, nos quidem fatemur ens esse obiectum adaequatum: nec Aristoteles, Quid est, intelligit definitionem, sed ipsam rem, ut simplici apprehensione cognoscitur. Si enim diceret ens, comprehenderet obiectum operationis iudicativae, & non semper esset verus. Ut autem Aristoteles manifestaret, se loqui de obiecto intellectus: quod substat simplici operationi, dixit, Quid est: nam ista operatio non errat, sicut nec sensus: est igitur, Quid est, ens cognitum prima operatione intellectus.

Ad 4. Ad quartum patet solutio ex dictis. Vniuersale enim dicit obiectum cum conditione.

Videtur autem sensibile ex sensitivo.
Tex. XXVIII.

De intellectu practico & speculativo. **D**E intellectu in actu suum hucusque instituit sermonem Aristoteles a text. 20. nunc de intellectu practico, & speculativo, qui sunt species intellectus in actu, tractat: incipitque a practico.

Et cum sensus, ac intellectus proportionem quandam habeant, per sensum explicare aggreditur, quod intendit. In primis ergo aliqua, quae in sensu sunt, enarrat. In primis hoc inest sensui, ut ad actum ex potentia reductur ab ipso obiecto sensibili. Nec ob id intelligendum est, ipsum sensum alterari

Quaedam in sensu reperiuntur,

proprie, aut pati seu moueri: non enim ista operatio est motus, qualiter definitus est 3. Physic. illic enim est cum aliqua corruptione motus: at hic non est, nisi operatio perfecta absque vlla destruktionem: idcirco alio nomine vocari debet. Quidquid igitur sit, saltem sensibile, educit ad hunc actum ipsum sensum: atque haec est prima cognitio partitio sensitiva, quae est apprehensio & cognitio simplex obiecti sui, assimilaturque apprehensioni intellectus, quam vocat discernere, seu intelligere.

Inest secundum alia operatio sensui, scilicet percipere sensibile, sub ratione conuenientis, vel disconuenientis, iucundi, vel molesti: quod fit per Aestimatiuam: & in hac operatione assimilatur intellectui affirmanti, vel neganti: non quod sensus affirmet, vel neget, sed quia operatur ad modum intellectus componentis. Intellectus enim affirmans, vnum alteri componit: sensus autem per hanc operationem sensibile sub ratione iucundi, vel molesti percipit: videturque iucundum componere cum obiecto: post hoc statim sequitur appetitus scilicet profectio, vel fuga. Sensatio enim iucundi, vel molesti, appetitum sensitivum mouet, siue ad profectum, siue ad fugiendum, quod iudicat.

Et est delectari aut dolere.
Tex. XXIX.

3. **P**rosequitur explicare tertium, quod inest sensui: id est, mouere & causare, appetitum in actu, dicitque non esse aliud dolere, aut delectari: fuga, vel appetitus, id est, profectio & desiderium in actu, nil aliud, inquam, ista esse, quam motum sensus agentis, & cognoscentis bonum, vel malum, ut talia sunt.

Addit etiam vnum, quod potentiae istae appetitivae, scilicet appetituum, quod est circa bonum, & fugitiuum, quod est circa malum, non differre subiecto inter se, nec a sensitivo, ut putabat Plato, qui

qui sensitivum in corde, appetituum in iecore, posuit: non autem sic subiecto differre putandum est, sed ratione & definitione, cum tamen in vno subiecto proximo sint. Haec sunt, quae sensui inest.

Cogitatio autem animae phantasmata.
Tex. XXX.

Applicatur illa, quae dixerat, quae dixerat de sensu. In primis phantasmata sunt intellectui, quem vocat animam discursivam, quia intellectus practicus discursiuus est: sunt igitur phantasmata intellectui, sicut sensibilia sensui: ut enim sensibilia agunt in sensum, ita phantasmata in intellectum.

Inest etiam aliud intellectui, iudicare obiectum apprehensum, esse bonum, vel malum, sed per propositionem, & non sicut sensus facit: & ad talem intellectum mouetur appetitus, & ille intellectus dicitur practicus: puta, qui motiuus est ipsius appetitus. Ex hoc vnum sequitur, quod sicut in sensu nunquam est iudicium boni, vel mali, nisi praecedente sensibili: ita nec est talis intellectus practicus sine phantasma praecedente. Vide, quae non generaliter loquitur Aristoteles, sed de practico intellectu, qui est ad operandum.

sicut enim aer pupillam habet modum.
Tex. XXXI.

Quo se habeat practicus intellectus proportionem ad sensum. **N**unc qualiter se habeat iste intellectus practicus, explicat adhuc per similitudinem ad sensum. Vultque docere: sicut est vnum communis sensus, qui patitur ab omnibus sensibus exterioribus, ita intellectus, qui patitur ab omnibus phantasmatis.

Dicit ergo, quod obiectum agit in pupillam, & quodque aliud in suum exteriorem sensum: tamen singuli exteriores sensus agunt in vnum communem, & vltimum, qui est vult ipso rum medietas, qualis est sensus communis, vel imaginatio, ac ob id superius, text. 29. vocauit sensitivam medietatem. Hunc sensum dicit esse vnum

re, tamen ratione plures, quia sic est vnum, ut sit etiam multorum terminus, & principium, ut diximus superius, atque hoc sensu calidum a dulci distinguimus, differentiamque diuersorum sensibilibus percipimus.

Et hoc vnum proportione.
Tex. XXXII.

Applicatur quae dixerat, dicens, quod haec, scilicet intellectus, & sensus communis, sunt vnum proportionem, seu numero. Per proportionem intelligit similitudinem in communi, per numerum intelligit similitudinem, quam nos dicimus proportionalem.

Et sensus est intellectum & sensum esse similes in proportione, quam habet vterque ad suum obiectum, scilicet intellectus ad phantasma, & sensus ad sensibilia omnia externa, vel quam habet sensibilia inter se. Ut enim se habent sensibilia ad sua phantasmata: sic sensus communis ad intellectum, seu imaginatiuam. Modum enim non distinguit communem ab imaginatiua.

Ad hoc autem ostendendum vtitur ratione sumpta ex sensibilibus, parumque referre dicit, siue sensibilia sint vnius sensus, siue diuersorum exteriorum. Est igitur argumentum. Sicut se habet album ad nigrum: ita se habet phantasma albi ad phantasma nigri: ergo permutando, sicut se habet album ad suum phantasma, ita nigri ad suum. Si igitur phantasma albi, & nigri vni insunt, & circa vnam potentiam versantur, sicut album & nigrum illa potentia erit, sicut ista: sed ista, quae est sensus communis, vna est res, plures ratione: ergo intellectus respectu phantasmatum etiam erit vnum res, & plures ratione, id est, percipiet, omnia, quae ab alijs sensibus proueniunt: vnde nunquam percipiet, nisi in phantasmate, sicut nec communis sensus, nisi per exteriores.

Quia autem exemplum posuit de albo, & nigro, quae ad vnum videbantur

Applicatur, quae dixerat. Nota.

Ratio. Quod sit vnum intellectus practicus re & multiplex responsione.

Nota.

per nere sensum, dicit idem posse dici de albo, & dulci, & de sensibilibus diuersis.

Nota. Nota preterea per A, album, per B, nigrum, per C, phantasma albi, per D, phantasma nigri, intelligi.

Obcluditur quid sit intellectus practicus. Est igitur intellectus practicus una potentia, quae tamen, non immediate circa res, sed circa ipsarum phantasmatum operatur, ab ipsisq; proximè mouetur: hoc enim est quod intendit. Et sicut in illis determinatum est.

Text. XXXIII.

A quibus mouetur intellectus practicus. Postquam ostendit, quid sit practicus intellectus, & qualiter se habeat per analogiam ad sensus: nunc, à quibus moueatur, ostendit: docetque, aliquando à praesentis sensibilis phantasmate, aliquando ab absentis, aliquando ab ipsa specie intelligibili manente in intellectu, quae speciem vocat intelligentiam. Saepè enim rebus absentibus in ra nos cogitantes deliberamus futura, conferimusq; praesentibus.

Exemplum Aristot. Et ponit exemplum, cum à praesentis sensibilis, phantasmate sit intellectus practicus. Et exemplum sic est intelligendum: unò legendum: nam littera haec non est correctæ. Aliquis igitur videt facem ignitam, & sensu communi illam moueri cognoscens versus se: tunc intellectu practico percipit esse sibi hostem. Solebant enim olim facibus pugnare ardeatibus. Ecce quomodo à phantasmate rei praesentis mouetur intellectus.

Nota. Aduerte & verba in principio text. Sensus enim est. Sicut in illis, scilicet sensibilibus praesentibus. Intellectus percipit fugiendum, vel sequendum, ita extra sensum. s. absentibus sensibilibus. Statim sequitur exemplum, quomodo praesente sensibili operetur intellectus practicus, vt diximus.

Et cum dixerit, quod ibi iucundum. Text. XXXIIII.

Intellectus practicus apprehendit res. Cvm dixisset, intellectum operari, & intelligere in absentia sensibili-

lis, quia id commune erat intellectui, et absentibus sub ratione boni vel mali, & ita mouetur appetitum. Differentia inter intellectum & speculatiuum: in quo manifestat, quid speculatio sit. Intellectus, dicit, qd verum, & falsum sine actione, id est, speculatiuum est in eodè genere cum bono, & malo, id est, practico, solum differat penes vniuersale, & particulare. Sensus ille est. Speculatiuus, & practicus sunt circa cognitionem veri, vel falsi: tamè verum quod speculatiuus tractat, est commune, non ordinatum ad opus. Cognoscit enim speculatiuus solum verum secundum se: at verum practicum est verum contractum ad opus, nam practicus considerat verum, vt operetur: ac idcirco in ordine ad conueniens, vel disconueniens, seu bonum, vel malum, considerat.

Quae vero abstractione dicuntur. Text. XXXV.

Cvm dixisset, intellectum speculatiuum verum vniuersaliter, & abstractum considerare: nunc ostendit, quomodo considerare abstracta, scilicet mathematica: & determinat, quod considerat ea, quae in materia quidem sunt, non tamen, vt in materia sensibilibus sunt. Et ponit exemplum de curuitate nasi, quae simitas dicitur. Si enim talis curuitas consideretur, vtique cum materia considerabitur, vt simitas est: tamen si illa absolute vt curuitas consideretur, vtique sine materia considerabitur. In quo significat, qd res abstracta est eadem, quae in materia est: sed non vt in materia tali est, considerata. Est notandum, quod in hoc exemplo datur intelligere duos intellectus speculatiuos, vnum physicum, qui formas in materia considerat: alterum mathematicum, qui formas in materia ex-

Quo intellectu speculatiuus consideret mathematica.

Exemplum Aristot.

Nota.

maticum, qui formas in materia existetes sine materia considerat: de quo alibi satis diximus.

Omnino autem intellectus. Text. XXXVI.

Ratio, cur intellectus quaedam intelligit abstracta à materia. Reditur rationem praecedentis doctrinae, quare quaedam intelligit abstracta à materia, quaedam verò cum materia? Ratio est, quia intellectus actu conformatur rebus: vnde quae ex natura sua materiam habent, cum materia intelliguntur, quae verò non habent, quantum in ea sint, ea intelliguntur: at sicut vtraque re in materia sunt, ita intellectus in materia realiter est.

Dubium. Vnde ex hoc posset dubium suboriri: Ad, dum est intellectus in materia, & quanto, id est, corpore, possit abstracta realiter intelligere, scilicet intelligentias, quia non eis conformatur? Hoc tamen alibi speculandum dicit.

Nota. Notandum etiam hic, intellectum, & animam non esse realiter abstracta à materia, sed esse formam: dubium enim procedit ex hoc supposito.

An sint species intelligibiles necessariae. Quaestio. XXI.

Sicut species, quibus cognitio sensitua fit, sensibiles vocantur: ita quibus intellectus intelligit, intelligibiles dicuntur. Est igitur difficultas, an tales species sint? an sine his intellectus intelligat? Et quantum de his antea obiter dicta quaedam fuerint, nunc diligentius de ipsis disputandum.

1. Argu. ad partem neg.

Videtur autem, eas non esse necessarias, & est primum argumentum. Si tales species sunt, vel producuntur ab ipso intellectu, vel à phantasmate: sed neutrum esse potest. Ergo? Non ab ipso intellectu: quia ipse recipit, nihilque agit, nec producit aliquid in se. Non à phantasmate: quia hoc est diuisibile: at species est indiuisibilis & spiritalis: nil ergo est, quod faciat species, ac consequenter non sunt ponendae.

Probatur secundò. Si istae species essent, vtique in intellectu ipso conseruatae manerent, sicut fit in sensu interiori: sed id non potest esse: ergo non sunt. Maior est nota: sed minor probatur: quia si species productae semel manent in intellectu, ergo, intelligeremus continuò, dum sunt illae species: quod tamen falsum apparet.

Nec valet dicere, quod in sensu interiori sunt, & non semper sentit? quia dum non sentimus, species non sunt in potentia, sed in spiritibus organo: at intellectus non habet organum: nec species illae indiuisibiles alibi esse possunt, quam in intellectu.

Probatur tertio. Si essent species in intellectu saltem postquam semel repperimus, non indigeremus phantasmate, sicut sensus interior non indiget exteriori, postquam rem percepit: tamen illud esse falsum, experientia ostendit. Nihil enim intelligimus etiam eorum, quae alias intelleximus, nisi phantasmate ipso praesente: signum ergo est, non per species, sed per phantasmata sola animam intelligere.

In hac difficultate fuerunt quatuor Philosophorum sententiae. Prima fuit eorum, qui negauerunt species intelligibiles esse necessarias ad intelligendum, praeter phantasmata: hi fuerunt Themist. & Theop. vt supra meminimus. Similiter Auēp. Epist. de Ince: & inter Theologos, Ioan. Bacho. 1. Ser. q. 2. prologi, & Entri. lib. 5 q. 14. omnes hi dicunt sufficere phantasmata, intellectumq; in ipsis cognoscere naturas representatas vniuersales absque vlla specie: sicut visus colores videt in subiectis absque specie vlla.

Suppono enim, gratia exempli, qd non reciperet visus species: sed ad praesentiam luminis videret obiectos colores: ita se habet intellectus: ad praesentiam enim intellectus agentis in phantasmatibus cognoscit res, representatas vt in speculo.

1. Argu.

Reijctio solutio.

3. Argu.

1. Opin. T. emi. & Theo. &c.

Nota.

Quae

Nota. Quauis autem omnes hi in hoc conuenerint, tamen in ponendo Intellectus naturam discordes fuerunt. Nam Themist. posuit separatum agentem, & possibilem. Auempac. solum agentem separatum: & Theologi posuerunt utrunque, animæ virtutem, & potentiam, sicut nos.

2. Opin. Auicén. Sententia secunda est eorum, qui posuerunt esse quidem species intelligibiles in intellectu, non tamen manere in intellectu, nisi dum intelligit, sicut in visu non manent species, nisi præ sente sensibili, & visione. Hoc habuit Auicén. lib. de anima, cuius meminit S. Thom. 1. p. q. 79. art. 6.

3. Opin. Alij dixerunt tertio, manere species, ita, ut postquam semel alicuius recipit Intellectus species intelligibile, non amplius indigeat phantasmate illo, sed possit sine phantasmate speculari.

4. Opin. Ultima sententia est, quod quauis maneat species, semper tamē est necessaria ipsam phantasma. Hoc tenet S. Thom. 1. p. q. 84. art. 7. & Aegid. in præsen. i, & est communior sententia, quam postea explicabimus.

1. cōclu. Spēs intelligibiles. Circa huius resolutionem sit prima cōclusio. Spēs intelligibiles sunt in intellectu necessario ad intelligendum.

Hæc probatur primò auctoritate Aristotel. 3. de Anima dicit, Intellectum esse impassibilem, susceptiuum tamen formarum, & specierum, & eodem lib. 3. text. 30. cum dixisset, sensibile agere in sensum, ipsamque ad actum reducere: dixit, quod phantasma se habet ad Intellectum, sicut sensibile ad sensum ergo imprimit speciem. Probatur, text. 38. manifestè dicit, quod lapis non est Intellectus, sed species lapidis: & Intellectus sit intelligibilia, sicut sensus sensibilia.

2. Ratio. Probatur secundò. Conclusio ratione. Ita se habet Intellectus respectu sui obiecti, sicut sensus respectu sui: sed sensus recipit speciem sui obiecti: ergo & Intellectus.

3. Ratio. Probatur tertio, & hoc est optimū argumentum. Nulla potentia indeterminata ad operandum, in se potest aliquid operari: nisi in se determinetur: sed Intellectus est indeterminata potentia, ad hoc, vel illud intelligendum: ergo prius debet in se determinari, ad intelligendum, hoc vel illud talis autē determinatio non est nisi per speciem: ergo necessaria est species.

2. cōclu. Species intelligibiles manent in intellectu & harū respectu dicitur intellectus memoria. Secunda Conclusio. Species manent in intellectu, etiam cessante actuali intellectione: & respectu harum dicitur Intellectus memoria. Hęc est contra Auicén. Probatur autē primò auctoritate. 3. de anima, text. 6. animam intellectiuam dicit locum esse formarū: ergo manet species. Si enim non manerent, non diceretur locus earum, sicut nec sensus exterior dicitur locus, sed subiectum tantum.

Probatur, text. 8. dicit, Intellectum in habitu esse similem rebus per species, & quod tunc manet in potentia adhuc ad intelligendum: si ergo species simul esset cum intellectione tantum non esset in potentia vnquam Intellectus cum specie.

Probatur text. 33. dicit, Intellectum in absentia rei intelligere per phantasmata conseruata vel per intelligentias, scilicet species: manent ergo species ipse.

2. Ratio. Confir-matur ratio. Probatur secundò. Intellectus recordatur intelligibilium intellectorū semel, sicut sensus sensibiliū: ergo manent spectes intelligibiles. Eodem. n. argumento utitur ad probandum, in memoria sensitiua manere species: erit igitur memoria intellectiua respectu suorum intelligibilium memoratorum, ut docet August. lib. 10. Confess. cap. 8. quauis non puto esse distinctam re ab intellectu, sed ratione tantum.

3. Ratio. Probatur tertio. Quia eodem modo se haberet Intellectus docti, & sapientis, ac illius, qui primò incipit discere:

scere: quia vtriusque Intellectus est in pura potentia, dum actu non contemplatur: quod tamen absurdū videtur.

4. Ratio. Probatur quartò, & est argumentū S. Tho. Ita se habet Intellectus in ordine intelligibilium, sicut materia in ordine generabilium, & sensibilibium: sed materia retinet formam, etiā cessante actione agentis: ergo Intellectus etiam retinebit species, cum maioris sit virtutis Intellectus, cum sit immaterialis.

1. Nota descri-men inter spēs sensibiles & intelligibiles. Hic notandum est, species intelligibiles, aliter se habere, quam sensibiles. Primò ratione subiecti: sensibiles enim in cōiuncto insunt, ob id diuisibiles sunt per accidens, ad ipsius subiecti diuisionē, sicut accidentia alia, quæ in corpore sunt. At intelligibiles sunt in sola anima: quæ cum indiuisibilis sit, non recipit, nisi species indiuisibiles: quare huiusmodi species sunt accidentia spiritalia, & indiuisibilia.

2. Præterea, species sensibiles, quæ in corpore sunt, expositæ sunt multis variationibus: motu enim, alteratione, destructione corporis subiecti, ipsæ mutantur, variantur, alterantur, corrumpuntur, at quæ in anima sunt, quia non per se anima patitur, nec alteratur, minus sunt species variabiles, magisque durantes, quauis etiam destruantur aliquādo: quia non sunt accidentia naturalia animæ: sed ab extrinseco veniunt, scilicet ab obiecto producuntur.

3. cōclu. probabili intel- Aduerte etiam, quod fieri potest, ut non omnium, quæ intelligimus, species proprias Intellectus habeat: sed quod determinatur specie alicuius naturæ, per ipsam naturæ partes speculatur, & alia multa ad ipsam pertinentia indagat: quæ obiecta terminatiua dicitur, ut superius diximus. Et in sensu simile quid contingit per speciem visibilem, quæ pariter offendit intensiōnem, distantiam, rei figuram, &c.

Tertia Conclusio probabilis. Intellectus in hoc corpore corruptibili exi-

stens, pro hoc statu secundum communem naturalem intelligendi modum non intelligit nisi imaginatione aliquo modo cooperante.

1. Ratio. Hęc Conclusio est declaranda. Aduerte igitur, quod intellectio dupliciter pro hoc statu corruptibilis corporis pendet à phantasmate. Vno modo, antequam addiscat aliquid: & tunc ab ipso immutatur, & speciem recipit, taleque phantasma antecedit operationem ipsius Intellectus. Altero modo, postquam iam Intellectus recipit speciem rei: & tunc non indiget phantasmate aliquo, ut ab eo recipiat speciem, tamen indiget quodammodo phantasmate ad hunc sensum, quod Intellectus non intelligeret secundum naturalem & communem modum intelligendi, nisi simul imaginatiua illius ali-quod idolum pariter sibi fingat, non ut ab eo sumat Intellectus speciem: sed, ut actus ipsius quodammodo in eo, vel ad eum terminetur.

Et in hoc sensu S. Thom. 2. contra gent. cap. 73. docet, intellectum, etiam postquam habet species, indigere phantasmate, id est, opus est, ut simul cum intellectu imaginatiua operetur, fingatque idolum terminans aliquo modo id, quod intelligitur.

2. Ratio. Et hoc prima experientia constare videtur. Quicquid enim mente communiter cogitamus, semper imaginationis aliquo idolo coniungimus, nullusque se aliter intelligere communiter experitur.

3. Ratio. Patet etiā alia experientia. Quia legis imaginatione hominis docti, etiam impeditur cognitio recta intellectus.

4. Ratio. Patet etiam hoc idem ex eo, quod exempla materialia ad intelligendas res nobis ipsis proponimus, & alijs etiam damus: & de vtroque modo cognoscendi per dependentia à phantasmate est intelligenda conclusio.

S. Thom. 1. p. q. 84. art. 7. reddit etiā rationem huius: dicitque hunc modum cognoscendi.

1. Ratio.
2. Ratio.
3. Ratio.
4. Ratio.
D. Tho.
Not. an
cogno-

fit natura cognoscendi, esse animam naturalem in hoc itatu vite huius in corpore. Cum enim non sit omnino natura separata, non potest intelligere res omnino separatas, quia limitet ad aliquod idolum corporeum: quauis possemus dicere, quod prouenit ob nimiam coniunctionem cum corpore, ita, vt non possit anima operari, quin simul corpus, & imaginatiua operetur.

Opinio Scoti. Scot. i. sentent. d. 3. q. 3. non admittit, talem modum cognoscendi esse animam naturalem: quia post resurrectionem non ita intelligit: sed omnino per se quod si esset id naturale, non auferretur, quia Deus non destruet naturam, sed eleuabit. Credit autem Scot. esse poenam originalis peccati, vt cogitatio intellectus subdat imaginatiua corpore: & forsan Theologo conformius est hoc, quauis posset negari.

Solutio Scoti. Non enim ualet argumentum Scoti, quia anima post resurrectionem non intelligit per species sumptas a corpore, sed in sensu, per species autem sumptas a phantasmate eodem modo cognosceret. Quidquid tamen sit, saltem dum est in corpore hoc corruptibili, talem habet intelligendi modum.

Not. esse posse aliquas intellectiones sine imaginatiua. Diximus tamen in Conclusionem, secundum communem modum, & naturalem intelligendi in corpore corruptibili. Non enim negandum est, quod etiam in hac vita per reuelationem ex Deo acceptam, aliquando contingat intellectum intelligere sine imaginatione, undè etiam in scientia & contemplatione sapientis rerum abstractarum, non caret idem maxima probabilitate, ita, vt conclusio posita, sit vera & certa in communi tantum modo intelligendi, in quo moueri simul contingit phantasia, & intellectum. At cum supra omne corporeum se mens eleuet sapientis, sine imaginatione est (vt videtur) illa vltima & altissima intellectio, & contemplatio, omni relicto corpore.

Et tale quid etiam accidere videtur in extra, & quandoque in infirmitate, aut prope mortem, absorptis omnino sensibus & imaginatione.

Et maximum certe est argumentum, quod, cum post mortem anima, & post resurrectionem re-assumpto corpore, & etiam in hac vita per infusionem ex Deo sic posset intelligere: quod etiam naturaliter aliquid posset talem habere potentiam, quae sic potest sine sensu omni cognoscere: oportet ergo illam conclusionem intelligere de comuni tantum modo naturali intelligendi, in hoc corruptibili corpore: & eatenus vera erit sententia Aristotelis: oportere intelligentem phantasmata speculari, alias itatis erit, species intelligibiles, aut scientiam & cognitiones abstractas ab omni sensu, vel infusas à Deo, speculari, vt ostendimus.

Superest ad proposita argumenta respondere. Ad primum, solutio patet ex his, quae supra diximus. Non enim solum phantasma imprimi speciem, sed concurrente virtute intellectus, non possibilis, sed agētis, vt antea alibi diximus.

Ad secundum, negatur intellectus semper intelligere, cum species habet. Non enim est necessarium, quod, posita specie in potentia, ponatur actio: nam aliquando species est in oculo, & non videtur, quia deest aduertentia: ita posset dici de intellectu.

Secundò, quia species in intellectu, vel memoria seruatae non mouent, nisi illuminentur ab intellectu. Non autem semper illuminantur, nisi cum se ad eas conuertit intellectus: conuertit autem se, vel aliunde exercitatus à sensu, vel imaginatione, aut verò ab ipsius voluntatis imperio, volentis hoc aut illud cogitare.

Sed alia etiam est, praeter hanc causam, si quidem vera est tertia conclusio, quia non operatur communiter, nisi imaginatione etiam operante, vt diximus

diximus superius, propter necessariam connexionem: haec autem non semper operatur, ob id, nec intellectus.

Ad 3. Ad tertium, solutio ex dictis patet: aliter enim phantasma est necessarium habenti speciem, aliter non habenti.

An intelligere sit passionaliter? Quest. XXII.

Explicatur sensus quaestionis. CVM superius determinauerimus, species intelligibiles esse necessarias ad intelligendum, dubium consequens est, an intelligere sit sola receptio speciei? sic enim erit passio quaedam ipsa intellectus, & apprehensio: an sit, praeter receptionem, actio quaedam ipsius potentiae? Et quia hoc superius, lib. 2. abundè disputauimus de sensu, nihil modò, aut parum dicam. Est enim prorsus eadem ratio de intellectu: & Doctores allegati, quam sententiam sequuntur de sensu, eadem de intellectu tenent. Referam tamen breuiter sententias aliquor.

1. Opin. Quidam dicunt, intelligere non esse aliud, quam recipere speciem, & parum pati.

2. Opin. Alij secundò dicunt, intelligere esse pati: sed hoc modo, quod possibilis intellectus recipit speciem à phantasmate, & agens producit impossibili intellectum ipsam, postquam est dispositus per speciem: & dum possibilis recipit intellectum ab agente intellectu, intelligit, tale enim recipere, pariter est intelligere: & hoc dixi Iandun. quest. 24.

3. Opin. Alij tertio crediderunt, quod intelligere est etiam agere, sed hoc modo, quod intellectus cum specie, tanquam duo agentia partialia, & immediata, producit actum intelligendi.

4. Opin. Alij, quod est quidem agere, sed non immediatè ab intellectu, sed intellectus recipit speciem, & per hanc producit intellectum, sicut ignis calefacit per calorem. Haec omnia supra citauimus de sensu.

Nos tamen diximus, speciem non esse principium effectuum cognitionis, sed solum intellectum possibilem, vel sensibus sensum: species autem est dispositio modificans & excitans intellectum ad operandum, & vt mortuum obiectum concurrere obiectiue acterminatiue immediatè.

Vnde, intelligere est actio immediatè proueniens à potentia, vt à principio effectiue, quauis praesupponat speciem: & hoc eisdem rationibus supra inductis probari potest, quas non reposito, quia illic facile est videre.

Interim tamen, ne nil dicamus circa hanc quaestionem, aliquas differentias inter sensum & intellectum colligamus.

Aduerte igitur intellectum differre à sensu quadruplici ex parte: puta, ex parte obiecti, ex parte operationis, ex parte ipsiusmet potentiae, ex parte subiecti, & in singulis multipliciter differt.

Primò, ratione obiecti quadrupliciter. Intellectus enim vniuersale cognoscit per singulare, sensus verò singulare. Et notandum quoque, quod sensus, vt diximus, non cognoscit ipsam conditionem subiecti, scilicet singularitatem: at intellectus percipit. Secundò, intellectus percipit. Quid est, & definitionem rei: sensus autem solum ipsam rem. Tertio, intellectus percipit substantiam, & accidentia: sensus verò tantum accidentia, & concreta. Quarto, intellectus non laeditur à magno intelligibili: at sensus laeditur.

Ex parte autem operationis etiam multipliciter differt. Primò, intellectus videtur abstractione obiecti à loco, & tempore, & praesentia obiecti: non aut sensus. Vbi nota, quod sensus exte-

1. c. 6. u. Quid sit tenendū.

Nota,

Intellectus differt à sensu in cognoscendo modo in quatuor. Primò ex obiecto quadruplex differentia.

1 2 3

Secundò, ex operatione multiplex differentia.

1

rior percipit rem, sine materia quidē tamen non sine conditionibus materiæ, id est, sine loco, sine figura, sine presentia: non enim rem, nisi presentem, & in loco percipit, & cum quantitate. At sensus interior maiore videtur abstractione, quateus sine presentia percipit, & non tamē sine loco, nec sine quantitate percipit, cum his enim rem imaginamur: at Intellectus ab utroque abstrahit, remque intelligit in vniuersali separando à loco, quantitate, presentia, & alijs.

Secundò, differt operatio Intellectus: nam est abstractiua, non solū vniuersaliter, vt diximus, sed etiam formaliter. Abstractio autē formalis est, cum rem intellectam resoluit in partes, ac vnam ab altera discernit, omnesque cognoscit: vt cum resoluuntur in partes substantia, in genera & differentias: ab accidente subiectum discernit. Et hæc operatio Intellectus est, in qua omnes scientiæ fundantur: nam per ipsam rem cognitionis distincta habetur. At sensus non alia abstractione videtur, nisi dum cognoscit rem, nō cognitionis ipsius, quæ ab ipso cognosci nō possunt: vt visus videt colorem, alijs relictis, quæ videri non possunt.

Differt etiam tertio. Operatio Intellectus est reflexiua. Nam Intellectus intelligit suammet actionem, & seipsum, & animam ipsam, in qua est: quod nulli sensui conceditur.

Quartò Intellectus operatio multiplicior est: compositio enim, & discursus, non competunt sensibus.

Probatur etiam quinto. Intellectus corrigit sensus omnes, etiam interiores, scilicet imaginationem, cum deficiunt, vt notum est in multis apparentibus fallacijs: differt ergo Intellectus à sensu ex parte operationis.

Tertio. Differt etiam Intellectus ex parte ipsiusmet potētiae dupliciter. Primò, potentia ipsa Intellectus ex se non repugnat, distinctè percipere substantias

imateriales: at sensui corporeo est impossibile, sicut calori frigidificare. Secundò, Intellectus est potētia, quæ perficitur per habitus, & scientias propter varias, & alias suas operationes: at sensus non perficitur habitu: imò; tanquam quid imperfectum ipso tempore perficitur, dum corpus à vi nutritiua perficitur.

Differt etiam Intellectus ex parte subiecti tripliciter. Primò, Intellectus est in sola anima immediatè, ideo quæ habet hoc secundum, quòd sit indiuisibilis, & spiritalis: & tertium, quòd sit incorruptibilis, sicut etiam anima. At sensus in coniuuncto est, ob id diuiditur cum ipso, & corrumpitur cū ipso. Non enim potentia sensitiua manent in anima. His igitur modis differt Intellectus à sensu. Accedat etiam, quòd sensus ministrat Intellectui, eiq; subordinati sunt: non tamen e contra.

Conueniunt tamen Sensus & Intellectus in duobus. Primum est, quòd sicut sensus patitur à sensibili, dū ipsius formam recipit: ita Intellectus ab ipso phantasmate, quantum non eodem modo in omnibus: quia phantasma agit in Intellectum possibilem, medio agente Intellectu. Secundum est, sicut sensus agit, dum sentit, nec solum recipit: ita Intellectus, vt dictū est superius.

Circa ipsum rursus Intellectum aduerte, multipliciter ipsum diuidi. Primò enim Intellectus est duplex. Alter est agens, cuius est, vna cum phantasmate, species producere. Alter est possibilis, cuius est, intelligere. Ille possibilis est duplex: alter in potētia, alter in actu. Possibilis in potētia, est ipsa animæ facultas, quæ intelligere possumus secundum se considerata: Intellectus in actu, est ipsamet cum operatione & actu intelligendi.

Nec est ista diuisio, sicut diuisio superior. Nam Intellectus agens, & possibilis, sunt duæ animæ virtutes: at Intellectus potētia & Intellectus in actu

plex distincta.

Ex subiecto tripliciter distincta.

1. Intellectus est in sola anima.

2. Intellectus est incorruptibilis.

3. Intellectus ministrat Intellectui.

Intellectus & sensus conueniunt in duobus.

1. Intellectus & sensus conueniunt in potētia.

2. Intellectus & sensus conueniunt in actu.

Intellectus multipliciter diuisio ac subdivisio.

1. diuisio.

2.

vna & eadem, prout variè consideratur: secundum se enim sola dicitur potētia, simul verò cū actu, dicitur Intellectus in actu. Vnde Intellectus in actu habet se per additionē ad Intellectum potentia, sicut Petrus albus, ad Petrum.

Secundum igitur, quòd iste actus Intellectus multiplex est: ipse Intellectus in actu multiplex dici solet. Nam Intellectus actu diuiditur in theoreticum, & practicum. Theoreticus est quo cognoscimus, non vt operemur: practicus verò est, quo cognoscimus, vt operemur: & hic duplex est, actiuus, & factiuus. Actiuus est, qui dirigitur ad actiones immanentes, qualis est, qui fit secundum prudentiam: factiuus est, qui dirigitur ad faciendum opera externa, qualis est secundum artes. Theoreticus autem in opatiuum, & necessarium distinguitur, & necessarius in physicum, mathematicū, & metaphysicū. Iuxta enim ea, quæ intelligimus actusque intelligendi distinguitur Intellectus in actu.

Nota. Et perpende, quòd diuisiones hæc non ponunt diuersam animæ virtutē, sed vnam, vt diximus, simul tamen cū actu ipso, & operatione. Cumque ista multiplex sit, multiplex dominatur Intellectus apud philosophos. Et hæc sunt satis ad quæstionē propositā.

An Intellectus in corpore distinctè percipiat intelligentias. Qvæst. XXIII.

Occasio quōnis.

Arist. text. 36. hoc idem dubiū proposuit, & insolutum reliquit, nos tamē in presenti ipsū discutere intendimus.

Tituli quæstionis explicatio

Et aduertendum, quòd loquimur de cognitione distincta rei, que habetur per propriam rei speciem, vel per ipsamet rem, quæ dicitur notitia visionis: de hac enim dubitamus, an Intellectus, dum est in corpore, possit tale in notitiam habere separatarū substantiarum?

1. Argu. Videtur autem, quòd sic. Primò. In

telligibile per se magis percipitur ab Intellectu, quā quod est per accidens: sed substantiæ separatae, cum sint actus, & immateriales, sunt per se intelligibiles, sensibilia verò per accidens: ergo tales substantiæ melius ab Intellectu nostro percipiuntur. Hoc est argumentum Themistij.

Probatur secundò. Intellectus potest abstrahere quidditatem ab eo, cuius est quidditas: & iterum hanc quidditatem resolvere, donec ad quidditatē simplicem, & iam irresolubilem veniat: ergo poterit per hæc sensibilia peruenire ad intellectionem separatorum, quæ sunt simplices quidditatis.

Et est exemplum. Sicut affirmatiua ex resensata elicit cognitionem rei non sensata, ita Intellectus ex sensibilibus poterit elicere cognitionem intelligibilem. Hoc argumentum est Auempace.

Probatur tertio. Appetitus naturalis nō est frustrat: sed naturaliter appetimus percipere ista immaterialia, & indiuisibilia: ergo reducetur ad actum, poteritque Intellectus ista aliquando percipere.

Probatur quartò. Forma perficitur in materia: ergo non impediatur ab omni ea actione, quam secundum se habere potest: At anima secundum se potest percipere substantias immateriales: ergo etiam, dum est in corpore, poterit percipere.

Probatur quinto. Est scētia de istis separatis, puta. Metaphysica: ergo distinctè, cognosci à nobis possunt. Sciētia enim est cognitio distincta rei

In hac re variæ fuerunt opiniones Philosophorum Ethicorum, quarum meminit Auerro. Commē. 36. sunt tamen à nobis declarandæ: Prima fuit Auempace: hic, vt supra meminimus, posuit agentem Intellectum solum se paratum, possibilem autem in nobis existentem, & organicum. Dixit igitur, quòd per abstractionē à phantasmate

ad partem affirmatam.

2. Argu.

Confirmatur ratio.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

Variæ Ethicorum philosoph. opinio-

nes. 1. Opin. Auēpa. & erronea.

mate continuo resoluendo rem in sua quiditatem peruenit ad intelligendas substantias separate.

& ipsi, & alia separata. Hunc, & vocat Intellectum adeptum, & vite huius beatitudinem. Hæ sunt sententia horum.

2. Opin. Alexand. erronea

Nec multum differt ab hac sententia Caieta. Hic, qui dicit, quod, sicut imaginatiua ex specie rei sensata elicet speciem rei non sensata: ita Intellectus ex specie sensibilis rei elicere poterit speciem puram rei immaterialis.

Altera sententia fuit Alexand. qui Intellectum agentem dixit esse Deum, possibilem verò dixit esse aptitudinem in nobis ad recipiendas species. Huius sententia fuit, quod intellectus possibilis per species, quas recipit ab agente, magis ac magis disponitur. Vocat autem species Intellectus in habitu: dicitur igitur, quod cum receperit omnes species posibles, tunc erit optime dispositus & tunc contingetur nobis Intellectus agens, sicut que nostra forma, & per ipsum intelliget tunc homo, & ipsummet Intellectum & alias intelligentias: hancque dicit esse beatitudinem nostram in hac vita consequendam.

3. Opin. Themist. erronea

Tertia sententia fuit Themist. Hic enim tam agentem Intellectum, quam possibilem dixit separatam, & incorruptibilem, posuitque possibilem nobis coniungi per phantasmatum cognitionem. Non enim posuit species intelligibiles, ut dicitur est superius. Dicit autem, quod cum fuerit nobis summe coniunctus per omnia possiblem phantasmata, tunc Intellectum agentem percipiet, & alias intelligentias, & hanc ponit beatitudinem huius vite.

4. Opin. Averro. erronea

Quarta sententia est Averro. collecta ex sententia Alexand. & Themist. Nolit enim cum Alexand. ponere Intellectum possibilem corruptibilem: quia non posset et uniri Intellectus agens, qui est sempiternus: nec voluit dicere cum Themist. possibilem intelligere Intelligentias: quia ipse est: per quem agens vnitur nobis. Sententia ergo ipsius fuit, quod postquam possibilem fuerit nobis vnitus per omniam possibilem species, tunc vnitur agens, & per agentem intelligemus

Ar. Arist. quid senserit, non est multum manifestum. In hoc enim text. 36 dubium hoc propositum fuit, sed non soluit: at 9. Metaphys. text. vltim. dicit Intellectum nostrum esse & potentia ad intelligenda immaterialia, & non potentia cæcitate: vbi indicat, posset aliquo modo intelligere illa separata, distincte. Et 2. Metaphys. comparat Intellectum nostrum, respectu horum, oculo nocturnæ ad aspectum Solis: at nocturna non omnino priuatur visione distincta Solis & luminis. Et 2. de Generatione animal. cap. 3. dicit, Intellectum habere quandam adionem, in qua nullo modo comunicat corpus, nec ut subiectum, nec ut organum deseruiat: nec videtur alia actio ista, nisi quia separata intelligunt. Propter quæ loca diximus superius, primo de anima, cum multis alijs, quod, secundum Aristot. Intellectus attingere potest separata, quanuis primo de partibus, cap. 5. dicat nos leuiter attingere ista separata: quod videtur indicare cognitionem confusam. Quidquid sit, hoc certum est secundum Aristot. extra corpus Intellectum nostrum distincte illa percipere, ut alibi diximus.

1
2
3
4

Ut igitur veritatem in hac parte resoluamus, sit prima Conclusio. Opiniones Alexand. Themist. Averro. non sunt opiniones dicende, sed signata, & meriti errores contra philosophiam, & rationem naturalem: & in hoc apparet talium opinionum vanitas, nec illa motra Intellectus separati & subsisteris alium exitum habere poterunt.

Aduerte igitur, radicem huius esse, quod hi Philosophi duas veritates de anima concesserunt. Altera est, naturale desiderium habere, & capacitatem percipiendi substantias separatas. Altera, hoc desiderium non est frustratum, sed quod explebitur, aliter homo suo sine

Quis scilicet Arist. & varia eius testimonio de hære.

1
2
3
4

1. conclusio. Opiniones Averro. Themist. & Alexand. sunt signata quædam. Primo conuelli radix, & fidam erroris istorum philosophorum

Quia ille collegerint illam falsam suam conclusionem.

1. Ratio.

priuareretur. Ex hac duplici veritate de buerunt sic colligere: quod cum in corpore non contingat talis cognitio, quod anima erit post corpus: habebitque statum alium. At ipsi opposito modo errantes collegerunt, scilicet, anima cum mortalis sit, consequetur in corpore talem cognitionem.

Et nota quomodo peruersè colligerint: certior enim est illa minor, quod non cognoscat distincte tales substantias in hoc corpore, quam quod sit mortalis. Vnde ex minore certiore colligebant conclusionem incertiore.

Omissis autem rationibus metaphysicis, quibus hæc opiniones à S. Tho. impugnantur 3. Contra gen. cap. 41. & sequentibus, hoc maxime impugari possunt: quia beatitudo debet esse sensibilis obtineri, & communis, quæ plures consequantur, & durabilis. At horum beatitudo impossibilis est: quia nemo potest scire omnia scibilia, quæ tunc scire debet, ut fiat illa vnio Intellectus.

NOTA

Et dicit Averro. (qui coluit Arist. tanquam exemplar hominum à natura datum) an scierit omnia Arist. profecto plura ignorauit, & sepe ipse se ignorare, & probabiliter loquifatur: quomodo ergo volebat esse beatum?

Confirmatur. 2. Ratio.

Et rursus Themist. dicit maximam partem eorum, quæ sciunt, esse minimam eorum, quæ ignorant: si ergo tam minimam partem homo tanto tempore consequitur, quanto indiget tempore ad totum consequendum: at breuitatem vite quis ignorat?

3. Ratio.

Præterea. Dato, quod esset possibile, paucissimis contingeret, vix vni inter millia nullum.

4. Ratio.

Et præterea. Paucissimo tempore, & in fine vite, cum potius homines infelices dicendi essent, cum tot corporis laboribus, onerentur: qualis ergo esset natura, quæ tot laboribus tanto tempore continuis vnus hora beatitudinem venderet? Profecto etiam rustici possent capere, hoc esse monstrum &

figmentum, ac tale ab omnibus reputari debet: sunt enim isti potius nature destructores, & scientiæ, ac animæ ipsius inimici, quam amici, seu philosophi.

Secunda Conclusio. Per phantasmata nullo modo possumus peruenire in cognitionem distinctam substantiæ immaterialis. Hæc est contra Auempacem.

Et probatur primo. Magis dicitur immaterialis substantia à sensibili, quam vnum sensibile ab altero, ut notum est, cum illa sint generis diuersi: at per speciem, vel phantasma vnus sensibilis impossibile est distincte alterum cognoscere. Cæcuse enim à natiuitate per quocumque cognitionis aliorum sensibilem nunquam peruenire poterit in vllam cognitionem distinctam colorum: ergo nec phantasma rei sensibilis poterit distinctam cognitionem habere substantiæ immaterialis.

Probatur secundo. Intellectus resoluens quiditatem, & abstractans, non peruenit, nisi ad conceptum aliquem componentem talem quiditatem, ut patet, quia resolutio stat vsque ad genus supremum, vel ens. At quiditas substantiæ immaterialis non componit substantiam sensibilem: ergo per tale abstractionem peruenire non poterit vsque ad abstractionem, vel intellectionem distinctam Intelligentiarum.

Probatur tertio. Quia nullus vnquam quantumuis doctus, confessus est se talem cognitionem habuisse: si igitur ergo est, id fieri non posse.

Tertia Conclusio. Intellectus in corpore non potest habere naturaliter claram & distinctam cognitionem substantiæ immaterialis.

Addimus illam particulam, (Naturaliter (quia supernaturaliter iusufa cognitione ab ipso Deo, nil vet etiam in corpore existentem distincte cognosci. Hæc patet ex eo, quod per phantasma intelligimus, ut probatum est superius: at ex phantasmate non potest talis cognitio haberi, ut probatum est

2. conclusio.

Per phantasmata non potest vnus venire in cognitionem distinctam substantiæ immaterialis.

1. Ratio.

2. Ratio

3. Ratio.

3. conclusio.

Intellectus in corpore non potest habere naturaliter cognitionem distinctam & veram substantiæ immaterialis.

1. Ratio.

in Conclusionē precedenti.

1. Ratio Patet etiam Conclusio ex eo, quod nec sub tantis materialibus distincte cognoscimus, nisi per ordinem ad effectus, & accidentia sensibilia, ut experientia ostendit: ergo multo minus substantias spirituales. Præterea etiā præcipue. Quia si Intellectus eas percipere posset, utique à principio intelligeret illas.

3. Ratio. Quod si dicas: non ita esse, quia Intellectus debet prius disponi per cognitionem sensibilibus? sequeretur, quod nec postea cognosceret: quia res omnium sensibilibus cognitio non est sufficientes dispositio cognitionis Dei, & substantiarum aliarum, sicut nec res omnes sensibiles adæquant perfectione illarum substantiarum.

4. cōclu. Substantia im- materiales à nobis confusè in hoc statu cognoscuntur. Notandū pro declaratione, tripliciter nos cognoscere substantias hæc. Vno modo, cōceptu cōmuni contracto per negationem sensibilibus: ut, quod sunt ens sine materia, sine quantitate substantia, absq; corruptione. Secundò modo, contractione facta per effectus: ut, ens gubernans, & mouens inferiora. Tertio modo, per cōceptus cōmunes coniunctos: ut, causam cum primo coniungimus, dicimusq; causam primā, actū purum, & alia: tamen omnes hi cōceptus non sunt distincti, sed confusi, collecti ex rebus sensibilibus, nec aliter intelligimus ista, dum in corpore sumus.

Nota. Notandum autem, hos cōceptus, quamuis non sint clari, & distincti, esse tamen certos, & veros, ac necessariz veritatis: nec solum esse opinabiles, etiam si non sint distincti, & clari sed esse posse certos & necessarios.

Ad 1. Ad argumenta autem respondere oportet.

Ad 2. Ad primum dico, quod, quamuis illæ Intelligentiæ sint per se intelligibiles, & ex natura sua, non tamen in hæc

vita nobis, qui dum in corpore sumus, non ita fortem habemus mentis intuitum: sicut Sol ex se quidem maximè est visibilis, non tamen maximè à debili percipitur oculo: & hac comparatione visus est Aristot. 2. Metaphysicæ ad hoc idem declarandum.

Ad secundum, diximus iam, nunquā Intellectum abstractum aliquid naturaliter percipere ex phantasmate sensibili, quod re non sit contractū in ipso sensibili.

Ad tertium, fateor desiderium naturale, non frustrandum, tamen non id sequitur, quod dam est in corpore Intellectus implebitur: est enim alius status extra corpus, cum illud impleri debet.

Ad quartum dico, id veritatē habere in formis, quæ totaliter à materia pendet, & in ipsa esse totū habent.

At anima non sic est: ibi ad totā perfectionem non habet in corpore.

Et hoc debuit esse illis argumentū immortalitatis ipsius: imò etiam gloriosius postea corporis, cum quo optimè intelliget.

Nota tamen hic vnum dignum consideratione: quod cum Deus hominē fecerit ad se ipsum, reliquit illi quædam vestigia, quæ hæc indicarent, & per quæ ipse homo eleuaretur ad investigandum suum principium supra omnia inferiora.

Fuerunt autem tria vestigia. Primò in Intellectu reliquit capacitatem quādam interminabilem, quæ plura, & plura cognoscere posset, nec vquam desere posset: Non amplius valeo. Secundò, in voluntate reliquit insatiabilitatem, ut nihil posset appetitum satiare, cunctaq; fastidium faceret. Tertio in corporeis omnibus delectationibus apposuit laborē, ut parerit per omnes discurreret: ut homo per hæc cognosceret vltra ista omnia, aliud esse maius, quod hoc perficere posset. Non enim frustra Intellectui talis capacitas

data est, nec voluntati insatiabilitas, & fames, nec delectatio cum amaritudine mixta est.

Nota. 1. Quomodo Deus & altera vita cum corpore animam non impediēte colligat

Ad 2. Aduerte etiam, quod Deus voluit totum hominē ad se perducere, & animam, & corpus, & idē ea inter se fecit contraria, quæ hoc indicarent. Animam enim cum sensu coniunxit, & Intellectū in corpore imaginatione obscurauit: ut hinc colligeret, si Intellectus, dum in corpore est, obscuratus manet, ergo alius erit status, in quo perfectus sit, & distinctè intelligat. Vteriq; si Intellectus extra corpus est, imperfectus erit: manebit enim sine sensu: quid ergo erit, nisi, quod Intellectus erit in corpore non mortaliter: & tale quale modò est, ut & sit anima cum sensu, & Intellectus sit perpetua, & optima, ac perfecta? At philosophi solutionē non attingentes in dubijs confusi sunt, ac quisque in via sua errauit.

Ad 5. Ad quintum respondeo, esse scientiam simplicem: quæ distinctione habetur: & discursiuam, seu complexā per propositionē de separatis habetur cognitio confusa, simplex quantum ad ipsorum quiditatem, at distinctam complexa habentur, id est, propositiones aliquæ de ipsis demonstrantur: nec ista scientia est tam distincta quantum est scientia rerum sensibiliū, quæ ex vtraque parte distincta est.

quod anima sit quodam modo omnia.

Quomodo autem hæc si oportet? Text. XXXVIII.

Adhuc propositionem dictam explicat, & modum, quo omnia fit, exponit. Sensibile enim aut intelligibile, dupliciter dicitur, actu scilicet, Aristot. dum actu sentitur, vel intelligitur, & quò potentia, dum sentiri, vel intelligi potest. Ut igitur sentantur, & didicuntur ista, sic sensus, & Intellectus. seu anima. Nam ratione ipsius potentia, est omnia potentia: ratione verò actus, est omnia actū, simul sumptis, sensu & Intellectu.

Modus autem, quo omnia est, non est, quod ipsa anima in se sit lapis, vel homo, vel ignis, vel aliud intellectuum sed quia ipsorum formas recipit, & species. Vnde anima dici potest, sicut manus, organum, organorum, & instrumentum instrumentorū. Manus enim, quamuis non sit vllum in se instrumentum eorum, quæ ab externo sint, tamē omnia instrumenta facit, & omnium rationem inducit. Sic est anima in genere intelligibilem: non enim vlla est res ex intelligibilibus, tamen omnium formas recipit: ob id forma formarū, seu species specierum dici potest. Intellectus quidem forma formarum intelligibilem, & sensus formarum sensibilem. Et Sect. 30. Problem. 9. 4. idē dicit: mentem enim dicit esse animam. sicut manum corpori.

Quoniam autem neque res vlla est. Text. XXXIX.

Valiter Intellectus se habeat ad explicat sensum, explicat docens, non in curia rei genere animam absque sensu. Cuius rationem dat: quia nulla est res sensu non imparata à magnitudinibus sensibilibus, intelligat: ut apparet, etiam ipsæ res mathematici sed in corpore sensibilibus sunt. Hinc fit, ut nihil intelligamus, nisi in phantasmate mate. sensibili, & per ipsum.

Vbi notandum illa duo, quæ supra diximus. Dicit enim, quod dum de nouo

CAPVT OCTAVVM.
Nunc autem, quæ de Anima.
Text. XXXVII.



De sensu, ac intellectu dicta sunt, ad vnum quoddam reducit, putat, Animam rationalem quodammodo esse omniam: quod probat. Nam omne ens, vel est sensibile, vel intelligibile: at anima ratione sensus, est omnia sensibilia, ratione Intellectus, & scientiæ, est omnia intelligibilia. ergo anima omnia est.

discimus, indigemus phantasmate, pu-
ta, vt ab eo specie Intellectus sumat:
etiam postquam didicimus, cum ipso
speculamur, quia simul est operatio
Intellectus cum imaginatione ipsa, vt
declaratum fuit.

Nota 2.

Et nota, hic, Aristot. loqui quantum
ad intellectionem rerum phylicarum,
& mathematicarum: talis enim Intel-
lectus physicus est: na de separatis no
meminit, quia reiecerat in alium lo-
cum, vt patet text. 36. Sed iam superius
determinauimus, etiam in intel-
lectione naturali rerum separataru
indigere phantasmate, quanuis in Ari-
stotel. id non sit admodum certum, vt
monstrauimus in locis ipsius citatis.

*Phantasmata autem velut sen-
sibilia sunt.*

Quo se
habeat
phantas-
ma ad in-
tellectu

Quomodo se habeat phantasma ad
Intellectum, ostendit, dicens,
esse sicut sensibilia ad sensum, vno ex-
cepto: quod phantasmata non habent
materiam, sed est, no sunt res ipse ma-
teriales, id species interioris sensus
ipsarum.

Actus autem & operatio ipsius ima-
ginationis, non est actus ipsius Intelle-
ctus, qui dicitur affirmatio, vel nega-
tio, in hoc enim est copositio quedam
vera, vel falsa conceptarum rerum, no
in imaginatione. Simplex quidem? In-
tellectus operatio videtur assimilari
imaginationi: sed non est, quanuis ab
ipsa pendeat. Atque hae sunt, quae de
parte intellectiua Aristot. docuit.

ta discutienda proponitur, scilicet lo-
co motiuum.

Posset autem quis merito dubita-
re, quare haec vltimum locum teneat:
videtur enim post vegetatiuum, aut
saltem sensitiuum tractanda, cum co-
muniore, sit intellectu? Respondeo id
esse factum, quia motiuum non exit
in actum, nisi precedente intellectu-
ne, vel sensatione, ideo ordine doctri-
nae debuit vtrique postponi.

In hoc igitur textu Aristoteles sua
proponit intentionem, quae talis est.
Vt enim in primo, de anima dictum
est, Antiqui animalium animam duo-
bus definebant, scilicet iudicatiua sa-
cultate, quae sensum & Intellectum
comprehendit: & motiua secundum
locum. Cum igitur iam de sensu & In-
tellectu tractatum sit, pars haec tracta-
da supererat.

De motiuo igitur principio tria
speculanda proponit. Primum est: an
sit tota anima, an pars animae? Per
partem intelligere possumus duo, &
facultatem, seu potentiam & partem
animae substantialem, sicut ponebat
Plato diuersas partes animae substan-
tiales in vno homine, quae erant singu-
lae animae.

Ex quo secunda quaestio est. Si est
animae pars, quomodo sit pars, an di-
stineta ab alijs magnitudine & subie-
cto, sicut distinguebat Plato, rationa-
lem, & irascibilem? Quod si ita est,
erit pars substantialis. Vel non ita sit,
sed solum distincta ratione, & defini-
tione? sic enim erit facultas.

Tertia quaestio est. Si sit pars, an sit
distincta ab his, quae communiter po-
ni solent, scilicet rationalis, irascibi-
lis, concupiscibilis? vel ab his, quas
Aristoteles posuit lib. 2. scilicet Intel-
lectus, sensus, & vegetatiuo distincta?
an sit vna pars ex his?

Habet autem dubitationem motu.
Text. XLI.

Cur vlti-
mo de lo-
co motiuo
a gar.

Intectio
Aristot.

Quones
tres de
motiuo
secundum
locum.
1. quast.

2. quast.

3. quast.

Dubium
de modo
quo ani-
mae par-
tes di-
stinguere
sunt,
& de ea-
rum num-
ero.
Op. Pla-
ton. esse
tres.

AD praedicta determinanda vnum
dubium necessarium ponit, scilicet,
quis sit modus distinguendi ani-
mae partes, & qualis sit ipsarum nume-
rus? Videtur enim esse infinita, scilicet
indeterminata, nec ad certum nu-
merum reducta. In cuius probatione
citatur duas sententias diuidentium ani-
mae partes. Prior est Platonis, qui in
tres partes animam diuisit, in rationa-
lem in cerebro positam, in irascibilem
in corde, & concupiscibilem in iecore.
Posterior est aliorum, quae etiam ipse
in moralibus saepe vni est: puta in par-
te rationalem & irrationalem. Con-
tra hanc vtramque diuisionem argumē-
tatur, insufficientemque esse probat.
secundum enim differentias.
per quas.

1. Argu-
contra
Platonem
opinio-
nem.

Primum argumentum est. Quia spe-
ctata ratione & causa, propter qua
illi tales potentias multiplicat, alias
etiam ponere oportet potentias. Ipsi
enim ob illarum varias operationes,
inter ipsas ponunt differentiam: sed
sunt aliae potentiae multo magis diffe-
rentes a rationali, quam irascibilis, &
concupiscibilis: ergo oportebat has
diuidere, & assignare. Potentia autem
haec, est vegetatiua: magis enim diffe-
ret a rationali, quam illae duae: quia
ista inest plantis, quibus nec sensus,
nec ratio inest: illae vero duae insunt
habentibus sensum, qui propinquior
est rationi. Haec argumenti pars est co-
tra Platonem.

Alia ar-
gumēti
pars secū-
da alio-
rum opi-
nionera.
Dubium.
Respon-
sio.

Alia Argumenti pars, quae posset no-
tra secūdam esse argumentum, & contra secū-
dam opinionem. Sensitiua enim pote-
tia nec est rationalis, nec irrationalis:
non ergo est sufficiens diuisio.
Quod si dicat: Quomodo sensitiua
non est irrationalis? Respondeo, quod
potest sic probari, vt notat S. Thom.
Nam irrationale, vel sumitur nega-
tiue pro eo, quod non habet rationem:
& sic non diuiditur potentia, quia etiam
lapidi competit. Vel sumitur priua-

tiua, vt ponit potentiam ad rationem:
& sic sensitiua brutorum non est irra-
tionalis: nullius enim rationis est ca-
pax: Hoc tamen inferius in quaestione
magis declarabitur.

Secundum argumentum est de ima-
ginatione, quae verba melius cum se-
quenti textu copulatur, ob id ibi ex-
ponimus.

Ad haec autem imaginatio.
Text. XLII.

Secundum argumentum est commu-
ne contra vtramque diuisionem: de
imaginatione, quae in primis non vide-
tur esse sub assignatis a Platone, sed
esse, & in natura differre ab omnibus
illis. Et argumentum fortius est con-
tra Platonem, qui has tres partes distin-
guebat subiecto, singulasque in singu-
lis partibus subiecti ponebat.

2. Argu-
mentum

Tunc enim difficile est, assignare,
cum qua illarum confingeretur imagina-
tio: Ratio difficultatis est ista: quia ima-
gatio omnibus vtitur illis partibus, seu
omnes ipsa: rationi enim ministrat,
similiter appetitui: non ergo videtur
magis ab vna quam ab altera separan-
da: quod si ab omnibus separaretur, iam
insufficiens erit diuisio. Ita est locus
intelligendus.

Nota.

Potest etiam hoc argumentum esse
contra secundam opinionem, sicut
probatum est de sensitiua, quod non est
irrationale. Quod enim non sit vtraque
irrationale tam sensitiua, quam ima-
ginatiua, per se notum est.

*Ad haec autem appetitua, quae
et ratione.*

Hoc est argumentum tertium ma-
gis contra Platonem, & est obscu-
rus sensus. Vt autem intelligas, scito,
Platonem, irascibilem, & concupiscibi-
lem, ac rationale, non potentias ani-
mae sed animas distinctas existimasse.

3. Argu-
mentum
magis
contra
Platonem
Nota.

Intendit ergo Aristot. argumentum
hoc facere in rationali anima esse ap-
petitum quendam distinctum, scilicet
voluntatem, & tamen non ponitur esse
Bb 4 anima

CAPVT NONVM.

Quoniam autem animalium anima.

Text. XL.

Postquam
de in el-
lectiuo
disputa-
uerat,
nunc de
loco mo-
tiuo inci-
pit age-
re.



NIMAE definitio qua-
tuor erat partibus com-
posita, puta, vegetatiuo
sensitiuo, intellectiuo,
& loco motiuo: quarum
tres hucusque discussae sunt, nunc quaer-

anima per se: non ergo illos duos appetitus oportebat animas distinctas facere. Quod si tres animas voluit facere, sicut in rationali prater ipsam, est suus appetitus, scilicet voluntas, ratione distincta. Ita etiam in singulis alijs erunt appetitus proprii, eruntq; tres appetitus, & sic multiplicatur potentia.

Hoc est igitur, quod dicit. Est appetitua ratione distincta ab alijs, qua diucllere, & animam per se facere, est inconueniens: quia tunc erunt plures tribus: hęc autem est voluntas in rationali parte, sicut in sensu illę duę. Si ergo anima est triplex, multiplicatur etiam appetitus.

Et etiam de quo nunc sermo. Text. XLIII.

4 Argu. Quartum facit argumentum occasione, cuius dubium est motum: argumentum autem de motu localis principio. Probat autem, quod non sit vlla assignata potentia. Primum tamen excludit ea, quę non faciunt difficultatem. Animal enim mouetur augmentatiue, & diminutiue: sed huius motus, qui omnibus viuentibus inest, facile est inuenire principiu. Cum enim omnibus inest, erit ipse principium id quod omnibus inest viuentibus, scilicet anima nutritiua. Alij motus non sunt communes: vt, sonus, vigilia, respiratio, & alia: ob id maiorem habent difficultatem. Sed de his post est dicendum.

Sed de motu secundum locum. Text. XLIIII.

Excluit quod facile erat, & reiecit difficile, quod non attinebat ad considerationem presentem: nunc, quod de motu localis principio, qui dicitur motus progressiuus. Et probatur principiu a natura, quod non sit ipse principium nutritiua potentia, seu anima: idque duobus argumentis.

1. Ratio. Primum est. Quia iste motus progres-

siuus fit cum imaginatione & appetitu: at nutritiua anima illa non insunt.

Secundum est. Quia nutritiua inest plantis: non autem talis motus: quod si hoc esset principiu essentiale, vtique moueretur. Et nota, quod dicit, qui non moueretur appetitu, & imaginatione, violenter mouetur: vt, cum trahitur animal.

Similiter autem neque sensitiuum. Text. XLV.

Probat secundum, quod nec anima sensitua sit huius motus principium. Et argumentum est: quia non omnia habentia sensum, mouentur: Sunt enim animalia aliqua fixa, quę nullum locum ex se mutant.

Excludit autem obiectionem quendam. Posset enim quis dicere: quod huius modi non mouetur, non quia desit principium: sed quia deest instrumentum? Contra hoc argumentatur dicens, quod natura nihil fecit frustra, nunquam deiecit in necessarijs: sed quibus dedit principium, dedit quę necessaria erant ad vsum illius: dummodo non sint orbata, & monstruosa animalia: sed illa immobilia sunt in sua specie perfecta, & non monstra, cum generent sibi similia, & augeant. Si ergo principium haberet motus a natura, vtique haberent instrumenta necessaria, sicut haberent ad alia opera. Cum autem nullum tale sit: ergo non habet tale principium, & consequenter sensitiuum non est principiu huius motus.

At vers neque ratio in animalium. Text. XLVI.

Probat tertio, quod nec principiu intelligendi, sicut discurrendi, quod idem est, sit huius principium. Ac primo probat de intellectu speculatiuo, quod non sit principium motus.

Non sit motus, nisi cognitio sit circa aliquid conueniens, vel disconueniens agibile: Sed speculatiuus Intellectus nihil agendum considerat: non ergo est motus principium.

At quia

2. Ratio.

Quod nec anima sensitua sit illius motus principium. Excluditur obiectio.

Quod principiu intelligendi non sit principiu progressiu motus, quod non sit principiu speculatiuus intellectus. 1. Ratio

Confirmatur ratio.

At quia aliquando agibilia contemplantur speculatiuus, dum ipsorum naturam cognoscit: quamuis non ordinet ad actionem: probat, quod nec talis intellectus speculatiuus moueat: quia sepe mouemur, Intellectu non imperante talem motum. Consideramus enim terribilis alicuius naturam, nec iudicamus timendum esse modum, & tamen vna pars mouetur timore, scilicet cor, in quo est irascibilis, secundum Platonem. Similiter si sit delectabile, mouetur alia pars, scilicet iecur, in quo est concupiscibilis, iuxta Platonem: vtitur modum opinione Platonis.

Vis Ari. rationis

Ac si dicat. Intellectus speculatiuus rerum pure speculabilium, quę a nobis fieri non possunt, non mouet: nec similiter Intellectus speculatiuus rerum agibilium, quę non dirigit ad opus, nec percipit actionem: neuter enim Intellectus est motus huius principium.

Amplius et precipiente Intellectu. Text. XLVII.

Quod nec Intellectus practicus sit principiu progressiu motus. 1. Ratio.

Probat modo de intellectu practico, qui percipit fieri, quod cognoscit. Argumentum est: quia sepe percipit Intellectus aliquid esse faciendum & tamen homo sequitur appetitum, & facit oppositum motum: vt fit in hominibus incontinentibus, qui contra rationem & dictamem Intellectus mouentur. Similiter idem videtur in Medico: non enim semper secundum artem, quę habet, modetur: quod manifestat, aliud esse principium motus in ipso.

Quod nec appetitus sensitiuus sit eius motus principium. 2. Ratio.

Tandem probat, quod non sit appetitus sensitiuus principiu. Sepe enim appetitu inclinante ad aliquem motum non sequitur motus talis, sed alius secundum rationem: vt apparet in hominibus continentibus & studiosis, qui appetitus inclinationes relinquunt, quod ratio dicitur, exequuntur. Videtur ergo ambiguum, quod sit motus huius principium.

An sit bona diuisio potentiarum in rationalem, et irrationalem? Quest. XXIII.

In hac re id difficultatem facit, quod Aristoteles reprehendere visus est hanc distinctionem, qua ipse vtitur sepe in moralibus, & praesertim sanctus Thom. cap. 13. Et probatur. Quia sicut animal bene per rationale, & irrationale, vtique etiam diuidetur potentia animę pari ratione.

Huic consequens est aliud dubium: Quare text. 41. potentias quodammodo videri infinitas dixerit, cum nulla sit apparentia, quę infinitę videantur?

Circa prioris dubij resolutionem: aduerte aliqua. Primum est, quod Intellectus & ratio non sunt distinctę potentie animę: sed vna & eadem, secundum varias operationes. Vt enim percipit tantum res ipsas, & ipsarum naturas, siue proprietates, dicitur Intellectus: vt tamen tali modo intelligit, scilicet discurrendo, & ex vna cognitione aliam inferendo, dicitur ratio.

Notandum autem, quod tripliciter diuidi potest ista Ratio, secundum varias operationes. Primum est ratio practica, & est ratio speculatiua. Ratio practica dicitur, cum discurret in agibilibus, seu factibilibus: quod fit per artes, & prudentiam. Ratio speculatiua dicitur, cum discurret in contemplabilibus: quod fit per habitus scientiarum.

Secundum vtraque a Theologis diuiditur in Rationem inferiorem, & Rationem superiorem: quas aliqui vocant duas portiones rationis. Ratio inferior, est ratio discurrens in rebus creatis tam practica, quam speculatiua: superior vero, quę discurret, & attendit altissima, & quę Dei sunt, tam speculatiua, quam ipsius attributa, & naturam speculatur, quam etiam practica, quę regulas excogitat ad operandum iuxta Dei voluntatem.

Diuiditur etiam tertio Ratio praesertim practica in rectam, & non rectam. Ratio recta dicitur, si fuerit inferior, quę operandum percipit iuxta regulam naturę, & ea, quę ipsi conformia sunt:

Occasio prioris questionis ex locis Aristoteli.

Alterum dubium cur infinitas dixerit potestas videtur? 1. Fund. quid sit ratio, & quotuplex.

Tripliciter diuiditur ratio. 1. Diuisio.

2. Diuisio.

3. Diuisio.

Bb 5 sunt:

sunt: si fuerit superior, quæ operandū percipit, iuxta diuinum mandatū, & regulam. hæc est resclitudo in ratione practica, correspondetque veritati in speculatiua. Veta enim ratio est, quæ sicut res est, cognoscit, & iudicat: oppositum est falsa ratio, & in practica non recta.

Notandum etiam, quod nomen Rationis aliquando sumitur non pro intellectu discursu, sed pro ipso discursu, & opere intellectus: quomodo syllogismus ratio dici solet.

Aduerte secundò, quod appetitus sensitius, qui sequitur sensum, nõ secundum se conformatur rationi, nec voluntati, quæ dicitur appetitus intellectiuus: tamen est subiectus & seruus rationis, subditurque voluntati, & rationi, vt ratio dicatur domina.

Hoc autem dominium in duobus maxime cernitur. Alterum est, quantum ad actus ipsius appetitus, & partis sensitivæ. Ratio enim impedit actus sæpè appetitus, qui, nisi ratio esset, insurgerent: inducit etiam alios actus, qui nõ essent, nisi ratio imperaret. Verbi gratia, aliquando apparet aliquod terribile, vt leo: quem nisi ratio diceret esse ligatum, non posseque nocere, utique timeremus. Similiter aliquando apparet aliquod periculum, vel malum superandum, cui irascimur: quia ratio ita iudicat. Vnde dicebat Aristoteli. quod fortis mouet irascibilem: subditur ergo quantum ad actus.

Alterum dominium est, quantum ad executionem, & corporis motum. Impossibile enim est, quod appetitus sensitius in homine, quandiu est rationis compos, moueret corpus, nisi accedat etiam voluntatis consensus, saltem in virtute: nam voluntate dissentiente non mouebit vnquam: siue enim ludere, siue comedere, siue progredi, vel aliud simile fit: non sunt à solo appetitu, nisi accedente voluntate, & intellectu. Hoc tamen verum est, quod appe-

titus secum fert voluntatem sæpè, non necessariò mouendo, sed inducendo, & obferendo obiectum, secundum quod obiectum aliter & aliter apparet, prout est appetitus.

Alij quidem motus sunt, qui nõ subduntur voluntati: vt passiones aliquæ corporis, & alterationes consequentes ipsas, in his igitur duobus appetitus subditur parti rationali.

Hinc nota sit illa distinctio Aristoteli Ethic. cap. 1. quod potentia rationalis duplex est. Vna per naturam suam, altera per participationem. Intellectus ipse dicitur rationalis secundum naturam & essentiam, quia ipse est ratio, sicut visus est visus: At appetitus, & pars sensitiva, est rationalis per participationem: quia quamuis ipse nõ sit ratio, tamen subditur rationi, & operatur aliquando secundum rationem.

Aduerte teritiò, quod eum aliqua plura aliquo modo habet ordinem ad vnũ, aliquo modo possunt diuidi per illud: secus tamen non. Verbi gratia, omnes hominis potentie habent ordinem ad rationem intellectus: quia est ratio pars sensitiva, quia eam participat: pars vegetatiua, quia est potentia animæ habentis rationem.

Hinc est, quod hominis potentie possunt vtique diuidi in rationales, & irracionales. Rationales erunt, & quæ sunt per se, & quæ per participationem: irracionales vero, quæ cum in eadẽ sint anima, rationẽ non habent.

Absolute verò & in genere sic diuidere potentias non est bonum: quia animalium brutorum potentie non debent dici irracionales, sicut nec lapidis, & nullum ordinem intrinsicum ad rationem habent.

Hinc colliges Aristoteli in Morali. bene vsus fuisse hac diuisione: quia de homine tantum ibi est sermo, cuius potentias diuidebat. Tamen isti Philosophi absolute diuidebant animalium potentias: ob id reprehenduntur.

Aliqui motus qui non obediunt voluntati & rationi. Potentia rationalis duplex, vna per naturam suam, altera per participationem.

3. Fund. de diuisione potentiarum in rationales & irracionales.

Hoc respodetur ad primum dubium quæstionis, per se, & quæ per participationem.

Defenditur hic Aristoteli & sibi met conciliatur.

Nec

Ad argumentum contrarium quæstionis dubium.

1. Ratio.

2. Ratio.

Responso ad dubium rationis quæstionis, cur infinitas potentias videri dicitur.

1. Opin. Ratio primæ opinionis.

2. Opin.

Confutatur vtræque opinio.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Nec argumentum concludit. Nam cum diuiditur animal, tuac, Irrationale, nec sumitur negatiuè, nec priuatiuè: sed ponitur loco variis differentiarum positiuè innominatè, quæ est communis omnibus brutis. Hoc autem nõ potest fieri in presenti: quia tunc non comprehenderet eas potentias, quæ sunt in homine.

Et probatur: quia nõ esset apta diuisio potentiarum, nõ oportebat subdiuidere ad cognoscendũ numerũ potentiarum distinctum: quod ipsi non fecerunt: & sic probatur primum dubium.

Circa secundã existit duplex opinio. Altera est Iand. n. q. 38. qui tenet, tot esse potentias an. mæ distinctas, quot obiecta specifica. Vnde, puta, visum, & potestiam, quæ videmus album, distinguuntur specie, à visu, quo videmus nigrũ. Hoc sibi persuadet propter vnicũ textũ. 3. Physi. text. 1. vbi dicitur nõ esse idẽ, posse sanari, & posse infirmari: vbi videntur distingui potestie per obiecta specifica, scilicet infirmari, & sanitari.

Alter opinio tenens textum Aristoteli. dicit, in potentijs materie & corporum id habere locum, qualis est potentia ad sanitatem, & aegritudinem, ad calorem, & frigiditatem: at in potentijs animæ, quia sunt abstractiones, id locum non habet, sed vna est potentia specie pro contrarijs.

Vtræque hæc opinio (pace ipsorum dicã) est vana, & indigna Philosopho. Quid enim clamat aliud Aristoteli quàm vnam & eandem esse potentiam contrariorum. Et Capite, de tactu, distinguit tactus non pro singulis contrarijs, sed pro singulis contrarietatibus.

Præterea. Quis patietur esse innumerum visus, auditus, olfactus, pro specierum obiectorum diuersitate? Consequenter id oportet dicere de intellectu & voluntate, quæ multiplicare, esset somnium, non philosophia.

Præterea (vt antea ostendimus) ex illa regula distinctionis potentiarum

à posteriori colligimus, vnam esse potentiam etiam multorum actuum, & multorum obiectorum. Quoties videmus, quod, qui vnum actum illorum habet, etiam habet omnes alios: & contra? Et qui potest in vnum obiectum, potest in omnia alia? & contra, si priuatur vno, priuatur etiã in alijs? Vt, v. g. in visu: qui videt albedinem, potest etiam videre nigredinem, & alios colores: & qui non potest videre nigredinem, seu albedinem, nec potest videre alios colores. Et ita colligimus vnam esse omnium istorum videndorum colorum potentiam, atque i. a. in alijs.

Propterea dicamus nos, vt diximus lib. 2. de anima, non multiplicari potentias, nisi secundum rationes primas formales, & genericas obiectorum, & à posteriori, modo dicto: quod ibi latè ostendimus.

Quod si Aristoteli dixit hic videri infinitas, voluit per infinitum indicare, esse indeterminati numeri: ex vna enim parte tres, ex altera duæ, ex altera quatuor, vel plures videntur, sed non sunt præter eas, quas postea posuit.

Nec argumentum quicquam valet: in cuius solutionem nota, potentiam ad recipiendã formam dupliciter posse considerari. Vno modo, secundum se tantum: altero modo secundum id, quod simul cum ipsa ponitur. Nunquã enim aliquid est in potentia ad vnum contrarium, quin sit cum opposito extremo: quod enim est in potentia ad album, si non est album, est cum nigro, vel medio: quod est infirmum est in potentia ad sanum: & si in alijs.

Respondeo igitur, quod Aristoteli solam potentiam considerasset, vtique, vnam & eandem posuisset, at quia potentiam cum adiuncto sumpsit, idẽ distincta protulit.

Et nota, quod non dixit, nõ esse eandem potentiam ad sanitatem, & aegritudinem: sed, non esse idẽ, posse sanari, & posse infirmari. Illa enim potentia.

Responso vera ad dubium de infinitate potentiarum.

Ad Aristoteli testimonium.

Ad rationem primæ opinionis.

Nota. 1.

Solutio.

Nota. 2.

centia mutatur ab infirmitate in sanitatem, hęc à sanitate in infirmitatem. Solet etiam dici potentia oppositorū, vel differentium specie, diuersa ratione variarum dispositionum, quas quę que forma in subiecto requirit.

Est ergo notanda ista solutio. Cetera lege in Quæstione allegata.

CAPVT DECIMVM.

Videntur autem duo hęc.

Text. XLVIII.

Aristot. sententia de principio motu animalium.



VM superius dubitasset de principio motu loca liter animalium, nunc veritate determinare aggre ditur, duoque principia esse dicit, scilicet appetitum, & intentionem: his enim duobus animalia mouentur.

Notat tamen, per intellectiōne non solum esse intelligendam cognitionē Intellectus, sed etiam sensus, qui dicitur imaginatio: hęc enim etiam cum appetitu mouet: quamuis non sit cognitio Intellectus, vt in homine, qui aliquando ducitur imaginatione & nō Intellectu, & etiam in brutis, quę carent intellectiōne.

Possumus ergo dicere, appetitum, & cognitionem esse duo principia, quę simul mouent animal: & per cognitionem, tam iudicium imaginationis, quā Intellectus complectimur.

Intellectus autem, qui p̄ter aliquid.

Text XLIX.

Quis Intellectus motus declarat non quęcunq; sed speculatiuum, sed practicum, & qui actiuus dicitur.

Q Via Intellectus dixerat esse principium motus, declarat non quęcunq; sed speculatiuum, sed practicum, & qui actiuus dicitur. Differt autem à speculatiuo in fine: nam speculatiuus cognoscit solum, propter cognitionē: at practicus cognoscit, propter opus.

Nota ex Philop.

Notat Philo. quo pacto hic ab Arist. idem dicatur Intellectus speculatiuus & practicus, soloq; sine differant: q̄ si

speculatiuus immortalis dictus est, etiam erit practicus immortalis, quantum ad esse ipsum, & naturam.

Et appetitus, propter aliquid, omnis est.

Probat, quod dictum est, scilicet tā practicum Intellectum, quā appetitum simul esse principia motus. Assumit autem duas propositiones. Altera est: quod omnis appetitus est propter aliquid, id est, aliquem intendit cōsequi finem. Altera est: Id, quod appetitus intendit, est principium intellectus practici, id est enim primum, quod Intellectus practicus cognoscit. Finis enim in intentione primus est.

Verbi gratia, appetit infirmus sanitatem, hęc est, quā primò sibi in mente consequendam proponit: quamuis, quantum ad executionem operis, non sit ipsa prima: prius enim exequitur media ipsa, incipitque ab hoc ultimo in intentione. Verbi gratia, apprehendit sanitatem & postea remedia, & post cognoscit opus esse Medico: ab hoc ultimo statim incipit.

His suppositis, tale conficit argumentum. Appetitus non mouet, nisi intendat aliquid, sed istud non potest mouere appetitum, nisi prius Intellectu, & cognitione comprehendatur: ergo est necessarius Intellectus seu imaginatio, ad motum. Vterius: imaginatio, seu intellectio non mouet sine appetitu, cum mouet, quia proponit appetibile: ergo vtrunque est motus principium. Cognoscitiua enim potentia finem apprehendit, & indicat, qui appetitum ad motum incitat: tam ergo cognitio, quā appetitus simul sunt motus principium.

Etiam quid igitur mouens ipsum.

Text. L.

Vlt modò reducere ad vnū principium principale illa duo, scilicet ad appetitum: & probat, quod non sint duo illa principia ex æquo, tanquam duę causę non subordinatę.

Quod si mul practicus Intellectus & appetitus sint principia motus. i. Suppō. 2. Suppositio.

Explicatur exemplo.

1. Ratio.

2. Ratio.

Quod illa nō sint duo motus principia, sed

Et

ad vnum Et argumentum est hoc. Si essent duo principia, putā, non subordinata, appetitus & Intellectus, utiq; communem haberent aliquam rationem, quā mouerentur: sed hoc esse non potest: ergo non sunt duo per se mouentia nō subordinata.

Minoris probationem ponit: quia tunc vnum absque altero moueret: at id esse nō potest: nam Intellectus absque voluntate, quę appetitus est, mouere non potest: at appetitus absque Intellectu mouere potest, idē primum locum obtinet appetituum in motu.

Maiores probationem ponunt Theophilus & Philop. Bipes & quadrupes ambulant non subordinata: ergo quia rationem communem habent, scilicet quia pedes habent. Ex hoc vterius sequitur, quod vnumquodq; per se ambulare possit. Concludit ergo appetitum magis esse principium, & Intellectus per appetitum mouetur.

Intellectus igitur motus rectus est.

Text. LI.

2. Ratio. Quod magis moueat appetituum, probat aliō argumento: quod tale est Intellectu recto existēte: imaginatione autem recta, & nō recta existente, semper ad omnem motum concurrat appetibile: ergo videtur, quod maiorē rationem mouendi habeat appetitus.

Nota, quod ratio, seu Intellectus dicitur semper rectus, quantum ad principia prima practica: non enim est deceptio in his: quod malum est fugiendum: bonum est prosequendum, & in alijs: deceptio est in particularibus, subsumptis: quod hoc, vel illud sit bonum, aut malum, conueniens, vel disconueniens: & ob id imaginatio, quę circa particularia est: sæpē est non recta, iudicans bonum, quod non est, & econtrā: ob id appetitus non semper à bono verò mouetur, sed aliquando de apparente.

Cum igitur Intellectus rectus sit:

non tamen motus semper rectus sit: si scilicet maliter cum imaginatione varietur: tamen hoc semper inuariatum sit, quod debet esse aliquid bonum, & appetibile, signum ergo est, appetitum esse causam motus principiam. Notat tamen, non quodcunq; bonum mouere appetitum, sed agibile, id est, quod sub actionem cadit, vt possit obtineri, & non obtineri.

Quod igitur huiusmodi potentia.

Text. LII.

Verba priora textus, conclusio sunt precedentium, scilicet, quod appetitus sit primum ac principium mouens animal. In sequentibus verbis potentiarum numerum colligit contra prædictas sententias: dicens, quod si partes animę sumantur, non pro speciebus, & partibus inferioribus: (sic enim tria sunt genera animarum, vt dictū est:) sed si partes potentij sumantur, tunc istę debent esse nutritiuum, sensitiuum, intellectiuum, & deliberatiuum, ac appetitiuum, dicitq; has partes magis differre, quā concupiscitiuum, & irascitiuum. Hęc namque idē pertinent genus, scilicet appetitiuum, at illę genere differunt.

Hic notat Platonem, quod animę potentias secerit animas, & adhuc, quod non sufficienter diuiserit. De hoc numero potentiarum in quęst. aliquid dicemus.

Quoniam autem appetitus finit contrarij. Text. LIII.

Explicat, quale appetituum moueat hominem: dicens, non esse vnum appetitum numero, qui ipsum mouet, sed specie, id est, genere vnum. Hoc autem probat: quia homo appetitibus contrarijs mouetur, modò vno, modò altero: non ergo vno numero semper mouetur.

Ostendit autem, quando id fiat, & quare id fiat. Tunc fit, cum ratio est contraria appetitui sensitiuo: quia vnum ipsa percipit, & aliud appetitus appetit:

Concluditur secundum datam rationem. Nota.

Concluditur appetitum esse primum & principium mouens animal. Colligitur potentiarum numerus contra duas Antiquorum opiniones.

Nota Platonis reprehensionem.

Quales appetituum numero hominem moueat, vnum numero, sed diuersum numero.

tit: tunc necessarium est, hunc appetitum esse contrarium appetitui, qui sequitur rationem.

NOTA

Causa autem est: quia homo habet cognitionem diuersorum temporum, praesentis & futuri. Vnde, quia aliquod bonum videtur de praesenti, appetitus qui sequitur sensum de praesenti, appetit: at quia ratio futurum esse malum praesens, renuit. V.g. appetitus febricitantis aquam bonum iudicat, quia per sensum delectationem praesentem iudicat: at intellectus damnum futurum praedict, ob id disconueniens iudicat, sicutque inde contrarij appetitus.

Contra etiam, circa delectabile futurum, quod secundum praesens nocet: quale ieiunium, vel porio amara: appetitus renuit, voluntas amplectitur.

Hac est igitur causa, quare non vnum tantum numero sit appetituum, mouens hominem, sed numero plura, vnum genere. Nam appetituum, vt tale est, siue sit hoc, siue illud, mouetur.

De appetibili, quod sit etiam vnum gñe. Similiter est etiam vnum appetibile, primum obiectum commune: quod etiam mouet immotum: vt dicemus. Hoc autem appetibile mouet, prout apprehenditur intellectu, vel imaginatione: ob id non est vnius rationis semper quod mouet, sicut nec appetitus, sed vnum genere.

Nota. Nota hanc literam (propter paratheatron) longam legendam esse suspensiuo sensu, vsque ad initium tex. sequentis, in quo continetur conclusio illa: scilicet, vnum genere esse appetitum & appetibile, quod mouet, non vnum numero. Vnde male diuisit Auerr. hos duos tex. sicut semper ferè solet.

Nota. 2. Contra Auerro. Quod in motu inueniant, quod mouet, quod mouetur, & quomodo

Quod in motu inueniant, quod mouet, quod mouetur, & quomodo

Nunc autem tria sunt, vnum quidem. Vnc distincte, quae in motu animalium conueniant, describit, enarratis, quae in motu vniuersali accidunt. Hae. a. in motu solent intercedere: quod mouet, quod mouetur, & quo mouetur, scilicet instrumentum motus.

Præterea, quod mouet duplex est. Vnum, quod mouet, & non mouetur: vt Intelligentia: & quod mouet, & mouetur, vt Orbis, vel mouentia particularia.

Quod mouet duplex.

Hæc omnia cōgregata sunt in motu animalium: est mouens immobile, scilicet appetibile. Hoc enim mouet appetitum in genere causæ finalis, atque ideò mouedo non mouetur. Est etiam mouens motum, scilicet ipsemet appetitus: mouetur enim ab appetibili, nõ, inquit, motu vero, sed motu, qui actus quidam est sicut sensatio, vel intellectio: ita appetitio mouet etiam corpus. Est etiam quod tantum mouetur, scilicet corpus ipsum: & quo mouetur, & hoc est pars corporis, quæ instrumentum est motus: de qua nõ est modò tractandum, quia in præsentia agit de anima secundum se, & talis pars est composita substantia, debetque tractari in ijs libris, in quibus de roto animali ipseusque partibus integratibus agit. Hæc igitur sunt principia motus animalium in communi.

Quo hæc inueniuntur motu animalium

Nota de instrumeto animalium

Nunc autem, vt in summa dicam. Text. LV.

NE videretur in totum se excusare ab isto instrumento declarando, conditiones saltem illius describit, quæ sunt tres: Prima, quod sit principium motus: secunda, quod sit finis: tertia, quod sit immobilis: debet esse principium, vt ab eo motus incipiat: & finis tanquam extremum, vt in eo terminetur, à quo incipitur, & immobile, vt possit esse principium, & finis.

Describitur conditiones instrumentum motus animalium.

Ponit similitudinem de cardine. In cardine portæ est quedam cōcauitas, in qua pars portæ extrema innititur: & ibi duæ superficies simul sunt, quæ vni ratione, distinctæ. Vna, est ipsius extremitatis portæ, quæ dicitur concava, & finis motus, incipiendo motus diuisionem à tota portæ versus cardinē. Altera, est ipsius cardinis, quæ conuexa dicitur, respectu portæ, & hæc est,

Exemplo declaratur.

est, velut principium motus, & hæc est immobilis.

Ita in instrumento motus animalis, quod pulsu & tractu, extensione. l. & cōstrictione membrorum mouetur, erit pars, quæ sit principium extensionis & finis contractionis vna & eadem, licet ratione diuersa: respectu enim vnius motus, est principium: respectu alterius, est finis: erit etiam immobilis, vt centrum, quod quiesceas est principium motus omnium partiū circuli.

Nota.

Quomodo ista sint intelligenda, declaratur in quæstio. seq. Interim nota, Boetium non vertisse cardinem, sed ossum commissuram, quam uis verbū Græcum, scilicet *Giglysmos*, significet cardinem. Nec est multum diuinitudinis: nam sicut se habet cardo ad portam, ita os ad os: habet enim exactitatem quandam, cui dorsum alterius aptatur: & forsitan Boetius ita traxit, quia Arist. id significabat metaphorico vocabulo: & tunc non erit similitudo, sed vera res: vt dicam in quæstione latius.

Quod sit instrumentum motus animalium? Vbi etiam tria alia dubia, de potentijs motus, tractantur. Quæst. XXV.

IN hac re non solum, quod propositum est (de quibus explicare intendimus) sed alia etiam tria dubia, quæ in isto capite occurrunt, vt tota quæstio sit ex resolutione quatuor dubiorum.

1. dubium, An deliberatiuum & intellectiuum sint potentia distinctæ. Responso quodammodo.

Primum est circa text. 52. vbi enumerans potentias, ponit deliberatiuum, & intellectiuum: dicitque ista differre magis inter se, quam concupiscitiuum, & irascitiuum: quod videtur falsum: quia eadem est potentia, quæ deliberat & intelligit, scilicet intellectus: at illæ sunt potentia realiter distinctæ?

Ad hoc aliqui facile se expediunt, dicentes, quod non propter illas duas id dictum est, sed propter alias enumeratas, scilicet nutritiuum, sensitiuum, appetitiuum, & intellectiuum, ac deliberatiuum.

Sed hæc responsio non videtur valere: quia illic intendit ex æquo distinguere numerum potentialium. Accedat etiam notandum tex. 1. lib. magnorum moralium. cap. 35. vbi id probat Arist. dicens, quod sicut sensus & intellectus differunt inter se, quia vnum est circa sensibile, alterum circa intelligibile: ita hæc duæ partes, quibus scimus, & deliberamus: quia vna est circa necessarium, altera circa contingens.

Reijcit responsio hæc.

Accedat etiam Philo. qui intellectum non vnam potentiam facit, sed multas. In hoc dubio videtur mihi cum communi sententia dicendum, vnam, & eandem esse potentiam, quæ intelligimus & quæ deliberamus.

1.

2.

Vt autem, quid deliberare sit, intelligas, multos actus ipsum præcedere scito. Primum enim omnium, intellectus finem apprehendit, sub ratione conuenientis. Secundum, voluntas appetit, & inclinatur in ipsum. Tertium, voluntas delectatur in ipso, qui actus dicitur fructio. Quartum, intendit ipsam, id est, inclinatur ordinando ad opus, & executionem. Quintum, applicat intellectum ad media querenda. Sextum; intellectus varia sibi media proponit, & reiecit alijs, vnum, vel quæ conuenientiora sunt, sumit, & hoc est deliberare.

3. responsio communis & vera. Nota.

Vnde potest eiusdem potentia esse de liberare, cuius fuit, cognoscere finem, circa quæ media proponit, & querit. Ad text. igitur Aristoc. ita est respondendum, quod Arist. non sumat ipsum solum principium operationis, id est, potentiam nudam, sed perfectam iam habitum, vt possit operari: & sic intellectiuum, id est, principium sciendi, & deliberatiuum, id est, principium deliberandi, differunt: quia illud ponit habitum speculatiuum, & hoc practicum: quæ genere & re differunt: reliquæ potentia non habent habitum, sed per se sunt principia operandi perfecta: ob id non eodem modo distinctio earum sumitur. Et nota hoc: quia est

3.

Quod actus antecedat deliberationem.

Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus.

Concluditur, eiusdem potentia esse ad liberare & cognoscere finem. Ad text. Arist. solutio.

opti-

optima declaratio Aristotelis: & sic resolutum est dubium primum.

2. dubiū, cur in el lectus & imaginatio, non numeretur inter mouentia? Respon. sio.

Alterum dubium est circa text. 54. quare inter mouentia non numeratur intellectus, vel imaginatio, sed appetitus, cum sine cognitione non mouetur appetitus?

Respon. deo, quod intellectus, vel imaginatio non mouent per se, sed sunt conditiones mouentium. Sicut approximatō ignis, non est, quæ comburit sed conditio ignis comburentis: ob id inter mouentia non computatur. Ita appetibile, est, quod mouet appetitum, intellectus, vel imaginatio, est applicans, & proponens hoc appetibile: habet ergo se, vt conditio, & applicans ipsum mouens, sed nō est, quod mouet.

Vnde Arist. in eodem text. dicit eleganter, appetibile, vt intellectum vel imaginatum mouet: vbi illa dicitio. Vt, non causam mouentem, sed conditionem, notat: sicut dicimus: Ignis, vt approximatatus est, comburit.

Differenter ergo se habet intellectus, & appetitus: appetitus enim est mouens corpus, at intellectus, vel imaginatio, conditio obiecti mouentis appetitum. Quæuis autem necessaria sint imaginatio & intellectus, non ob id sequitur, esse principium: nam etiā approximatō ignis est necessaria ad comburendum, non tamen ob id est principium: & sic patet resolutio huius dubij.

3. dubiū, an potentia motiua & appetitiua distincta? Respon. sio prima.

Tertium dubium est: quia videtur Arist. non distinguere potentiam motiuam ab appetitiua: non enim inter mouentia computat, nisi obiectum, & appetitum: & superius, text. 51. inter quinque potentias non numerat motiuam?

Forisā dici posset, esse eandem potentiam motiuā, & appetitiuam, quæ, vt mouetur ab appetibili, dicitur appetitiua, vt mouet dicitur motiua: & hoc magis forisā alicui videtur conforme Aristoteli.

At, ne discedamus à comuni sententia, dicimus, res esse potestas motiuas, Vna est, quæ mouet dirigendo, & ostendendo finem & viam motus: & hæc est intellectus & imaginatio: quæuis non sit hæc propriè potentia motiua. A tera est quæ mouet corpus imperando, & applicando ad motum partes: & hæc est appetitiua. Tertia est, quæ mouet exequendo motum ipsum partium: & hæc est propriè, quam motiuam dicimus.

Aristot. ergo meminit appetitiuæ: quia ipsa est principalis, & propria, intellectus verò non propriè mouet. Executiua autem non est principalis, sed ministra, & cum instrumentum ipso cōputatur. Et hæc est dubij resolutio.

Vltimū dubium est principale propositum in quæst. circa text. 55. quale sit illud instrumentum quo motus animalis fit? Circa quod varix sunt sententix philosophorum in illo textu.

S. Thom. & Aegid. & Auerro. dicunt esse cor, quod est principiu, & finis motus, & immobile: est quidē principiu motus extensionis, & dilatationis, & finis motus cōtractionis: vtroque enim motu mouetur cor: vt apparet in pulsu. Est etiam immobile: quia in vno loco manens secundum totum dilatatur, & cōstringitur secundum partes.

Hæc sententia veram doctrinam continet, sed non consonat Aristotelis intentioni. Non enim de motu naturalis, qualis est ille cordis, & pulsuum, sermo hic est, sed de motu voluntario & progressiuo. Huic autem non consonant illa tria in corde, id est principiu, finis, & immobile, vt notum est.

Alia est expositio Philop. qui putat hoc instrumentum esse spiritus ipsos motiuos, qui per totum corpus sparsi mouentur partes dilatando, & cōtra hendo eas. & his ipse applicat illa tria.

Sed mihi expositio nō placet: quia putat Philo. spiritus esse animatos, & ita mouere animali motu, quod nō videtur.

Respon. sio. 2. v. rior.

4. dubiū primū & præcipuum in q. propositum, de instrumento motu animalium quod sit. 1. Opin. S. Tho. & Auer.

Veram hanc esse sententiam sed non eua cuare difficultatē in Arist.

2. Opin. Philop.

Reijcit secundam opinio.

- 1. Et præterea, quia non continentur cum reliquis partibus corporis, sed sunt in corpore, sicut in vase: non ergo possunt sic mouere: & quia sunt tenuissima substantia, quæ non possunt solidiores, & grauiore trahere, aut pellere.

3. Opin. Tertia sententia est aliorum, qui dicunt, hoc instrumentum esse chordam coniunctam nervo: vtrunq; enim mouet. Est enim chorda sub neruo, & neruus sui extensione causat motum dilatationis partium: chorda verò contractionem facit.

Hæc sententia mihi nō placet. Primum, quia chorda, quæ ligamentum dicitur, est substantia ossea, & expers sensus, sicut os: aon ergo habebit motum? Hoc etiam docet Galea. lib. 12. de vsu part. ca. 3. qui dicit, nō mouere, quia caret sensu. Secundò, quia nō est talis dispositio partis: vt ista sententia fingit.

4. Opin. Quarta sententia est aliorū, qui nō hoc tribuant. Sed mihi hoc nō placet, quia sicut pupilla non sola dicitur organum visus, sed oculus: ita non est neruus organū motus, sed aliqua pars dissimularis: vt docet Arist. 2. de partibus, cap. 1. Quæ mihi videtur dicendum cum Alber. tract. 4. cap. 8.

5. Opin. Alberti. In cuius declaratione nota ex Galea. 12. de vsu partium, cap. 3. & Vesalio, lib. 2. cap. 2. Instrumentum motus debuit habere duas conditiones. Altera est, vt sentiat: altera, vt moueat: neutra sine altera perfici potest. Hæc tamen non potuerunt comodè coniungi in vna substantia. Nam ad sensum necessaria est humiditas partis, quæ ipsam teneram facit: ad motum necessaria est durities, vt sit fortis, partesque graues possit sustinere. Si ergo dura est, sicca est, & motus ac sensus erit expers. Vnde neruo quidem inerat sensus, propter humiditatem, sed non durities: ligamentum inerat durities ob firmitatem, sed non sensus.

1. Fund. ex Gale. & Vesalio, quæ sint necessaria, iam teneram facit: ad motum necessaria est durities, vt sit fortis, partesque graues possit sustinere. Si ergo dura est, sicca est, & motus ac sensus erit expers. Vnde neruo quidem inerat sensus, propter humiditatem, sed non durities: ligamentum inerat durities ob firmitatem, sed non sensus.

Natura ergo sapiens inuenit viam

hanc, quod ligamentum in minutas fibras diuisit: similiter & neruum, ipsasque inter se miscuit, carne, venis, & arterijs inserta inter ipsas posita, ne ligamenta sua duritie neruum læderent: atque hoc totum dicitur musculus, instrumentūque est motus. Nam partes neruorum motum dant, ligamenta verò fortitudinem, & cōsistentiam: & vtrunque concurrat in vno instrumento: sicut filium debile coniunctum forti non facile rumpitur. Hæc est doctrina Galea, & notanda.

Aduerte vlteriùs ex Albert. loco allegato, quod Arist. nō loquitur de vno instrumento tantum totius motus animalis, sed de multis. Scito enim, non fieri motum voluntarium in animali, nisi aliquo quiescente: & illud dicitur esse instrumentū motus, quod mouet aliud per musculus ipsum. Verbi gratia, digitus non mouetur, nisi manu quiescente: & si manus mouetur, quiescit brachium: si brachium, humerus: si autem totum animal mouetur, non fit motus, nisi quiescente aliqua parte. Vno enim pede quiescente, mouetur secundum alterū: vermes autem quiescunt secundum vnam partem, dum alteram contrahunt.

Tales ergo partes quiescentes, super quas reliquæ mouentur, optimè assimilantur cardini, & propriae sunt commissuræ ossium, quas natura ad motum fecit: istæ partes quiescentes per musculus mouent alias, & de his est sermo Aristotelis.

Non tamen negamus, cor esse præcipuum instrumentū secundum Arist. quia nerui ab ipso fluunt, & spiritus: secundum Galenum cerebrum est potius: sed de his nihil tractamus in præfati. Ex his dubio proposito est abundè satisfactum.

Instrumen. vna motus esse musculum ex multis cōpositū

2. Fund. ex Alb. quæ sit pars qui cōscens in motu animalis. s. mouens immota.

Nota, principiu motus instrumentum esse cor, vel cerebrū.

CAPVT VNDECIMVM.

Omnino igitur, sicut dictum est

Tex. LV I.

Cc

Post.

IN LIB. III. DE ANIMA

De principio motus animalium imperfectorum.



ostquam in vniuersali de principio motus animalium disserat, nunc in particulari disserit de quibusdam, quae difficultatem habent: scilicet de animalium imperfectorum motus principio, atque de hominis etiam motu.

Appetituum in quantum tale, est principium motus.

Primo autem insert ex his, quae prius dicta sunt, appetituum, ut appetituum, esse principium motus animalium: at ne de quocumque appetitu videatur loqui, limitat, de illo loqui, qui cum imaginatione est, siue ista imaginatio sit rationalis, id est intellectio, siue sit sensitua, qualis inest brutis.

Nota.

Et nota hoc loco, nomen imaginationis communiter sumi pro cognitione, ut cognitionem sensus, & intellectus complectitur, sicut superius sumebatur intellectio.

r. dubium, an animalia imperfecta habeant imaginationem & appetitum.

Propositum dubium de istis animalibus imperfectis, quibus non inest, nisi tactus, ut vermes: & animalia ista immota sunt, an habeant imaginationem & appetitum?

Responso Arist.

Respondet, appetitum habere: quia inest eis dolor, & voluptas: ut manifestum est: quia si pungantur, se contrahunt: at ista, non sunt sine appetitu. Respondet etiam habere imaginationem, sed imperfectam, & indeterminatam, qualis est ipsorum motus.

Nota, cur dicatur imaginatio illorum animalium indeterminata & imperfecta.

Nota, quod imaginatio horum dicatur indeterminata, & ratione subiecti, quia non habet certum organum, sed per totum corpus est, sicut tactus: ratione obiecti, quia quicquid percipiunt, vel sub ratione convenientis, vel disconuenientis percipiunt, non distinguunt, an sit hoc, vel illud conueniens, vel disconueniens. Est etiam imperfecta: quia tantum a praesentibus mouetur, & non ad vllum locum certum distantem, sed secundum praesentia iudicant, ac mouentia se creant.

- 1.
2.
3.

Sensitivus imaginatio, sicut dictum est, Text. LVII.

Concludit animalibus omnibus ab homine inesse imaginationem sensitivam: si enim inest imperfectis, inest etiam perfectis. Homini tamen inesse docet deliberatiua imaginatio nem. Et probat: quia deliberare, est conferre multa subvna communi mensura, & quod conuenientius est, ac melius ad finem eligere: sed hoc facere, rationis est: unde reliqua animalia non habent talem opinionem, id est, iudicium, quia non syllogizant, sicut homo. Solus enim homo ex multis phantasmatis facit vnum: id est, ex multis medijs ad finem propositis, eligit vnum, reijcit alia, quae non sunt apta.

Notandum, quod homo, dum deliberat, vnam mensuram sibi praefigit, scilicet id, quod magis ad finem consequendum est, & per ipsum media mensurat. Verbi gratia, qui infirmus est, sibi sanitatem acquirendam proponit, ac sumit hoc, ut regulam, quae sanitatem magis faciunt, petenda: & iuxta hoc Medicum vocat, & peritorum, & alia huiusmodi consequentia. Hoc facere, nulli bruto concessum est.

Vincit autem aliquando, et mouet voluntatem.

Ostendit, quod non semper homo secundum appetitum rationis mouetur, sed aliquando sensitivus vincit rationalem: quod fit in incontinentibus: ut dictum est. Aliquando rationalis vincit sensitivum, & secum fert, sicut superior sphaera fert inferiorem: & iste motus est ordinatus, & secundum naturam, cum homoratione mouetur, & vincit appetitum: & tunc fertur tribus rationibus, id est, motibus.

Dices: Quid est, quod fertur tribus motibus? Albert. vno modo exponit: S. Tho. alio: sed mihi inter omnes Theophil. videtur veram attingere expositionem, quae perfectior fiet adiunctis aliquibus ex nostra expositione. Notandum igitur, quod quando homo ratione ducitur contra appetitum, tunc

Omnibus animalibus in esse imaginationem huius, est viliorum animalium differre.

Nota.

Quod aliquando homo ex rationali, & aliquando ab appetitu sensitivo mouet.

Dubium.

Responso.

sunt tres motus. Primus, est rationis & voluntatis, alter, est ipsius appetitus contradicentis. Tertius, est corporis obedientis rationi. At cum appetitus vincit, non sunt, nisi duo: nam voluntas decepta acquiescit appetitui, & pro vno motu reputatur. Ut enim supra diximus, appetitus sensitivus non sufficit ad motum, nisi acquiescente voluntate: voluntas vero sufficit, renuente appetitu: ob id, cum ratio dominatur, tunc tres rationes fieri solent: quae vis non semper: quia aliquando etiam appetitus acquiescit. Et nota expositio nem huius loci.

Scientificum autem non mouet.

Text. LVIII.

Qualis cognitio intellectus hominem moueat.

Qualis cognitio intellectus hominem moueat. Valis cognitio intellectus moueat hominem, docet: dicens, non esse speculatiuum: hic enim in quiete est, nec ad operationem vllam est. Practicus vero duas partes habet: vnam, quae vniuersale cognoscit, scilicet, ipsa maior syllogismi practici, talis operatio dicitur ratio: altera, quae minor, & conclusio, quae singulares sunt, dicitur quae existimatio. Verbi gratia, dicit infirmus: Quod sanitati necessarium est mihi est sciendum: hanc sumere portionem, sanitati est necessarium: sumenda ergo est. Dicit Arist. quod vtraque mouet, sed propinquius, & proximè conclusio, & minor singularis: maior vero non ita propinque: magis enim ad speculationem accedit.

Nota, quod omnis malus dicitur ignorans.

Vnde error in opere procedit ex falsa subsumptione & illatione, propter quod omnis malus dicitur ignorans: quantum in maioribus vniuersalibus non errat, errat in his particularibus, quae facienda sibi proponit. Atque haec sunt, quae Aristor docet de motiva potentia.

An appetitus sit potentia animae? Vbi quid et aut duplex appetitus, ac de eius passionibus.

Quest. XXXVI.

Non est difficile sensum huius questionis percipere: ut enim

Intellectus sensus sunt potentiae, quae non nisi ratione animae insunt, an talis appetitus sit, quaerimus? Videtur autem, quod non sit potentia animae. Quae inest eia anima carentibus, non est anima potentia: sed appetitus omnibus inest: eia enim sua appetit ut perfectio nem: ergo non est potentia animae.

Præterea. Non videtur distingui a cognoscitiua potentia. Nam, quae habet idem obiectum: non distinguuntur: at sensus, seu intellectus, idem obiectum habent cum appetitu: non ergo distinguuntur. Discursus est notus cum maiore. Probatur minor, quia quod intellectus, seu imaginatio percipit, id prorsus appetitus appetit.

Circa resolutionem huius, aliqua aduertenda sunt. Primum est: Appetitus sensitivus est facultas, seu potentia animalis, quae quae sibi conuenientia sensu percipit, prosequitur: & quae inconuenientia, propellit. Quae enim res in sibi conuenientia inclinatur: talisque inclinatio, appetitus est. Non tamen quaeque res, quod sibi conueniens est, percipit. Vnde appetitus non cogniti conuenientis dicitur naturalis: is vero, qui est conuenientis cogniti per imaginationem, appetitus sensitivus dicitur, sicut rationalis est boni per intellectus, iudicati. De hoc igitur appetitu sensitivo, quae sensualitas à Theologo dicitur, sermo est. Sensualitas, dicit appetitum, qui cognitionem, & iudicium sensus sequitur: qui appetitus solet rationi contradicere.

Nota tamen, quod natura sapiens, aut potius naturae Author, non solum dedit rebus appetitum, quo sibi conuenientia prosequerentur, sed etiam quo impedimenta, quae suam consequi perfectionem prohibent, arcerent, ac propellerent. Vnde igitur leuitatem dedit, quae sursum ferret, & calore, quo impedimenta arceret. Hoc autem non negauit animalibus: nam appetitum dedit, quo bona prosequerentur,

1. Ratio ad partem negatiuam.

2. Ratio

1. Funda. de appetitu naturali, & sensitivo atque vtriusque officio.

De appetitu conuenientia, & insensibili, & vtriusque officio ac opere.

fugerentq; mala, & alium, quo obstantia impedimenta, quæ bonū consequi, vel malum fugere prohibent, arcerēt. Prior appetitus concupiscibilis dicitur, posterior irascibilis. Hic enim versatur in remouendis obstaculis concupiscibilis: ob id dicitur habere p̄ obiecto bonū arduum, vel malū arduum: illud ad obtinendum, hoc ad propellendū.

Exemplo declarat

Verbi gratia. Canis videt cibum, percipitque sibi conuenientem: at simul percipit difficultatem, quia est custos prohibens: tunc inclinatur irascibilis in id bonum, non obstantē illa arduitate obtinendi.

2. Fund. de sex passionibus concupiscibilis.

Secundō aduertē, concupiscibilem sex habere passiones: irascibilem verō quinque. Sunt autem sigillatim exponendæ. In primis concupiscibilis versatur circa bonum prosequendum: malum verō fugiendum. Circa bonū sunt tres passiones, amor, desiderium, delectatio, quæ dicitur voluptas, seu gaudium, seu lætitia.

1. Amor

Cum enim imaginatio proponit bonum aliquod, seu conueniens, statim in appetitu fit quædam complacentia in ipso, & quædam inclinatio, quæ amor dicitur.

2. Desiderium.

Quod si proponat tale bonū absens, & futurum, sequitur in appetitu quædam passio, quæ est prosecutio quædam, & velut tendentia in ipsum, & dicitur desiderium.

3. Voluptas seu delectatio.

Quod si, ut iam præsens & obtentū proponatur, sequitur quædam quies appetitus in ipso, quæ dicitur voluptas, vel delectatio, quæ finis est amoris. Amor assimilat̄ur connaturalitati & aptitudini, quam res inanimatæ habent ad suum finem: quæ metaphorice dicitur amor in ipsis. Desiderium assimilat̄ur motui, quo in finem, vel in locū mouentur. Voluptas assimilat̄ur quieti ipsarū in fine & loco proprio.

Nota p̄ portio - nē totidem quod dammodo reperitur in appetitu naturali
Tres alie cōtra

Alie sunt tres passiones oppositæ, & contrariæ circa malum. Prima est odium: cum enim imaginatio aliquod

sub ratione mali, vel disconuenientis proponit, fit quædam displicentia in appetitu, quæ odium dicitur.

Cum autem proponitur, ut malum aduertans, est alia passio, quæ dicitur Fuga, & auersio quædam appetitus contraria desiderio.

Cum verō malum, ut præsens iam, & in actū proponitur, fit passio, dicta Tristitia, vel mœstitia contrariæ voluptati. Atque hæc passiones in concupiscibili sunt.

In irascibili verō, qui circa arduum versatur tam bona, quam mala, hæc passiones insunt. Prima est spes, circa bonū arduum obinendū. Spes enim est inclinatio in bonum propositum arduū absens, possibile tamē obtineri.

Audacia circa malum arduum agrediendum, dicitur enim quædam appetitus eleuationem & motum ad malum superandum arduum.

Non est tertia passio, quæ dicat quietem, quia cum bonū possidetur, nō est arduum iam, nec irascibili indiget.

Circa idem arduum ad fugam sunt tres passiones. Prima est desperatio contrariæ spei: cum enim bonum impossibile, aut multum difficile proponitur, est displicentia appetitus & obiectio, quæ dicitur, Desperatio.

Cum verō proponitur malū arduū, scilicet cum difficultate aliqua cauendi, fit quædam depressio & turbatio appetitus, quæ dicitur, Timor.

Cum verō malum est præsens, difficileque se animal ab eo liberari posse percipit, fit ira, quæ non habet contrarium, ut diximus: quia debeat esse bonum præsens: sed iam tunc non est arduum. Vnde ira sequitur ex tristitia præcedenti, quæ circa malum est præsens, & in ipsam etiam terminat. Hæc sunt passiones irascibiles.

Aduerte tertio, ut ordinem intelligas inter has, quæ in concupiscibili sunt passiones, quæ dicunt quietem, & finē, ut delectatio, & tristitia: sunt alie, quæ dicunt

riæ passiones.

1. Odium.

2. Fuga seu auersio contrariæ desiderio.

1. Tristitia.

Irascibilis passiones.

1. Spes.

Secunda audacia.

Nota.

Tres alie passiones dicitur contrariæ.

1. Desperatio.

2. Timor.

3. Ira.

3. Fund. de passionū ordine ac concupiscibilis ac irascibilis.

dicunt motum in terminum: ut amor, desiderium, odium, fuga.

Perpendendum est igitur, quod passiones concupiscibiles, quæ sunt in motu, obtinent primum locum in executione, secundum locum obtinent passiones irascibiles, si bonum vel malum sit arduum: tertium concupiscibiles, quæ dicunt quietē. Vnde passio incipit à concupiscibili, & terminat in ipsam.

Verbi gratia: circa bonum prima passio est, amor, statim desiderium, post, si sit arduum, spes, vel desperatio: quæ consequitur bonum, fit delectatio. Circa malum, prima est, odium, post illam, fuga auersionis: deinde, si sit arduū, audacia, vel timor: & tandem ira, cū sit præsens: quæ si non vincit malum, fit consumata tristitia, quæ incipit aliquādo ante irā. Hic est ordo executionis.

Ordo passionū concupiscibilis erga bonum, & malum.

Nota tamen, quæ sunt in concupiscibili circa malum, id est, odium, fuga, tristitia, sunt posteriores ijs, quæ sunt circa bonum: quia enim bonum amamus, inde oppositum odio habemus, & sequuntur omnia alia.

Amor omnium passionū primus est cū.

Amor igitur est omnium prima, & ipsa rumpens: ob id aliquādo ipsi tribuitur. Dicimus enim: amor irascitur, sperat, desperat, gaudet, tristatur.

Zelus effectus amoris.

Amor hic habet vnum effectum, qui dicitur zelus, quo auersamur omnia, quæ bonum amatum impediunt, vel contra ipsum sunt.

4. Fund. de cunctis passionibus ac decoro passionē simul cū eis accidit.

Aduerte quartō. Omnes passiones prædictas ea de causa passiones dici, non quod non sint potentia actus: sed cum alteratione quadā sensibili sunt, & cordis motu. Ira enim choleram diffundit, timor sanguinem ad cor trahit, patresque corporis frigidat, pallentes, ac tremantes relinquit, amor spiritus accendit, delectatio sanguinem, & spiritus per corpus spargit, membraque salutariter facit: tristitia spiritus obnubilat, incrassatque sanguinem: & sic etiā in alijs passionibus.

Nota,

Est autem notandum, quod commu-

niter quatuor animæ passiones ponuntur, scilicet gaudium, tristitia, spes, & timor. Duæ primæ ponuntur, quia sunt fines omnium passionum prædictarū: duæ verō ultimæ, quia à concupiscibili statim oriuntur, à desiderio spes, ab odio timor. Hæc igitur ea de causa tanquam principales, sumuntur.

His igitur suppositis fit prima Conclusio. Appetitus sensitivus est potentia animæ solum animalibus propria. Hæc facile probatur: quia non inest, nisi habentibus sensum: hæc autem tantum sunt animalia: horum igitur est propria.

Secunda conclusio. Appetitus sensitivus in corde præcipue subiectatur.

Probatur. Quia ubi alterationes, quæ sunt velut materia passionū sunt, ibi & passiones, & potentia sunt: sed tales motus & alterationes sunt in corde, & à corde, ut notum est: ergo & potentia talis, scilicet appetitus, ibi est.

Tertia Conclusio. Irascibilis, & concupiscibilis sunt duæ potentia realiter distinctæ. Hæc est S. Thomæ, 1. 2. quæst. 81. ar. 2.

Et probatur primō. Quia irascibilis sæpè fertur in obiecta contra concupiscibilem: canis enim fertur percussione per irascibilem, ut recipiat cibum: contra, omittit eis timore quod appetit: & in multis alijs patet: distinguuntur enim inter se.

Probatur 2. Quia passiones vnius impediunt passiones alterius aliquando: iratus enim impeditur ab amore.

Probatur tertio. Quia vna est alterius ministra: differunt ergo inter se.

Ad primum argumentum respondetur, quod non inest omnibus huiusmodi appetitus, nisi animalibus, ut dictū est.

Ad secundū dico, quæ circa idem obiectū materiale fertur appetitus & sensus: sed diuersum est formaliter. Sensus enim percipit, quia sensibile est: appetitus verō, quia conueniens est appetitui.

cur communitur dicantur a passiones quatuor esse

1. conclusio. appetitus sensitivus est potentia animalium propria.

2. Ratio. conclusio. appetitus sensitivus in corde præcipue subiectatur.

3. conclusio. irascibilis & concupiscibilis, sunt duæ potentie realiter distinctæ.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Ad 1.

Ad 2.

tit: sicut Intellectus percipit re, vt ens & verum: voluntas vult: vt bona.

An sit alius appetitus preter naturalem, et sensiuum? Quæst. XXVII.

Occasio questio- nis.

Appetitus naturalem, cum superius diximus esse, quovnum quodque in id, quod sibi conuenit, fertur: & ab eo, quod sibi aduersum est, refugit, nulla in eo talis conuenientis, vel disconuenientis existente cognitione. Cum autem sensu, quod sibi conuenit, aut nocet, iudicat, iam tunc appetitus, sensitiuus dicitur: quod si tale iudicium Intellectu fiat, tum appetitus est rationalis, qui dicitur voluntas: dubium autem est, an is a sensitiuo distinguatur?

1. Argu. Videtur autem, quod non. Primò. Quia circa idem obiectum versantur: quod enim sit Intellectu, vel sensu cognitum, videtur per accidens, cum semper sit appetibile.

2. Argu. Et probatur secundò. Quia vterque versatur circa singularia, & particularia bona: non ergo vlla videtur distinctio.

Nota. Hæc quæstio nõ est inter doctos controuersia: est enim in ea cõmunis consensus: quamobrem statim per cõclusiones est resoluenda: quæ quidẽ sunt valdè notandæ.

1. cõclu. Sit prima Conclusio. Appetitus rationalis est distinctus a sensitiuo.

2. Argu. Hæc probatur primò. Quia isti duo sunt sæpè inuicem contrarij non ergo vna potentia specie esse possunt. Antecedens notũ est, tam in homine in continente, in quo præualet appetitus sensitiuus contra rationalem, quam in continente, vbi contrarium fit.

3. Ratio. Probatur secundò. Quia rationalis appetitus non solum in hoc, vel illud singulare bonum fertur, sed in vniuersale: voluntate enim bonum in cõmuni appetimus, sensitiuo verò non nisi singulare, sunt igitur distincti, sicut sensus, & Intellectus.

4. Ratio. Probatur tertio ex subiecto. Ratio-

nalis enim in sola anima est subiectus, sensitiuus verò in coniuncto.

Probatur quartò, ex multis alijs differentijs, puta, octo notandis, quæ sunt inter vtrunque appetitum.

Prima est. Voluntas est circa bonũ vel malum Intellectu iudicatum: sensitiuus verò circa id quod imaginatio iudicat: & ex hoc fit, quod rationalis sit circa vniuersale, & particulare bonum vel malum: vti diximus: at sensitiuus sit circa singulare.

Secunda est consideranda. Voluntas est libera: id est, cum Intellectus iudicat aliquid bonum & faciendũ, potest voluntas velle, & non velle, id est, actũ suspendere. Et hæc dicitur libertas cõ-

tradictionis: quia potest producere actum, & non producere: & non solum hoc potest facere, sed etiam velle, vel nolle. Nolle enim non dicit actũ priuationem, sed actum contrarium: & hunc potest voluntas facere circa bonum aliquod particulare propositum, quæ dicitur libertas contrarietatis, quamuis, respectu boni, in cõmuni, non possit dicere: Nolo, sed potest manere, absque actu cum libertate contradictionis, quam semper habet respectu cuiusque, dũ est in hoc corpore.

Hoc debes intelligere de actu voluntatis, qui præsupponit vsum rationis, & discursum. Aliquando enim passionibus corporis insurgunt ita vehementes, & celerrimæ, vt antecedant discursum rationis, Intellectumq; turbent: & tunc voluntas, ablato vsum rationis, vel in primo motu operatur necessarium: & naturaliter talem operationem, quæ non ex iudicio & deliberatione rationis procedit in voluntate, vocant Theologi motũ primũ, in quo nõ est peccatum, cum libertate careat: vocant etiam motum subreptitium.

Voluntas igitur circa ea, quæ ratio proponit, libera est libertate contrarietatis & contradictionis. Hæc eadem alijs vocabulis offerunt Theologi.

Nam

4. Ratio. Ex octo differentijs vultatis ab appetitu sensitiuo. 1. Different. in obiecto. 2. Different. In libertate.

Nota qd nã libertas sit cõtrarietatis & cõtradictionis.

Restringitur differentia.

NOTA

Nota qd libertas quoad exercitiũ actus & quoad specificacionem.

Nam voluntatem esse liberam, libertate contradictionis dicunt esse liberam, quantum ad exercitium actus, vt possit operari, & non operari, quod vero sit libera in cõtrarietate, vocat esse liberam, quantum ad specificacionem actus, id est, quantum ad actus, speciem, vt possit hunc, scilicet, volo, vel illum, scilicet: nolo, producere.

At appetitus sensitiuus est necessarius vtraque necessitate apposta. Circa enim conuenientias sibi propositum non potest appetitus bruti non appetere, nec potest repellere & nolle: sed ad vtraque alstringi ur, stante boni & conuenientis imaginatione.

3. Different. In actu multitudine ac diuersitate. Actus. Tertia differentia est in actu multitudine. Plures enim actus habet atque diuersos voluntas, quam appetitus. In primis habet amorem benevolentie. Est enim duplex amor, alter concupiscentie, alter benevolentie, seu amicitie. Ille, est velle bonum ad se ordinando, quo amore vtilia, & delectabilia amamus. Alter est velle bonum propter seipsum: quo amore honesta tantum amamus, & in hoc amore fundatur vera amicitia, qua alicui bonum propter se volumus. Talis amor nõ est in appetitu sensitiuo: ideo bruta non sunt circa honesta, sed tantum circa delectabilia, & vtilia: nec amicitiam vllam habent vram inter se: at talis amor in voluntate est, atque ea ratione homo honestum respicit, & amicitiam colit.

Not. qd nam a amor amicitie, & concupiscentie.

Secundò, voluntatis actus

Præterea, in voluntate est actus, qui dicitur consensus, seu electio. Propositum enim bonum ab Intellectu, vti diximus, potest voluntas velle, & nõ velle: cum autem vult, illa acceptatio dicitur cõsensus, & electio: recipit enim voluntas illud medium ad Intellectus propositum, alijs reiectis: & ideo vultus dicitur liberum arbitrium: quatenus enim libere recipit, quod Intellectus arbitratur, & deliberat esse faciendum, dicitur liberum arbitrium. Multa etiam alia insunt, quæ non

competunt appetitui.

Quarta differentia est, quod voluntas dominatur appetitui per rationem. Primò, quia vt diximus, multos ipsius actus impedit, multos alios ipsum exercere facit.

Secundò, multa alia insunt appetitui a parte rationali, scilicet pudor, qui est dolor dedecoris presentis, vt sequitur affectus erubescencie. Inest etiã cõmiseratio, vnde plactus, inest etiã risus, & alia, qui brutis nõ insunt.

Tertiò, appetitui ob voluntate & rationem insunt virtutes duæ cardinales: in concupiscibili est Temperantia, in irascibili, Fortitudo.

Quinta differentia est: motiua potentia non exercet actum in homine, quãdiu est rationis compos, propter solum appetitum, nisi accedat voluntas: hæc autem sufficit etiã contra appetitum, vt superius declaratum est.

Sexta differentia: Voluntas non subditur influxui cælesti in suis actibus, per se: appetitus verò subditur, quia in corpore est, ac in corporis complexione: vnde voluntas in quacunque complexione libera manet, Deo enim immediatè subijcitur, & ab eo mouetur immediatè, non a causis naturalibus, nisi per appetitum, qui nõ fert necessitatem voluntati vllam.

Septima est: Appetitus solus nihil habet meriti, vel demeriti, nisi accedat voluntas: subiectiuè enim meritum in voluntate est primo, & ab ea talem rationem sumit: deficiente autè ipsius actu, deficiunt & ista.

Octaua est: Voluntas mouet appetitum sæpè, & mouet Intellectum ad operandum, & supra seipsum se multipliciter reflectit: vult enim se velle, & desiderat se velle, & se desiderare: quæ appetitui nõ insunt. Nõ enim appetitus bruti mouet imaginationem ad imaginandum: sed quæ imaginatio ni occurrunt, appetit, vel tenet: nec supra seipsum reflectit. His igitur omnibus, alias.

4. Differentia. Ex domo voluntatis in appetitum sensitiuum & multus alijs. 5. Differentia. Motiua potentia in homine non exercet actum sine consensu voluntatis. 6. Differentia. Voluntas non subditur influxui cælesti, appetitus vero sensitiuus subditur. 7. Differentia. Appetitus solus non habet meritum, vel demeritum, nisi accedat voluntas. 8. Differentia. Ex reflectione supra seipsum &

2. cōclu. Volūtas, & alijs differentijs potest volūtas longe ab appetitu differre.

Secūda Conclūso. Volūtas nō diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem, tanquam in duas potentias reāliter distinctas.

Sensus nūius est, q̄ in voluntate sunt alij actus omnes similes illis, qui erāt in appetitu sensitiuo, scilicet, spes, amor, odiū, &c. tamen in appetitu sensitiuo diximus duas potentias esse reāliter distinctas, vnā ad actus esse bonum, vel malum: alteram ad arduum bonum, vel malum. Modò dicimus, q̄ vnā voluntas sufficit ad omnes actus: nec est op̄ diuidere in duas potētias.

Et ratio est. Quia volūtas est immaterialior appetitu, idcirco vnā existēs potest facere ea, quæ plura materialia faciebāt. Sicut sensus cōmunis, quæ superior est, vnus percipit sensibilia omnia aliorū: & vnus Intellectus percipit, quæ plures sensus percipiebāt, ita vnā volūtas facit omnia, quæ duę potētie sensitiuæ appetitus faciebāt.

Secūda ratio. Quia à posteriori (vt sep̄ diximus) deprehendimus, q̄, qui potest volūtatis, vnā actū exercere, potest etiā alterū, & omnes actus voluntatis, & circa omnia obiecta cognita: & qui vnū non potest, nec alios potest: & ideo vnā potentiam voluntatem esse, merito dicimus, & omnes actus illos ad vnā spectare voluntatem. At in appetitu sensitiuo nō ita est: quod nō solum in animalibus imperfectis videmus, sed etiā in eodē animali, scilicet, & homine ipso, aliquādo: ex morbo, vel alia causā aliquem ad iram esse propensissimū & irasci, vel contrā, irasci omnino non posse, bene tamen appetere, concupiscere & contrā.

Tertia ratio est obiecto. Quia voluntas tendit in bonū vniuersaliter, & in cōmuni, atque ita in omne id, quod habet rationem boni, atque ideo vnā sola est potentia. Hoc etiā tenet S. Thomas. 1. p. q. 28. art. 5.

Ad secundum iam solutio est nota ex di-

Tertia Cōclūso. Volūtas est in sola anima rationali, sicut intellectus; subiectata: nā æqua est vtriusque ratio.

Hinc est, quod anima separata seorsum fert voluntatem cum intellectu & habitu, qui in eis erat, qui non dicebantur imperfectionem. Ibi enim imperfecti non manent in beato, vt nec spes, nec fides, saltē in actu, in purgatorio bene manēt. Irascibilis & concupiscibilis, qui erant in cōiuncto, destruitur, sicut sensus: resurgunt tamē cum corpore: quāuis gloriosum corpus non exercebit actus irascibiles, vt nūc, ex indigētia: quia tunc nullum erit impedimentū auferēs bonum concupiscibili; in qua erit amor cum delectatione.

Quarta cōclūso. Volūtatis actus nō semper præcedit actum intellectus.

Notandū itaq; q̄ voluntas mouet intellectū ad intelligendū, & intellectio sequitur volūtatis imperiū: tā nō in omni actu id sit: quia volūtas nō mouet, nisi præexistēte cognitione intellectus. Scias igitur, intellectus primū actū, esse abq; volūtate: quia ex sensu, vel ab alio externo principio obijciuntur ei aliqua, quæ necessariō apprehēdit: & per talem intellectiōne volūtas potest applicare intellectū ad discurrendū, vel ad alia cognoscendū. Quāuis posset dici, quod voluntas mouetur etiā ab his, quæ sensus sentit: & per hoc applicat intellectum ad intelligendum circa illud, & ita concessit S. Thom. 1. 2. q. 10. art. 3. ad 3.

Solutio argumentorū facilis est. Ad primū dico, quod quāuis voluntas versetur circa appetibile, non tamen eadem ratione id enim est, quod apprehēditur intellectu, ob id differt à sensitiuo, sicut sensitiuus differt à naturalibus: quia naturalis est sine cognitione vlla. Quod autē sit appetibile per sensum, vel per intellectum cognitū, & iudicatum, multiplicē facit differentiā, vt diximus, in prima conclusionē.

Ad secundum iam solutio est nota ex di-

3. cōclu. voluntatis subiectū ipsa anima. Nota de anima separata.

4. cōclu. Volūtatis actus non semper præcedit actū intellectus. Nota.

ex dictis. Fertur enim voluntas non solum in bonum singulare, sed etiā vniuersale: quia bonum etiā communiter volumus, sicut & intelligimus.

CAP. DVODECIMVM.

Nutritiuam igitur animam.

Text. LX.

Confert Arist. nutritiuā, sensitiuā, intellectuā inter se.



Bsolutis animæ partibus quatuor, nunc ipsarū species tres, scilicet, nutritiuam, sensitiuam, ac intellectuā confert. Motina enim non species, sed potētia aīæ est.

Nutritiuam necessaria est in omni viuente generatione, aut augetur, aut minuitur, aut in statu est: sed nihil horū sit absque alimento: ergo omne viuēs animā nutritiuā habet, abq; hac enim nō est alimētū, nec alitio. Notā igitur vegetatiuū omnibus inesse animatis.

Qualiter nutritiuam se habeat, nūc, primò explicat, dicens. In omnibus viuētib; necessē est animā nutritiuā esse à principio generationis vsq; ad mortem. Nunc probat esse. Viuens à generatione, aut augetur, aut minuitur, aut in statu est: sed nihil horū sit absque alimento: ergo omne viuēs animā nutritiuā habet, abq; hac enim nō est alimētū, nec alitio. Notā igitur vegetatiuū omnibus inesse animatis.

Sensum autem non esse necessē.

Text. LXI.

Quod sensus nō inest cūctis viuētib;.

Vnc de sensitiuā tractat, ac duo docet. Primū est. Sensus nō inest cūctis viuētib; quod dupliciter probat. Primò. Quæ corpus simplex habent, non possunt habere tactū: at viuētia aliqua corpus simplex habent: ergo nō possunt habere tactum: ergo nec sensum: nullus enim est sensus sine tactū, vt alibi dictum est.

Nota. Nota, q̄ simplicia vocat, quibus multum dominatur elementum aliquod, quales sunt plantæ, abundat enim in ipsa terra: non tantum secundum substantiam (sic enim in animalibus etiā abundat, quæ plus terræ habent, quā alterius elementis): sed secundū qualitates alteratiuas: hæc enim tactū impediunt, vt inferius dicitur.

2. Ratio. Probatur secundò. Quia non omnia viuētia susceptiua sunt formarū sine materia, id est, specierū sensibilū, vt,

species sunt: ob id non sentiunt.

Alterum, quod docet, est. Omnia animalia sensum habent. Circa huius probationem supponit duò. Alterum est, naturam nihil frustra facere. Alterum, quod omnia quæ natura sūt, propter finem fiunt. Vnde casus & fortuna, in his, quæ propter finem sunt, eueniunt: casus autem circa naturalia cōtingit.

Ex his duobus sequitur vnum, quod naturalia habent sufficientia media à natura, quibus consequatur finem: aliter enim frustra essent ordinata in finem.

Ex hoc supposito est ratio. Animalia absque alimento finem suum consequi non possunt: sed absque sensuali non possunt: ergo necessariō habent sensum. Discursus est notus cum maiori. Probatur minor: quia nō sunt sicut planta, quæ, vnde nata sunt, & ibi habent etiam suum alimentum scilicet ex terrā: at animalia non sic, sed motu indigent, vt quærant: opus est ergo discernente.

Hæc ratio adducitur ab Aristotele pro adimalibus progressiuis, à quibus alimentum distat, ob id sensu indigent, quo simul cum motu quærant sibi cibum. Inferius autem ratio cōmunis ponitur, etiam pro animalibus affixis: quæ locum nō mutant: hæc enim etiā indigent sensu, sed alia de causa.

Non est autē possibile, vt corpus.

Text. LXI. LXII.

Excludit quædam obiectionem, in qua explicat, quomodo se habeat intellectuam ad nutritiuam. Posset dici quod non est necessarius sensus cum nutritiuo ad discernendum alimentum, sed fat est intellectus: vnde erit animal cum nutritiuo, & intellectu? Cōtrā hoc dicit, fieri non posse, quod animal progressiuum habeat intellectum sine sensu, nō solum si sit generabile, sed etiam quauis ingenerabile sit.

Quod oia animalia sensum habent. duæ suppones Aristot.

1. Ratio necitur

Nota.

Reijcit obiectionē

Si cuius

Quod animal habere intellectu. Si enim Intellectus est sine sensu, que causa huius esse potest? Nam vel est propter bonum ipsius intellectus, vel propter bonum corporis. Non primū: quia intellectus nō melius habet, imō peius, quia intellectus in corpore non intelligitur sine phantasia, quod est sensus ipsius. Nec secundum: quia corpus nō conseruabitur melius sine sensu, quā cum sensu, imō peius: nullum ergo est corpus, quod habeat intellectum sine sensu, & sic omne mobile animatum sensum habet. Hęc est expositio huius loci certissima, vt ex cōclusionē illara patet: est enim vniuersalis cōplectens animatum corruptibile: & incorruptibile mobile: omne enim sensum habet.

Not. cir ca expo sitio.

2. Expō. Alexā-

Reijcīt hęc scēdā expo sitio.

Tertia etiā Plutar expo sitio reij citur.

Quarta expō ve ra.

Quod oia anima de-

rationem. Si animal sensum habet, debet esse corpus mixtum, non autē simplex: si enim simplex esset, non haberet tactum, vt inferius probat: ergo cū necessariō habeat tactum, erit necessariō mixtum.

Dices probandū esse, quōd necessariō tactū habeat, hoc enim intēditur? Respondeo id statim probari à sine.

Supponit nunc aliqua. Primū est, animal omne est corpus. Alterum est, corpus esse tale tangibile est. Tertium est, tangibile est tactū perceptibile.

Ex his fit argumentum. Corpus animalis est tangibile: ergo, est alterabile à tangibilibus: ergo sit aliquem sensum debet habere ad sui conseruationem, is erit tactus, vt sit simul factiuū.

Probat consequentia: quia omnia alia obiecta per mediū externū alterant animal, nec sunt destructiua, per se substantia, nisi per accidens, prout aliquid destructiuum ipsis coniungitur: at tangibilia per se, & realiter immutāt animal, & sunt destructiua substantia, vt notum est: indiget ergo animal, cū tangibile sit, & alterabile, tactu ad sui conseruationem plus, quā alio quouis sensu, quo discernat tangibilia nocua, & conuenientia.

Vnde gustus necessarius est hac ex parte, qua tangendo sentit: non vt gustus est saporum, necessarius est, sed vt tactum quendam coniunctum habet: si enim non esset cum eo, destrueretur à gustabili, quod simul est tangibile: ob id natura cum gustu tactū coniunxit in lingua, est enim omni ex parte necessarius.

Sonus autem, et color, et odor.

Text. LXIII. Sensus alios non esse simpliciter necessarios animali, docet, nisi quibusdam, scilicet motiuis: debent enim cognoscere eminus. Absolutē tamen, & generaliter omni animali solus tactus est necessarius & immobilibus: quia solus tactus est alimenti sensus, non au-

beat l. bere (ser sum ta - ctu, arg, secundo mixtum corpus.

Suppo - auntur que dā.

r. Ratio nec titur

Confir - tur ex gustu ne cessitate

Quod alij sensus non sint simpliciter necessarios: alij omni bus ani - non au -

malibus non autem alij. Vnde quia gustus est circa alimentum, coniunctus est, vt diximus, tactui: debuit enim gustu immediate alimentum percipere, quod alteratiuum est.

Progreditor in eodem.

Nota.

Appliat simili ad insitum.

Repre - hense

visum mittere radiū in obiectū, & hęc iterū refrāgi in visum ad videndū. Melius, inquit, est obiectū ponere, vt mouens, sensum, vt motū, vt dictum est.

Nota circa illi etiam, quōd illa cōparatio de sigillo, est ad explicandū, obiectum imprimere sui similitudinē per totum mediū continuū, & organum: non tamen comparatio est in eo, quōd sigillum mouetur localiter: non enim alteratio in sensibus similitur in hoc motu locali, sed alteratio nisi sensibili.

CAP. DECIMVM TERTIVM.

Quod aut in impossibile sit simplex.

Text. LXVII.



QVIA corpus animalis simplex esse non posse dixerat, scilicet ex vno elemento, id nunc ostendit. Supponit primō, quod nullus est sensus sine tactu: omneque habet sensum, tactiuū est, seu actū habet: quo supposito: facit duas rationes.

Altera est. Tactus, in percipiendis primis qualitibus non vitur medio externo simplici: Ergo nō potest esse in corpore simplici. Antecedens patet, quia per seipsum sentit, sine medio externo, ob id tactus dicitur. Probat consequentia: quia, si simplex esset, vtique etiam mediū haberet simplex, sicut alij sensus simplices sunt: oculus enim in aqua, auditus in aere consistit: ob id simplex mediū habent. Est enim mediū organo conuenientia.

Notat: quōd alij sensus etiam tangunt obiecta, sed mediatē, scilicet per mediū, per quod multiplicat virtutem, & speciem.

Nec itaque terrenum omnium enim.

Altera ratio est ad idem probandū, scilicet, quōd nec sit tantū ex terra, vel villo alio elemento animal. Et est vna suppositio, tactum non solū vnus esse, qualitatis perceptiuum, scilicet caloris, vel frigiditatis, sed plurimū contra-

Plat. de visione que fit extramittendo. &c. Nota.

Quod corpus animalis esse non potest simplex ex vno elemento. 1. supposito. 2. supposito.

Nota.

2. Ratio

IN LIB. III. DE ANIMA.

contrarietatum. Est igitur argumen-
tum. Tactus, vt percipiat omnes qua-
litates tangibiles, debet esse in potetia
ad illas: sed non est in potetia, nisi co-
sistat in temperie illarum, ratione cu-
ius temperie sit in potentia ad exces-
sus illarum, talesque possit percipere:
ista temperies non est in simpli-
ci elemento: ergo nec tactus.

Confir-
mas ex
2. mo.
Id etiam signo patet. Osa enim, pi-
li, & alia, sensu priuantur, quia in eis
v. 2. 1. excedit elementum: ergo, a for-
tiori, ipsum elementum priuatur sen-
su lib. 2. ista omnia sufficienter decla-
rauimus.

Manifestum estigitur, quod necesse est.
Text. LXVII.

Quod
tactu de-
structo,
animal
destrui-
tur, & co-
2.
Quod
excellen-
tia sensi-
bilia de-
struat ta-
ctum, &
animal.
Cvm tactum necessarium animali
omni dixisset, aliqua infert. Pri-
mum est. Animalia destrui, tactu de-
structo, quia non est animal sine tactu,
nec tactus sine animali, vnde mutua
est vtriusque corruptio.

Alteru est: quod sensibilia exceden-
tia corrumpentia tactum, etiam cor-
rumpunt animal: alia enim sensibilia
sensum corrumpunt, non animal, vt vi-
sibilia, audibilia, & alia, quia isti sen-
sus non sunt necessarij animali. Ali-
quando corrumpunt animal sed per
accidens, ratione adiuncti alicuius, at
tangibilia per se corrumpunt.

Hoc debes intelligere de toto tactu,
qui est per corpus sparsus, pars enim
corrumpi potest, viuente animali, vt si
manus comburantur tantum.

Omnia enim sensibilia exuperantia.
Text. LXVIII.

Probat, excedentia tangibilia cor-
rumperet animal. Omne excedens
sensibile corrumpit sensum: ergo ex-
cedens tangibile corrumpit tactum:
corrupto tactu corrumpitur animal:
ergo excedens tangibile corrumpit
animal.

Tertium, quod infert, est, tactu tan-
tum esse necessariu ad vitam cuiusq;
animalis, reliquos omnes secundum
quid, & vt melius se animal habeat:
Gustum habet, vt alimento delecte-
tur: Visum, vt eminus percipiat: Lin-
guam, vt affectus alijs significet: Audi-
tum, vt audiat, & aliorum percipiat
affectus: Olfactum, vt cibum distantē
quærat.

Quod
tactus sit
necessa-
rius ad
vitam om-
ni animali,
alij sen-
sus secū-
dū quid.

Nota, gustum dupliciter considera-
ri. Vno modo, vt est saporum percepti-
uus, & sic necessarius nō est, sed ad de-
lectationem animali datur, vt delecta-
tio ipsum ad alimentum percipiendū
alliciat, quod necessarium est. Altero
modo, consideratur ratione tactus sibi
adiuncti, & tunc habet necessitatem,
non secundum se, sed ratione tactus ad-
iuncti. Et per hoc tollitur cōtradictio
in Aristo. modō enim necessarius, mo-
dō non necessarius dicitur.

Nota.

Atque hic est nostræ, in tres libros
de anima, enarrationis, finis. Quod si
in tanta & tam profunda difficultatū
& controuersiarum multitudine mi-
nus fortasē, quā par erat, alicui, no-
stro muneri satis fecisse nos videamur:
venia certē nobis danda erit. Si quid
tamē claritatis, veritatis, & distinctio-
nis attulimus, Deo omnium bonorum
largitori, totum adscribatur. Cui sit
laus, honor & gloria, per infinita secula
seculorum.

Finis expositionis Librorum de Anima.

Laus Deo, & Domino nostro Iesu Christo, & Virgi-
ni Mariæ, eius matri sacratissimæ. Amen.